SINIS

SIVE

POETICARVM FABVLARVM DELECTVS.

SINIS

SIVE

POETICARVM FABVLARVM DELECTVS

LOCORVM CONTROVERSORVM EXPLICATIONE

CONFECIT

Unger

ROBERTVS VNGER.

SVMPTIBVS ORPHANOTROPHEI HALENSIS.

MDCCCLXVI.


THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARIES
CHICAGO, ILL.

FRIDERICO AVG. ECKSTEIN

PROFESSORI LIPSIENSI

MAVRICIO SEYFFERT

PROFESSORI BEROLINENSI

AMICIS SVAVISSIMIS

OLIM COLLEGIS CONIVNCTISSIMIS

R. V.

O mihi ter denos multum dilecte per annos
Arteque et officiis cognite uterque bonis:
Quum largas fundatis opes nostrumque iuvetis,
Tu Cicerone dato, Tu Xenophonte, decus,
En vicibus seris ego tenuia munera reddo,
Qualia fert duro Vandalis ora solo.
Sic quoque mi faciles animo vos dicite miti:
Haec certe studiis, haec pietate placent.

Cap. I.

1.

De Sinidis Pityocamptae fabula quam accuratissima testium interrogatione explicaturo exordiendum videtur esse a PROPERTII loco, qui quamvis multorum interpretum consilia operamque expertus nondum satis aut explanatus est aut purgatus. Legitur autem is locus in hunc modum III. 21 (IV. 22), 33 sqq.:

Penthea non saevae venantur in arbore Bacchae
  Nec solvit Danaas subdita cerva rates
Cornua nec valuit curvare in pelice Iuno
  Aut faciem turpi dedecorare bove
Arboreasque cruces Sinis et non hospita Graiis
  Saxa et curvatas in sua fata trabes.

„Supplendum, inquit Lachmannus p. 324, ex praecedentibus habere vel adhibere," cui et alii assensi sunt et Bachius Ecl. Lat. Eleg. p. 178. et Hertzbergius Quaestt. Prop. II. 6, 16. p. 132 et ipse Hauptius. Quod consilium non inutile modo esse, sed a vero disiunctissimum et illo loco alienissimum et multa et magna argumenta sunt quibus doceam et evincam. Ac primum quidem funditus eiicienda est illa sententia, quae Sinidis saevitiam et his verbis: Arboreasque cruces et illis: curvatas in sua fata trabes describi censet. Ut enim verum sit, quod quum omnes sumerent, nemo tamen aut diligentius enarravit aut exemplorum similitudine approbavit, arboreas cruces recte a Propertio memorari eius, de quo Diodorus IV. 59. p. 303, 93 hoc prodidit: *οὗτος γὰρ δύο πίτυς κάμπτων καὶ πρὸς ἑκατέραν τὸν ἕνα βραχίονα προςδεσμεύων ἄφνω τὰς πίτυς ἠφίει, διόπερ τῶν σωμάτων διὰ τὴν βίαν ἀποσπωμένων συνέβαινε τοὺς ἀτυχοῦντας μετὰ μεγάλης τιμωρίας τελευτᾶν*, Pausanias II. 1, 4: *ἀπ' αὐτῶν δήσας ἀφῆκεν ἂν τὰ δένδρα ἄνω φέρεσθαι· ἐνταῦθα ἑκατέρα τῶν πιτύων τὸν δεθέντα ἐπ' αὐτῇ εἷλκε*

καὶ τοῦ δεσμοῦ μηδ' ἑτέρωσε εἴκοντος, ἀλλ' ἀμφοτέρωθεν ἐπίσης βιαζομένου διεσπᾶτο ὁ δεδεμένος, Scholiasta Pind. Isthm. p. 514: *δένδρα κάμπτων, εἶτα συνδεσμῶν εἰς ταῦτα τοὺς παριόντας ἀθρόως ἀφιεὶς τὰ δένδρα οὕτω διέφθειρεν* (conf. Arrhian. Epict. III. 26: *ἐκτείνας ἑαυτὸν ὡς οἱ ἐσταυρωμένοι*. Reiff. in Artemidor. I. 76. p. 286. et quos locos infra 3. p. 11 de Andromedae vinculis afferemus): quo iam pacto ferri defendique posse dices aut verba arboreas cruces et curvatas trabes illa ne eo quidem discrimine temperata ac distincta, quod cernimus apud Senecam Hippol. 1223: „Pinus coacto vertice attingens humum Coelo remissum findat in geminas trabes“ (de quo quidem loco quaeremus in cap. III.), aut rem non modo supervacanea atque inutili opera in altero versu subiunctam, sed praepostero ordine collocatam — nam trabes liquet curvatas fuisse non in duplicem arcum (Coripp. Laud. Iust. IV. 55: „Roboribus flexis teretes curvaverat arcus“), sed in istas, si diis placet, cruces —? quave arte tueberis eandem memoriam ita discerptam sparsamque, ut utrinque ex parte illa: non hospita saxa suspensa foediore pendeat sorte, quam qua ipse Sinis olim a Theseo interemptus esse fertur, „arboreasque cruces Sinis et non hospita Graiis Saxa et curvatas in sua fata trabes?“ Nec hoc, quod postremo loco attulimus, quamvis eandem regionem sceleribus Scironis et Pityocamptae infestam fuisse Strabo scribat (Barth. in Stat. Theb. I. 333. p. 104), non sensit intolerabile esse Hertzbergius graviterque Comm. p. 382 increpuit: „quomodo quis inter medias cruces et trabes Sinidis inculcata haec Scironis saxa concoquat non modo praedicato suo unde pendeant et subiecto quo regantur carentia, sed quae aliud etiam subiectum aliudque praedicatum atque proxima membra sibi postulant, haud equidem perspicio; non nobis tam dura sunt ilia“ (qui quod addidit: „si tamen interim vulgata acquiescendum sit, saxa inhospita fauces Isthmi interpretor, in quibus *Πιτυοκάμπτης* ille praetereuntibus insidias struebat,“ id non iam nostram requirit animadversionem). Idem sensisse videtur Hauptius, qui editionis suae p. 331 illos versus in eundem modum atque Ciofanus in Ovid. Met. VIII. 440. p. 502 et Ber-

nartius in Stat. Theb. XII. 576. p. 530. C. et, ut videtur, Merkelius in Ovid. Ib. 405. p. 438 descripsit: „arboreasque cruces Sinis, et non hospita Grais saxa, et curvatas in sua fata trabes.“ Scilicet hoc deerat, ut quae communi nescio cuius verbi vinculo docti homines viderentur sibi commodissime adstrinxisse, ea iam non modo relaxarentur, sed dissepirentur et tamquam disparia seiungerentur. Quamquam hoc ipsum omnium maxime mirum est permixtis vocibus omnes tueri vocem aliquam, quam nemo adhuc extitit, qui plane aperteque expressam proferret et aptam et necessariam probaret ac subrogaret; nam sive Lachmannum sequeris sive Hertzbergium nimirum hanc expediendi viam ingressum Quaestt. l. d.: „e verbis antecedentibus curvare et dedecorare simplicissima verbi transitivi vis repetenda est h. e. vel habendi vel faciendi,“ illas partes liquet parum inter se congruere ad perspicuitatem, nisi forte quis et concinnitatem et veritatem putat constare his: „Non hic adhibuit Sinis arboreas cruces aut inhospita saxa habuit et incoluit aut adversus se ipsum — neque enim illis Graiorum nimirum disclusorum fatis recte acquiescitur — adhibuit curvatas trabes“ vel hisce: „non hic Sinis fecit arboreas cruces aut saxa reddidit inhospita aut curvatas in suum ipsius letum trabes effecit.“ Quid vero mentionem curvatarum in Sinidis fata arborum id est poenae a laudatissimo scelerum vindice et ultore exactae quam belle et scite inchoatam arbitremur esse in eo loco, qui ipsis malis, quibus olim Graecia laborasse fertur, recensendis deberetur? Accedit, quod saxa fuisse inhospita Graecis inutiliter atque adeo inepte dicuntur, nisi si omissis facinoribus, quibus Isthmus infamis fuit, a Propertio significari sumas Taurorum immanitatem Graios advenas pro victimis caedere solitorum. Sed quid plura argumenter in re evidenti? Namque ipse Propertius sententiarum ordinem ostendit certum ac deformatum hunc: Romana terra nulli umquam noxae commoda fuit. Hinc procul absunt cerastae et marina monstra; hic nulla manent vestigia Andromedae pro matre punitae, hic nullae Thyesteae coenae nec hic Meleager et Pentheus materno scelere absumpti aut Iphigenia a patre morti destinata; nec his pelicis figuram

1 *

Iuno in vaccam mutare valuit; hic tu facillime iubes Graecos et Scironias rupes [1]) et Isthmiacas pinos suas sibi habere: in hac igitur pulcherrima sede tibi, Tulle, honos petendus est:

sinis — non hospita Grais
Saxa et curvatas in sua fata trabes.

Ut iam certum ratumque sit, quod propositi formae consentaneum esse intellexeramus: dici a poeta trabes in Graecorum fata curvatas (conf. Ovid. Fast. III. 546: Dido — Arserat exstructis in sua fata rogis, ac Nemesian. Laud. Herc. 43: angues miseroque furore In sua fata tument. Valer. Flacc. IV. 597: Linque gravem fluvium et miseris sua fata colonis. ac Cir. v. 464: Praeterit abruptas Scironis protinus arces Infestumque suis dirae testudinis exit Spelaeum multoque cruentas hospite cautes). Ut autem apertissima res tot doctorum aciem fugeret, factum est insolentia verbi sinere, quod in ea sententia, in qua ἐᾶν cum ab aliis tum a Plutarcho Apophthegm. Lacon. p. 238. Vol VIII: Ἀθηναίων ἀξιούντων, ὅτε παρέδωκαν τὸ ἄστυ, Σάμον αὐτοῖς μόνον ἐᾶσαι positum esse norunt Wyttenbachius in p. 233. D. Animadvv. p. 1194. Schaeferus in Soph. Oed. Col. 367. p. 37 sq. L. Dindorfius Steph. Thes. III. p. 15. A. add. Schol. Hom. Il. II. 724. p. 90, 6: τόξα ἐαθέντα αὐτῷ (Φιλοκτήτῃ) ὑπὸ Ἡρακλέους (conf. Anth. Pal. III. 14, 3. p. 63: θηρσὶ δὲ βοῤῥὰν Καὶ πτανοῖς ἐπὶ γᾷ εἴασε νῦν ὁσίως. Nonn. XI. 346. p. 316, 4: οὐχ ἕνα μοῦνον ἐάσσω Κάπρον ἔτι ζώοντα λελειμμένον Ἰοχεαίρῃ. V. 433. p. 166, 4: χαμαιγενέας δὲ γυναῖκας Καλλείψας ἑτέροισιν — Ἀθανάτην ἐπόθησα. Philostr. Imag. II. 22. p. 90, 25:

---

1) Verba non hospita — saxa in eadem sede posita inveniuntur apud Claudianum Bell. Get. 218: „Sardoosque habitare sinus et inhospita Cyrni Saxa parant," ubi quae cernitur codicum diversitas: Cypri, ea egregie suffragatur consilio nostro in Vatic. Proverb. Append. II. 30. p. 286: Μάξιμος — πιστευθεὶς Κύπρον καὶ Σαρδώ reparandi nominis Κύρνον. Quod quidem consilium proposuimus in Muetzelli Diurn. IX. (1855) p. 217 id consequuti, ut Ciceroni Or. pro Sext. VIII. 19 haec redderentur: „ut illo supercilio Maximus ille vinci videretur" sive mavis: Maximus ipse vel ipso supercilio.

γράφει τὸν Ἀνταῖον αὖον — καὶ καταλείπει αὐτὸν τῇ γῇ), a latinis scriptoribus receptum invenio. Apud Virgilium enim legimus Aen. IV. 619:

Tympana vos buxusque vocant Berecyntia matris
Idaeae. Sinite arma viris et cedite ferro,

quae expressa esse a Claudiano in Eutrop. I. 277:

habeas pro Marte Cybeben:
Rauca Celaenaeos ad tympana disce furores —
Arma relinque viris

(ut Ovid. Met. XII. 476: Bella relinque viris. Burmann. in Grat. Cyneg. 126. p. 107) nec Virgilii interpretes compertum habuerunt nec Burmannus in Claudian. 292 sq. Nec alienum est adiungere eiusdem Virgilii verba Aen. X. 598: „Vir Troiane, sine hanc animam et miserere precantis," ubi Servius p. 581: „sine permitte, relinque, patere, συγχώρησον. Quibus locis nec Wernsdorfius intendit Poet. Lat. Min. VI. p. 385, quum de Ofilii Sergiani Eleg. de Pul. 17: „Si sineret natura mihi, quo verterer in te" explicandum esset nec Meyerus confessus ille p. 44 non liquere de versu Anth. Lat. V. 113, 20 (1055): „quantum sinat otia remis." Denique ne illam quidem inscriptionem omitto, quam ex Blondi Italia Illustrata petitam attulit Oberlinus in Vib. Sequestr. p. 178: „Quisquis es, hic sistito, vexillum sinito."

2.

Iam vero postquam ipse Sinis illuc, unde inauspicato in lucem provectus est a Beroaldo (Burmann. p. 692), abire iussus est, videamus de arboreis crucibus, quas sibi adiunctas habuit id nomen, quo ne nostram quidem aetatem expertam esse ullum nocentius hoc libello demonstrabimus. Quam verissime autem de illis vocibus expedituris quum multa molienda sint, tum per eas eundum est fabulas, quas de latronibus a Theseo sublatis veteres prodiderunt. Quid enim? nonne ad levandas difficultates aliquantum valet, quod „a Pausania et Ovidio Sinin et Pityocampten diversos existimari et a Propertio tres famosissimos latrones illis versibus dici" arbitratus est Salvagnius in Ovid. Ib. 411. p. 103, praeter

Salvagnium Heinsius Advers. II. 10. p. 282, quorum nullam rationem habuit Hemsterhusius in Lucian. Prometh. 7. Vol. I. p. 224 sq.? At vero Pausaniae et Ovidii locos insigniter depravatos esse et insignis codicum discrepantia et consensus doctorum hominum arguit, probabilem autem superesse rationem sic restituendi, ut utrumque scriptorem communi famae assensum esse appareat, nos in extrema hac disputatione cap. II. ne Eustathii quidem, quem Salvagnius praeteriit, immemores obtinebimus. Quare istam expediendi rationem amplexo aliquanto tutius videtur fuisse existimare a Propertio compositum cum Sinide esse Cercyonem, de quo Lactantius Narr. Fab. VII. 24. p. 840: „referunt laudes Thesei, quem ad modum taurum Marathonium interemisset, ut etiam Procrusten Cercionisque necem peregerit, qui trabes obponebat hostibus, ita ut victi exanimarentur ab iis“ et Scholiasta Ib. p. 467: „Cercion Vulcani filius in hismo monte — habitabat, qui arbores capiens plicabat et in summitate homines ponebat et postea arbores dimittebat, ut dicit Ovidius.“ At enim ne his quidem satis certis statur auctoribus. Namque alterum ipsius Ovidii versus 409 sq. et 405 declarant eodem erroris genere, quo Pityocampten eundem atque Procrusten a Scholiastis Euripidis et Pindari habitum esse adnotarunt Dempsterus in Claudian. Rufin. I. 252. p. 53. Bachetus in Ovid. Epist. I. p. 24. Munckerus in Hygin. p. 100. not. 5. Leopoldus in Plutarch. Thes. XI. 1. p. 24 — nam praetereo Boettigerum Vas. Pict. I. 2. p. 147 sq. conf. Eurip. fragm. Sciron. 1. p. 318 Matth. p. 451 Nauck. (vid. quae infra II. 1 et 3 dicentur) — in Cercyonem ea transtulisse, quae de Sinide vulgatissima referret fama — nec enim credibile est illum a recordatione membrorum palaestra, qua crudelissime Cercyon hospites vexasse traditur, curvatorum (Stat. Silv. II. 1, 110) aberrasse ad commemorationem arborum a Sinide curvatarum —; alterum autem certissimis, quae expromendi in capite III, 3 locus erit, argumentis intelligitur haec scripta reliquisse: „Procrusten, Cercyonem, Sinidem, qui trabes supinabat hostibus, ita ut victi exanimarentur ab iis.“ Quae concinunt cum locis Hygini fab. 38: „Pityocampten,

qui iter gradientes cogebat, ut secum arborem pinum ad terram flecterent: quam qui cum eo prenderat, ille eam viribus missam faciebat; ita ad terram graviter elidebatur et peribat" et Apollodori III. 16, 2. p. 123, 5: *Σίνις — Πιτυοκάμπτης ἐπεκαλεῖτο· οἰκῶν γὰρ τὸν Κορινθίων ἰσθμὸν ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτοντας ἀνέχεσθαι· οἱ δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο κάμπτειν καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναῤῥιπτούμενοι πανωλέθρως ἀπώλλυντο* (quibus locis quum non desit sententiae perspicuitas, verborum tamen, ut in cap. III dicetur, deest integritas) et Scholiastae Luciani Iov. Trag. 21. p. 249. Vol. VI: *Πιτυοκάμπτης — ἔκαμπτε πίτυν καὶ ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας κρατεῖν, οἱ δὲ μετεωριζόμενοι ἀπώλλυντο.* Apposui autem haec, quo simul id, quod brevius perstrinxit Munckerus in Hygin. 38. p. 100. not. 3 et 4, planius intelligeretur differre aliquid (vid. cap. III) inter hos scriptores et Diodorum aliosque, quos supra p. 1 attulimus. Verum quantalibet discrepantia rei concipietur animo, non hercle ea discrepantia tantum umquam valuisse videbitur, ut iam duo latrones occiperentur narrari ut similium ita dignorum, quae Propertius dirimeret Scironidum petrarum mentione, suppliciorum extitisse auctores. Ceterum constans fama est Cercyonem Eleusinem (Ovid. Ib., Plutarch., Diod. ll. dd., Schol. Plat. l. infra affer.) atque Eleutheras et loca Cithaeronem adiacentia (vid. Theb. Paradox. II. 2. p. 281. add. Ovid. Ib. v. 409. Schol. Lucian. l. d.) ita habuisse infesta, ut quos aut luctando superasset aut in certamen adigere nequisset, interimeret: testes praeter eos, quos attulerunt Barthius in Stat. Teb. XII. 577. p. 1525. Leopoldus l. d. 11. p. 23. Astius in Plat. Legg. VIII. 6. p. 351, sunt Scholiastae Platonis p. 452: *τοὺς παριόντας ἠνάγκαζε παλαίειν καὶ παλαίων ἀνῄρει· Θησεὺς δ' ἐν Ἐλευσῖνι παλαίων — ἀπέκτεινεν* et Lucian. l. d.: *ὁ δὲ Κερκυὼν — ἄδικος ἦν τἄλλα εἰς τοὺς ξένους καὶ παλαίειν ἠνάγκασε καὶ τὸν οὐ βουλόμενον διέφθειρε καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ᾤκει, πλησίον Ἐλευθερῶν*, quae sumpta sunt de Pausaniae loco I. 39, 3: *εἶναι δὲ ὁ Κερκυὼν λέγεται καὶ τὰ ἄλλα ἄδικος ἐς τοὺς ξένους καὶ παλαίειν οὐ βουλομένους καὶ ὁ τόπος οὗτος παλαίστρα καὶ ἐς ἐμὲ*

ἐκαλεῖτο *Κερκυόνος* et scriptor Anecd. Cram. Ox. III. p. 412, 24: ἄδικος ὢν πάντα τὸν μὴ βουλόμενον παλαίειν αὐτῷ καὶ νικᾷν ἀπέκτεινεν· διὸ καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ᾤκει, Παλαιστήριον ἐκαλεῖτο et Phrynichus Bekk. Anecd. p. 218, 14: καὶ ὁ Κερκυὼν καὶ ἡ Ἰταλικὴ δὲ Σκύλλα ἀνδροκτονεῖον εἶχε (conf. Naek. Mus. Rhen. V. p. 39, quae illustriora reddo Philostrati comparatione Imagg. II. 21. p. 88, 12: Ἀνταῖος, ὃν Γῆ ἀνῆκε σίνεσθαι τοὺς ξένους ληστρικῇ, οἶμαι, πάλῃ. Ἀθλοῦντι δὲ αὐτῷ ταῦτα καὶ θάπτοντι, οὓς ἀπώλλυε, περὶ αὐτὴν, ὡς ὁρᾷς, τὴν παλαίστραν ἄγει τὸν Ἡρακλέα ἡ γραφή. Iacobs. p. 518. Martyni — Lagun. in Lucan. IV. 606. p. 523) conf. Isocr. Helen. p. 213. Gregor. Nyss. Ep. I. p. 627. A. T. VI. Galland. Quo quidem deverticulo hoc certe exploratum est olim non modo Παλαίστραν Κερκυόνος appellatam fuisse, sed etiam Παλαιστήριον, quod vocabulum etiam a Pausania II. 10, 1: τὸν μὲν πάντα ἐνταῦθα περίβολον Παιδιζὴν ὀνομάζουσιν (codd. παιδὶ ζῆν, παιδὶς ζῆν), nisi quid nos fallit, usurpatum nec Lobeckius novit Pathol. IX. 3. p. 435 nec viri docti Steph. Thes. Vol. VI. p. 71. D in ordinem receperunt par et simile nomini κονιστήριον (quod latini quoque usurparunt scriptores conf. Polluc. III. 30, 154. p. 348: τὰ δὲ χωρία τῆς ἀσκήσεως — παλαίστρα, κονίστρα. Iacobs. in Themist. Or. XXXIV. p. 451, 9) et ληστήριον, quod in eadem sententia, qua ab Ioanne Canabutze Ms. fol. 19. ap. Cang. Gloss. Append. p. 120: ἔκτισαν καὶ τὴν Ῥώμην, ἵνα ἔχωσιν αὐτὴν ληστήριον ἤγουν ὅπερ λέγουσιν οἱ κοινοὶ λησταρχεῖον (Lucian. Asin. 26: τὸ καταγώγιον τῶν ληστῶν) positum est, apud Eustathium in Od. XVIII. 367. p. 1851, 44: ἕτερος δέ τις — περὶ ληστηρίου γράφει τὸ ἧχι κονίστραι ἄξεινοι λύθρῳ τε καὶ εἴαρι πεπλήθωσι legi non attulerunt iidem docti Thes. Vol. V. p. 264 B. 265 B.

3.

Quid igitur? postquam intellectum est nihil literis proditum extare aliquo modo opportunum verbis illis: curvatas in sua fata trabes ad Cercyonis nefaria arte atque ipsa palaestra infamis significationem detorquendis, iamne Pro-

crustae mentionem, quam Hertzbergius huius correctionis auctor: „Arboreasque cruces non hic — et curtatos in sua fata paves," ante eum ii, qui curtatas vel curtantes trabes scripserunt, irrito conatu inchoaverunt, sic restaurare placet, ut arboreas cruces dici statuamus lectos illos, quos interficiendis hospitibus adhibitos fuisse scribunt Plutarchus Thes. 11: *τὸν Προκρούστην* (*ἀνεῖλε*) *ἀναγκάσας αὐτὸν ἀπισοῦν τοῖς κλιντῆρσιν, ὥσπερ τοὺς ξένους ἐκεῖνος* et Hyginus fab. 38 conf. Bachet. in Ovid. Epist. I. p. 141? Nam crucem quum „pro quovis vel supplicio vel cruciatu" dici docuerint Schultingius in Calpurn. Declam. IV. p. 789 et, qui eum sequitur, Dukerus in Flor. II. 2, 25. p. 237, tum pro saxo Tarpeio a Seneca Controv. I. 3. p. 79, 15 et pro tabula, quae Prometheum pictum ad exemplar Olynthii senis ignibus, verberibus, tormentis (p. 227, 26) enecati habuit ab eodem X. 34. p. 328, 9: „inter altaria Olynthii senis crucem posuit," et, ut ad id praevertar exemplum, quod huic loco adiunctissimum est, pro arca lignea, cui ferreis clavis affigerentur damnati, a Silio Italico II. 344 eo loco, quem in eam sententiam primus explicavit Dausqueius in libr. IV. 539. p. 277 conf. Drakenborch. p. 324: „vidi, cum robore pendens Hesperiam cruce sublimis spectaret ab alta," positam esse obtinuit Gronovius in Senec. de Provid. 3. p. 74 Elz. Unde apparet certe eodem iure, quo arboreas cruces esse Sinidis pinos plerique sumpserunt, illas cruces intelligi Procrustae lectos. Quod a Propertio factum esse nego propterea, quod nec inter arbores (arboreas cruces) et trabes (in fata curvatas) quidquam differt nec is, qui arboreas vel, ut hoc quoque largiamur, roboreas cruces loquitur, tam definite distincteque designat Procrustae lectos, quam scelus Sinidis is, qui curvatas trabes commemorat. Nec hic prodest id, quod in Dresdensi libro scriptum invenitur: (arboreasque) cutes convertere in tudes (Aetn. v. 557. conf. Martial. III. 58, 10 truces tauri. Voss. trudes), quibus Procrustes usus esse videri possit recordanti et consideranti, quam rem Euripidis Hipp. 974 Scholiasta Florentinus p. 493. not. 6: *εἶχε κράββατον ἀνὰ μέσον τῆς ὁδοῦ* (ut via quasi quadam arborea

strue intersepta fuerit) — εἰ δὲ κοντὸς ἦν μετὰ σφύρας ἀπέκοπτε τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἵνα ἐξισωθῇ τῷ κραββάτῳ tradiderit omissam ab Hygino fab. 38: „si longior erat, minori lecto proposito reliquam corporis partem praecidebat, sin autem brevior statura erat, lecto longiori dato incudibus suppositis extendebat eum.“ Quis enim rem vetustate oblitteratam de integro celebrare et usurpare ita instituat, ut ligneum fuisse illum malleolum affirmet? Quanto vel hoc praestabilius videtur esse, ut Peripheten illo loco a Propertio significatum esse arbitremur? Quemadmodum enim Herculis clavam Pisander aeream, plerique ligneam fuisse aiunt (ut in cap. IX dicemus), ita salva Pausaniae auctoritate II. 1, 4: Περιφήτην — κορύνῃ χαλκῇ χρώμενον ἐς τὰς μάχας et Apollodori III. 16, 1. p. 123, 3: ἐφόρει κορύνην σιδηρᾶν, in qua acquiescunt Micyllus in Ovid. Met. VII. 437. p. 501 sq. Salvagnius in Ib. 407. p. 100. Leopoldus in Plutarch. Thes. 8, 1. p. 18 conf. Eustath. in Il. VII. 138. p. 672, 14: εἰ δὲ τὸ τοῦ ξύλου ἐξ ἄκρου παχὺ σιδηροῦν εἴη, τότε καὶ σιδηρείη κορύνη λέγεται ἀπὸ τοῦ κεφαλωτοῦ μέρους οὕτω κληθεῖσα, lignea gestasse arma Periphetes narrari potest secundum Euripidem Suppl. 724: Αὐτὸς δ' ὅπλισμα τοὐπιδαύριον λαβὼν Δεινῆς κορύνης διαφέρων ἐσφενδόνα Ὁμοῦ τραχήλους κἀπικείμενον κάρα Κυνέας θερίζων κἀποκαυλίζων ξύλῳ et glossam Paris. Diodor. IV. p. 304, 90: κορύνῃ ἤτοι ῥάβδῳ παχείᾳ καὶ στρογγύλην ἐχούσῃ κεφαλὴν ξυλίνην conf. Beg. Thes. Brand. I. p. 91.; arborem ferratam autem, ut utar Statii verbis XII. 769 conf. Barth. p. 1549 sq., vel robur illud, quod antiquissimum telorum genus fuit (ut dicetur in capite IX. Barth. in Theb. IV. 64. p. 915. Vet. Schol. IV. 301. p. 1012: „pastorali trunco: clava seu robore“), licuit appellare aut tudem, quo hospites „contunderentur ac prosternerentur“ (Cang. Gloss. v. Martellus II. p. 469) aut, si eam insolentiam respuendam duxeris, arboreas sudes, quas „pro clavis fuisse“ docuit Stewechius in Veget. II. 23. p. 128. Verum hoc quoque ambagiosa coniectatione quaesitum ac dubium est et parum perspicuum, ut etiam altera mutatione opus sit hacce: „Argolicasque sudes.“

Quare redeundum est ad cruces. Quas si in loco retinere velis, hoc restat, ut eorum, quae exprompsit Gronovius, memor iam aliarum fabularum opportunitatem consectatus primum Scyllam, Nisi filiam, a poeta monstratam dicas. Quae mentio nequaquam incommoda est. Declarat et Statius Theb. I. 333: „Infames Scirone petras Scyllaeaque rura Purpureo regnata seni mitemque Corinthon (conf. Cir. 464) Linquit“ et ea res, quod Saronico sinui Scyllae fata et exitum nomen fecisse, ut infra cap. V. explicabitur, tradidit Parthenius. Fama est enim has proditionis poenas illam dedisse, ut a Minoe novo supplicii genere „ex navibus altis“ (Cir. 389) aut ex gubernaculo suspensa per mare traheretur. Ut Scyllae ex aequoreis habenis (sic enim vocat Claudianus IV. Cons. Hon. 422) pendentis aequorea crux fortasse videatur non minus recte memorari potuisse, quam, id quod scit Gronovius l. d., alta crux illius Aricinae vitis, quam lepidissime cavillatus est Cineas ap. Plin. Nat. Hist. XIV. 1, 3. p. 408: „miratum altitudinem (ulmorum) Ariciae ferunt legatum regis Pyrrhi Cinean facete lusisse in austeriorem gustum vini: merito matrem eius pendere in tam alta cruce“ et virginea crux Andromedae „suspensae virginis“ (Claudian. in Rufin. I. 282) a Manilio V. 551: „Mollia per duras panduntur brachia cautes. Adstrinxere pedes scopulis iniectaque vincla Et cruce virginea moritura puella pependit,“ quo quidem in loco id ipsum vides non praeteritum, quod de Scylla non constare ex cap. V. intelligetur, de Andromeda communis scriptorum consensus prodidit. Hygin. Poet. Astron. III. 10. p. 509: „Andromeda diversis manibus vincta, ut antiquis historiis est traditum.“ vid. Arat. Phaen. 202: *διωλενίη τετάνυσται· — αἱ δ᾽ ἀνέχονται Αὐτοῦ πεπταμέναι πάντ᾽ ἤματα χεῖρες ἐκεῖναι.* Germanic. Arat. 203: „distractaque pandit Brachia.“ Schol. p. 58: „suspensa inter duos montes — manibus extensis.“ Eratosth. Catast. 17: *διατεταμένη τὰς χεῖρας* conf. Beger. Thes. Brandenb. III. p. 643 (quibus adiicere libet Nonnum XXXI. 9. p. 784, 6: *Ἀνδρομέδης ὁρόωσα πολύπλοκα λείψανα δεσμῶν*, quem et Propertii v. 29 interpretes et in Pompon. Mel. I. 11, 3 Vossius p. 63 et Tzschuckius Vol. III.

P. I. p. 361 neglexerunt). Verum enim vero ut orationi illi constet perspicuitas nec in dubitationem vertatur, quae audacius facta est, mutatio vocis arboreas, Scyllae mentio et ipsa displicet post Andromedam v. 29 illata et aliena est ab instituto poetae Romam ita commendantis, ut tegantur crimina cum Graecis communia, in quibus Scyllam et Tarpeiam patriae proditione infames numerari minime Propertius ignorat, apud quem Tarpeia IV. 4, 37: „Quid mirum in patrios Scyllam saevisse capillos?" (conf. Heyn. in Cir. Argum. p. 163). Itaque videndum est, num magis ad tollendam difficultatem expediat commemoratio alterius rei minime protritae. Auctores enim habeo Scholiastam Euripidis et Ioannem Siceliotam, quorum testimonia in cap. VII. expromendi copia erit, Hecubam iusto dolore impotentius conviciatam hoc a Graecis affectam fuisse supplicio, ut ex navis arbore suspensa interimeretur. Quod ipsum facinus quis erit, qui verbis illis: aequoreas cruces satis distincte explicateque memorari arbitretur? Postremo ne Caenei quidem, qui „sub pondere arboreo aestuavit" (Ovid. Met. XII. 514), fato hic recte intenditur.

4.

Eat nunc aliquis narretque arboreas cruces apte dici Sinidis illas pinos idemque obtineat mentione inhospitorum saxorum interposita commode ad curvatas trabes recurri. Nos quidem postquam studio ad quaelibet doctorum hominum monita applicato, si vel utramque vocem explicare vel certe alterutram tueri possemus, multa moliti sumus, quae quum quibusdam molestae atque adeo putidae operae diligentiaeque esse videri queant, infra tamen planius cognoscetur quam insigniter prosint aliquot locis illustrandis et emendandis, pro certo atque explorato affirmamus vitio natas esse istas arboreas cruces (quas nescio an consulto praeterierit in Sinidis mentione Munckerus in Hygin. 38. p. 100. not. 4). De cuius vitii et origine et medela ad persuasionem apposite expediendi hoc utar compendio brevissimo, ut nomen, quod ab ipso Propertio scriptum fuit, dicam quot modis depravatum inveniatur:

arpacias Palat. optim. Martial. X. 4, 9. arpialas Palat. Apulej. Met. X. p. 706. arripias Iun. Claudian. Bell. Get. 22. arpujias Cok. Valer. Flacc. IV. 428. arphas Guelf. Serv. ap. Bod. Mythogr. I. 27. p. 9, 38. Obss. p. 12. arphias p. 10, 3 Obss. p. 13. arp^{y}ias Paris. Priscian. I. 50. p. 37, 12. Quorum sive haec sumpseris arpatias: arpialas, quae exiguo discrimine ab arparias et arpiaras seiuncta esse nemo facile ignorat (conf. Drakenborch. in Liv. V. 55, 3. p. 460. T. III. P. I. Valg. p. 126. 506) sive arpujias: arputias (Valg. p. 261. Propert. III. 12, 7. iniecta. Neap. intecta. IV. 10, 27: Veii. Hamb. vecii), quod simile est voci arbuteus aliquoties cum voce arboreus confusae (Burmann. in Ovid. Met. I. 104. p. 25. et 632. p. 75) sive ipsum illud arp^{y}ias propter affinitatem notae litterarum er (Valg. p. 45 sq.) instructissimum ad gignendam vocem arperias: arporias (conf. Anth. Lat. I. 173, 10: celare querelas. codd. Leid. Divion. colorare. Hight. celerare), tale aliquid percipies hic extitisse, unde librarii falso illo Sinidis nomine („cruces Sinis") inducti facillime ad formandas voces arboreas cruces prolaberentur, quum praesertim temeritas litteras p et b permutandi nimia erupisset, ut apud Propertium III. 15, 2 pacato. Groning. baccato. Ment. Broukh. Leid. pr. bacchato aliaque, quae quaestione de carm. IV. 8, 88 instituta not. 27 afferemus, apud Ovidium Ib. 290 corpore. Sarrav. arbore. Catullum 64, 4: Argivae robora pubis. Dat. Laur. puppis et Corippum Ioann. V. 385: deducere puppes Triv. pubes, Ennodium Vit. Epiphan. p. 215. C, cui pro verborum digitis vepretorum rigidis reddemus in Explic. Cinnae fragm. XVIII. et iis in locis, quos contulimus Anal. Prop. V. p. 35. et Quaest. de Tanusio Gemino IV. p. 28 conf. Corssen. de Appellat. Litt. Lat. I. p. 59 sq. Omissae autem adspirationis etiam plura supersunt exempla; nam apud Lactantium in Stat. Theb. VIII. 255. p. 285 in Scheftlariensi arpias inveni, in duobus Monacensibus arpyas, quod idem legitur apud Martialem l. d. in codicibus Putean. et Voss., et in Virgilii codice Walliano Aen. III. 249 Arpiae, in Leidensi Luxorii 46, 8. p. 603 arpiacis, apud Hyginum fab. 181 (Munck.

not. 11. p. 299) et in cod. Dorv. Apuleii l. d. Arpie extat idemque in Servii altero Guelf. ll. dd. et in codicibus Mythogr. II. 142. p. 124, 17. III. 6, 25. p. 189, 2 et 33. p. 195, 11 et Isidori XX. 15, 4 cod. Zittav. p. 633. not. 55 („unde et arpiae quasi raprites," ubi scribendum est raptrices) et Scriptoris de Monstris I. 44. p. 14, 14, arpyias autem apud Servium in Virg. Aen. III. 209. Burmann. p. 372. not. 87. Iam vero cui obscurum est hanc ipsam librariorum inscientiam, qua Harpyiarum nomen abolevit, eo pertinuisse, ut fieret cruces, quod fuerat truces? Quam vocem restituere nec negotium magnum est, postquam memorabili exemplorum multitudine collecta Valg. p. 436 sq. nihil litteris c et t aut similius aut incertius esse comprobavimus, et in promptu est per ipsius Propertii libros et hoc loco discrepantes: cutes Dresd. truces ed. Reg. et in v. 2 Propontiaca. Neap. propontiata. III. 17, 29: cumulis vallatus arenae. Groning. Hamb. Ment. tumulus. IV. 10, 7: Caeninum Acronta. Neap. taeninum. IV. 4, 26: hasta Tati. Groning. taci. Neap. tacii et II. 30, 31 Tityi Reg. Titii. Neap. tycii. II. 16, 51: Non haec Pleiades faciunt. Neap. fatiunt, alibi cretam et Graecam, ut in cap. VIII. dicetur; denique, ne longus sim, per codices Livii IX. 18, 5: trux ac praefervida ira. Voss. 2 crux et Iliad. Epit. 571: Pone truces animos. Burm. cruces ac Martialis X. 82, 6: Per gemitus nostros ingenuasque cruces. Putean. truces et Priap. LXXXV. 18: parata namque crux. codd. Voss. ap. Burmann. p. 569 sq. Anth. Lat. T. II. trux. Aetn. v. 594: Sub truce nunc parvi ludentes Colchide nati." cod. 2: sub cruce. [2]) Ergo nihil morati

2) Conf. Martial. X. 4, 1: Thyesten. Palat. optim. Chiesten. Curt. IV. 16, 24: „validis asseribus corvos et ferreas manus illigaverunt, ut cum tormento asseres promovissent, subito laxatis funibus iniicerent," quem memor Livii IV. 56, 12: irrita senatusconsulta. inita Lovel. 3. Voss. 2 aliorumque, quae contulit Drakenborchius in cap. 10, 9. p. 99. T. II. P. II., exemplorum (inicerent: irriterent) non dubito in hanc sententiam reparare: „funibus (quibus incidissent asseres tormento promoti, subito laxatis navigia) irretirent," quod verbum congruit cum altero illo implicandi: „ad implicanda navigia - corvos illigaverant."

eos, quibus id ipsum amplexi, quod in editione Regiensi extat, „certissimas artis criticae regulas minus attendisse“ fortasse

---

Quam autem vocem Propertii carmini III. 21 reddidimus, eandem in libro IV. (V.) 11, 40: „Testor maiorum cineres — Et Persen proavi simulantem pectus Achillis Quique tuas proavo fregit Achille domos“ (cui loco Colvium in Apul. Met. XI. p. 758 video hoc commentum intulisse: „tubulantem pectus Achille“) iubemus restitui in hanc sententiam: Et testor eum (hunc enim esse ordinem ante Hertzbergium dixit Heynius in Virg. Aen. VI. 839. p. 991), qui Persen atque truces domos fregit id est domos vel orbis terrarum imperium armis affectare ausas, ut est apud Polybium, quem testem dedit Dausqueius in Sil. Ital. XV. 292. p. 658: ἐξ οἰκίας ὁρμώμενον τοιαύτης, ἣ καὶ μάλιστά πως ἀεὶ τῆς τῶν ὅλων ἐλπίδος ἐφίεται conf. Senec. Agam. 84: „Quaeque superbos urit Erinnys Nimias semper comitata domos.“ Recte autem et ordine hoc fieri argumento sunt verba proavo Achille, quae corrigendi in capite XII. extremo fiet copia nec ab aliis satis explicata nec a Schneidewino, quem post animadverti eiusdem mutationis auctorem extitisse Philol. III. 1. p. 130. Qui usus loco Silii XV. 291 et interpretibus Virgilii Aen. VI. 840: truces proavo Achille domos putavit eas esse, quas a scriptoribus dici solere proavo tumentes (Sil. l. d. et IV. 150 Markland. in Stat. Silv. V. 3, 110. p. 386 sq.), proavo superbas (Stat. Achill. II. 121.) planissime cognitum habuit Heinsius ad has emendandi rationes descendendum esse ratus: Quique suo tumidas. Quique suo fretas fregit Achille domos“ Ut hoc potius locorum genere videatur utendum fuisse Claudian. Prim. Cons. Stilich. I. 229: lucosque verenda Religione truces. Valer. Flacc. IV. 232· nec fronte trucem nec mole tremendum. Vellej. II. 95, 2: gentes numero frequentes, feritate truces conf. Stat. Theb. II. 237: „Phoebi soror — telis — torva“ (cum quo differt VI. 535: „crater Centauros habet arte truces,“ ut Anth. Pal. II. p. 642. Epigr. 60: τίς δ' ἐξέμηνε, Βάκχος ἢ Σκόπας; Σκόπας). X. 127: populumque trucis defigere Cadmi, Qui nunc eventu belli tumefactus conf. 35: truces Labdacidas. Nemesian. Laud. Herc. 54: truces animosque superbos De genitore tenes.“ Quam variae autem fraudes voci trux nocuerint, indicat et Gratii locus Cyneg. 131, in quo pro truce scriptum luto esse in cap. IX. obtinebimus conf. Prop. II. 10, 46: tria saecla. Mentel. tua. IV. 10, 45: spolia — tria. Dresd. tua conf. Valg. p. 435. Cic. l. infra not. 29 d. fuula: frivola) et multifariam suffecta vox dux Burmann. in Valer. Flacc. IV. 232, p. 349 et Claudian. IV. Cons. Hon. 450. p. 158. Coripp. Ioann. V. 338: „Solis iter tentare (tentate) truces,“ quae sic immutavit Mazzucchellius: tentate duces, immemor versuum 559: „Quisque manu pugnate truces“ et 626: „Et pugna tentate truces.“ Irrito autem conatu apud Propertium III. 10 (IV. 12), 26: „Exustaeque tuae mox, Polypheme, genae“

iudicabimur, pro percepto affirmamus a Propertio haec fuisse scripta:

Harpyiasque truces sinis et non hospita Grais
Saxa et curvatas in sua fata trabes.

Truces autem Harpyias eodem modo a Claudiano dictas invenimus Bell. Get. 20:

Plurima sed quamvis variis miracula monstris
Ingeminent teneras vincturo carmine mentes
Harpyiasque truces insopitisque refusum
Tractibus aurati custodem velleris anguem —
Nil veris aequale dabunt. prohibere rapaces
Scilicet Harpyias unaque excludere mensa
Nobilior titulus, quam tot potuisse paratas
In Latii praedam Geticas avertere fauces?

Ut eodem carmine Thyesteas dapes et Meleagri ac Penthei letum et Harpyias Scironemque Propertius fere sic complexus sit, ut facem Althaeae et Harpyias et Stymphalides Seneca Med. 780 sq. et qui non pauciora ex Callimachi Originibus, quam ipse, ut arbitror, Propertius, delibavit, Martialis X. 4, 1. 9: Qui legis Oedipodem caligantemque Thyesten, Colchidas et Scyllas, quid nisi monstra legis? —

---

scribi: trux Polypheme infra cap. V. 2 not. dicemus. Quod restat, facillima est syllabarum as et ces commutatio „cum nulla sit differentia in libris Mss. inter a et ce“ Markland. in Stat. Silv. V. 2, 152. p. 372. Sed a deverticulo repetamus Harpyiarum mentionem. Hoc enim adiiciendum est Martialem X. 4, 9: „Non hic Centauros, non Gorgonas Harpyiasque“ videri id nomen sic posuisse, ut Rutilium It. I. 608: „Circumsistentes reppulit Harpyias“ conf. Heins. in Virg. Aen. III. 249. p. 379, quem, ut opinor, Burmannus in Ovidii versu Trist. IV. 7, 15 describendo sequi maluit, quam Priscianum I. 50. p. 37, 12: „Harpyia; nam yi diphthongus est“ aut Pierium in Aen. l. d. 248. p. 238. Leviter transeo *Ἁρπυΐας* ab Kiesslingio in versu Tzetzae Chil. I. 215. p. 10 hoc: *Ἐκ τοῦ Φινέως γέροντος διῶξαι τὰς Ἁρπυΐας* positum. Longe insolentissimum autem est, quod legitur apud Luxorium Epigr. XLVI. 8. p. 603: „Perditaque Harpiacis aera rapit manibus“ (conf. Meineck. Anal. Alexandr. p. 266). Harpya pro Harpyia scriptum notavit Heynius in Virg. Aen. IV. 302. p. 643. conf. Blomfield. in Aesch. Sept. 494. p. 48. Aesch. fragm. 241. p. 61. *τῶν Ἀκταίονος κυνῶν ὀνόματα Ἅρπυια.* cod. A. *ἀραία.*

Non hic Centauros, non Gorgonas Harpyiasque Invenies", quorum posterior pars memoriam affert Ovidii Trist. IV. 7, 11: „Credam prius ora Medusae Gorgonis anguineis cincta fuisse comis — Sphingaque et Harpyias" et Virgilii Aen. VI. 288: „Chimaera, Gorgones Harpyiaeque" et Ausonii Griph. 84: „Scylla triplex — Gorgones Harpyiaeque et Erinnyes agmine terno". Mythogr. III. 6, 25. p. 189, 2: „Centauros et Scyllas, Gorgonas et — Harpyias aliaque prodigiosa" conf. Dio Chrysost. XXXII. p. 666, 35: *Κενταύρους τε καὶ Σφίγγας καὶ Χιμαίρας.* Tzetz. Exeg. Il. p. 28, 7: *περὶ Κενταύρων καὶ Πηγάσων Χιμαιρῶν τε.*

5.

Postremo, ne cui inde iniiciatur aliqua dubitatio, quod Hertzbergius dicit „efflagitare hunc locum, ut tres illi Isthmi latrones significentur": Xenophonti quidem, ut Ovidio l. infra affer., commodum fuit omnes afferre Memor. II. 1, 14: *τοὺς γὰρ ξένους, ἐξ οὗ ὅ τε Σίνις καὶ ὁ Σκείρων καὶ ὁ Προκρούστης ἀπέθανον, οὐδεὶς ἔτι ἀδικεῖ* conf. Spanhem. in Callimach. Apoll. 92. p. 107, sed Propertio subjungere Pityocampten satis fuit, ut et Straboni, qui eosdem locos utrumque infestum habuisse tradit IX. p. 391: *ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τοῦ Σκείρωνος καὶ τοῦ Πιτυοκάμπτου τῶν ληϊζομένων τὴν λεχθεῖσαν ὀρεινήν, οὓς καθεῖλε Θησεύς* et, ut omittam Claudianum l. infra affer., Etymol. Magn. p. 359, 4: *Θησέα κεκρίσθαι ὑπὲρ τῶν φόνων τῶν περὶ Σκείρωνα καὶ Σίνιν* et Euripidi Hippol. 977 sqq. et Senecae Hippol. v. 1223, de quo in cap. III. subtilius dicetur: „Pinus coacto vertice attingens humum Coelo remissum findat in geminas trabes Mittarve praeceps saxa per Scironia", quibus Peripheten addit Nicetas Choniata de Man. Comn. IV. p. 195: *ἀναιδεῖς μὲν ὑπὲρ τὸν κορυνήτην Περιφήτην, ἀγριωτέρους δὲ τοῦ πιτυοκάμπτου Σίνιδος καὶ τοῦ Σκίρωνος, οὓς ἀνεῖλε πάλαι Θησεύς,* Cercyonem Statius Theb. XII. 576: „Non trucibus monstris Sinin infandumque dedisti Cercyona et saevum velles Scirona crematum" et Lucianus Jov. Trag. 21. p. 249. Vol. VI.: *τὸν Σκείρωνα καὶ τὸν Πιτυοκάμπτην καὶ Κερκυόνα καὶ τοὺς ἄλλους.* Pro Sinide antem Cercyoni et Sci-

roni subjungit Sisyphum Gregorius Nyss. Ep. I. p. 627. A. Galland. Vol. VI. [3]) Rursus Sinidis et Scironis nominibus subjicit Tityum, Cacum, Antaeum Eustathius in Il. I. 591. p. 158, 21, ut in capite II. 3 dicetur, Busirin et Phalaridem Lucianus Bis. Accus. 8. p. 57. Vol. VII.: *τεθνᾶσιν ἐκεῖνοι πάντες οἱ Σκείρωνες καὶ Πιτυοκάμπται καὶ Βουσίριδες καὶ Φαλάριδες* conf. Anecd. Ox. III. p. 412. Capitolin. Maximin. 8: „tam crudelis fuit, ut illum alii — Busiridem, alii Scironem, nonnulli Phalarin — vocarent" et praeter hos Diomedem Statius, qui Palicos pro Phalaride affert, Theb. XII. 155: „immites citius Busiridos aras Odrysiique famem stabuli Siculosque licebit Exorare deos". Lucianus Ver. Hist. II. 23. p. 283. Vol. IV.: *ἡγεῖσθαι δὲ αὐτῶν Φάλαρίν τε τὸν Ἀκραγαντῖνον καὶ Βούσιριν τὸν Αἰγύπτιον καὶ Διομήδην τὸν Θρᾷκα καὶ τοὺς περὶ Σκείρωνα καὶ Πιτυοκάμπτην*, ut Claudianus in Rufin. I. 251: „Quid tale immanes umquam gessisse feruntur Vel Sinis Isthmiaca pinu vel rupe profunda Sciron vel Phalaris tauro vel carcere Sulla? O mites Diomedis equi, Busiridis arae Clementes" (ex quo loco minus perite haec derivavit in Heroica sua IV. p. 669 Barlaeus: „Saeviat in tauro Phalaris, in carcere Sciron, Occulta sub rupe Sinis dirusque Procrustes" conf. Eleg. II. p. 88. „Barbarus est Phalaris barbaricusque Sinis"). Nec plu-

---

3) Rei minime protritae unum auctorem novit Staverus in Hygin. 60. p. 126. not. 9. Lactantium in Stat. Theb. II. 380: „cum inter duo maria montem positum Sisyphus crudeli latrocinio occupasset (hac enim poena mortalium pascebatur, ut hospites praegravans ingenti saxo necaret), tandem ab accolis occisus"; sic enim eum locum et emendandum et supplendum esse suo loco docebimus. Sed commemorarunt de Sisyphi latrociniis etiam Mythographus I. 165. p. 52, 19: „apud inferos lapidem grandem volvit, quia multos ingenti saxo necavit." II. 105. p. 110, 3: „cum inter duo maria, Sisypheum scilicet et Lechaeum, positum montem Sisyphus crudeli latrocinio occupasset, homines praetereuntes ingens saxum super eos praecipitando solitus erat necare. Quod scelus luendo dicitur apud inferos contra montis verticem saxum volvere", quorum prior pars cum Lactantio insigniter concinit. III. 6, 5 p. 177, 11: „Sisyphus per latrocinium poenam illam incurrisse non incongrue dici videtur" et qui Sisyphi mentionem Scironi et Cercyoni, famosissimis latronibus, subjecit, Gregorius Nyssenus l. d. Conf. Natal. Com. Myth. VI. 17. p. 650: „Alii inquiunt illum variis tormentorum generibus hospites, qui ad illum accessissent, excruciare solitum."

res alio habito delectu commemoravit aut Isocrates Helen. Laud. 29. p. 213: παραλιπεῖν τήν τε Σκείρωνος καὶ Κερκύονος καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων παρανομίαν conf. Athen. XIII. p. 557. A. et Gell. Noctt. Att. XV. 21. aut Seneca de Clem. II. 4: „nec interficere contenti saeviunt, ut Sinis ille et Procrustes.“ Senec. Hippol. 1169: „membra quis saevus Sinis Aut quis Procrustes sparsit aut quis Cresius — Taurus biformis — Divulsit?“, quocum omnino congruit Ovidius Her. II. 69. Delrio p. 291 non omissus: „Cum fuerit Sciron lectus torvusque Procrustes Et Sinis et tauri mixtaque forma viri“ et, ut infra cap. II. 1. apparebit, Ib. 405: Sciro et Polypemo — Quique homo parte sui, parte iuvencus erat.“

Sed de Scirone aliqua adjicere libet. Cujus saxa „saevo quondam hospitio etiam sua aetate infamia“ (Pompon. Mel. II. 3, 7. Lindenbrog. in Ammian. Marcellin. XIV. 2, 3. p. 14. Tzschuck. in Mel. l. d. Vol. III. P. II. p. 283. 284. Siebelis. in Pausan. I. 44, 12. p. 157. Scironia saxa Plin. Nat. Hist. IV. 7, 11. p. 280 et Martian. Capell. VI. 653. p. 534. Σκειρωνίδα πέτραν Schol. Nicandr. Ther. 214. p. 20, 5. Scironia rupes Claudian. Bell. Get. 188. τὴν ἄκραν τὴν Σκειρῶνος Callistrat. Stat. XIV. p. 162, 8) hic significat Propertius, viam (τὴν ὀνομαζομένην ἀπὸ Σκείρωνος καὶ ἐς τόδε Pausan. I. 44, 10) nominat eo loco, qui fugit Wesselingium in Herod. VIII. 71. p. 990. Gaisf. et Elmsleium in Eurip. Heracl. 860. p. 136 sq. Tzschuckiumque l. d. p. 284. not. 1 et 3, III. 14, 12:

Scironis media sic licet ire via.

Unde proficimus ad emendandum LACTANTII in Stat. Theb. II. 183 locum huncce: „Isthmos) Peloponnesum significat. Omne enim quod summovet Helladen a Sicyonia * adhuc enim illis locis Thesei vatem legunt, ubi est Peloponnesus Sicyonia.“ Nec enim obscurum est nullum hic locum dari posse Sicyoniae. Quod nomen qui sic tuetur, ut Sicyoniam vicinam Corintho fuisse narret, Barthius p. 362 hujus correctionis auctor suasorque: „Omnem ejus imperio subvovet Helladen a Sicyonia. Tua sit Peloponnesus, ut Sicyonia. — Adhuc enim illis locis Thyesten et Atreum lugent“, is censendus est, quum non recoluisset vocem a Scholiasta Pind.

Isthm. p. 515 contestatam: „κομίσαντες τὸ σῶμα τοῦ Μελικέρτους ἀπὸ Σχοινουντίας“ aut rem ab Hygino proditam fab. 88: „Sicyonem pervenit, ubi erat Pelopia filia Thyestis deposita“, velamentum quaesivisse vitio, quod disseminari coeptum est a librariis a perscripto nomine Sicyonis v. 179 recentibus. Quid verum sit, indicat et Thesei mentio illata et memoria codicum Monacensium, quos inspeximus, haec: „unde est Peloponnessum sicionia.“ Qui enim eorum recordatus fuerit, quae docuit Strabo IX. p. 391: αἱ Σκειρωνίδες πέτραι πάροδον οὐκ ἀπολείπουσαι πρὸς θαλάττῃ. Ὑπὲρ αὐτῶν δ'ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ· οὕτω δὲ σφόδρα πλησιάζει ταῖς πέτραις ἡ ὁδὸς, ὥστε πολλαχοῦ καὶ κατάκρημνός ἐστι διὰ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος δύςβατόν τε καὶ ὑψηλόν. Ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τοῦ Σκείρωνος, quae confirmarunt Whelerus p. 436. Chandlerus p. 270. conf. Pocockius T. III. p. 245 (quorum illum Elmsleius, hunc Tzschuckius et Siebelisius attulerunt), Sponius II. p. 171. conf. Ovid. Met. VII. 443: „Tutus ad Alcathoen, Lelegeia moenia, limes Composito Scirone patet“, suffragabitur existimanti, quam fabulam Lactantius in Theb. I. 333 narraverat, eandem hoc loco monstratam fuisse hoc fere modo: „Isthmos) Peloponnesum significat omnem. Alterno) quod summovet Helladam (codd. belladam) Scironis via; adhuc enim illis locis Thesei virtutem loquuntur, unde est in Peloponnesum Scironis via.“ Similiter Plinius IV. 5, 4: „Angusta cervice Peloponnesum continet Hellas“ et Mela II. 3, 7: „Isthmos angusto tramite Helladi Peloponneson adnectit“ conf. Tzschuck. in I. 17, 3. p. 506. Vol. III. P. I.

De infami autem hospitio Scironis Callimachus in secundo, nisi quid me fallit, Originum libro ea tradiderat, quae referunt Scholiasta Eurip. Hippol. 976. p. 494: Σκειρωνίδες πέτραι καλοῦνται ἀπὸ τοῦ Σκείρωνος, ὃς τὴν Χελώνην ἔτρεφεν, οὗ μέμνηται Καλλίμαχος (fragm. 377. p. 295 Blomf.) et Pausanias I. 44, 12 ac Diodorus IV. p. 303, 2, praeter hos scriptor Ciris, quem omisit Wesselingius in Diodor. l. d., adjecerunt Bachetus in Ovid. Epist. I. p. 142 et Salvagnius in Ib. 409. p. 102, v. 464: „Praeterit abruptas Scironis protinus

arces Infestumque suis dirae testudinis exit Spelaeum multoque cruentas hospite cautes." Anecd. Cram. Ox. III. p. 412, 9: *ὁ Σκίῤῥων ὁ λῃστὴς τοὺς παριόντας ῥίπτων ἐν τῇ θαλάσσῃ παρεδίδου θηρίῳ χελώνῃ καὶ ἠσθίοντο.* II. p. 261, 28: *ἔῤῥιπτεν ἐπάνω τῆς χελώνης* (conf. Tzetz. Chil. V. 699. p. 183: *Σκείρων λῃστὴς ἐν Μεγαρίδι τοὺς πόδας πλύνοντας αὐτοῦ λακτίζων κτείνων πόντῳ.* Gregor. Nyss. ep. I. p. 627. A. Galland. Vol. VI. Scholiasta Clem. Alexandr. p. 100: *ὤθοῦντα εἰς τὴν παρακειμένην θάλασσαν βορὰν τῇ καραδοκούσῃ χελώνῃ, ἀναιρεθέντα δὲ ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς*, a quo Minervam pro Theseo nominatam vides. Nonnus p. 40 Gaisf.: *ᾤκει δὲ παρὰ τὴν παραθαλασσίαν ἀκτήν· ἐκεῖσε καθήμενος ἐν μετεώρῳ τοὺς παριόντας ἐξένιζε δόλῳ· οἷς προσέτασσεν τὰ ἑαυτοῦ ὑποδήματα ὑποσυρεῖν* (*ἀποσύρειν*; nihil enim hic prodest Wessilingius in Diod. XVII. p. 238, 31)· *τῶν δὲ τοῦτο δρᾷν πειρωμένων ὤθει λακτικῶς καὶ κατέβαλλεν εἰς τὴν θάλασσαν· οἱ δὲ πέτραις προςρηγνύμενοι ἀνῃροῦντο ὑπό τε χελωνῶν παρακειμένων ἠσθίοντο πρὸς τοῦτο εἰθισμένων*, qui quidem testudines eadem loquutus est ratione, qua plurimi Tityi aves aut serpentes, ut in cap. VIII. 2 dicetur, nonnulli Ganymedis aquilas (Boissonad. in Long. Past. IV. p. 320. Theban. Paradox. II. 1. p. 91), quidam Geryonis canes (Schol. Pind. Isthm. I. 15. p. 518), alii Arionem a delphinis in Taenarum devectum ac Dircen tauris alligatam (Theb. Paradox. l. d.).

Postremo non praetereundus est error Jacobsii, qui in explicando Lucillii epigrammate hocce (Anth. Pal. XI. 107.):

Αἰγείρου φύλλῳ πεφορημένῳ ἐξ ἀνέμοιο
Πληγεὶς Χαιρήμων ὕπτιος ἐξετάθη
Κεῖται δ' ἢ Τιτυῷ ἐναλίγκιος ἢ Παλικάμπῃ
Ἁπλώσας κατὰ γῆς σῶμα τὸ καννάβινον

versatus p. 677 „inter varia Scironis nomina etiam *παλικαμπὴς* fuisse" suspicatus est. Qua opinione nihil esse aut levius aut a loci sententia alienius, duo potissimum afferre licet argumenta quibus intelligatur. Primum enim nulla excogitari potest ratio satis idonea, cur Sciron, qui in alto saxo residens (Mythogr. I. 167. p. 52, 27. II. 127. p. 117, 33. Lactant. in Theb. I. 333. Nonn. l. d.) hospites „cogebat sibi pedes lavare

(vel, ut apud Nonnum l. d. est, excalceare) et ita in mare praecipitabat" (Hygin. fab. 38. Mythograph. ll. dd. et quos supra attulimus conf. Salvagn. in Ovid. Ib. 409. p. 101.), *παλικαμπὴς* dictus fuerit. Cujus quidem quod contestatum sit, cognomen extat omnino nullum. Deinde cum Tityo per novem jugera porrecto aut cum isto Chaeremone, qui ipse supinato corpore jacuisse a Lucillio scribitur, quo tandem pacto fieri potuit, ut componeretur Sciron a Theseo in mare dejectus et a testudine exceptus consumptusque aut, si Ovidium Met. VII. 444. Lactantiumque Narr. Fab. VII. 24. p. 841. sequeris, sparsus et fluctibus agitatus, donec ossa scopulis inhaesissent? Accedit, quod nemo unus prodidit Isthmicum illum latronem singulari quadam corporis magnitudine insignem fuisse dignumque, qui in Tityi comparationem eveheretur; nam ne a Gregorio Nazianzeno quidem Carm. Jamb. 16, 13. p. 203. D: *Σκείρων τίς οὗτος ἢ Τυφωεὺς ἢ γίγας Ἥκει τυραννῶν νερτέρους τύμβόν τ'ἐμόν*; in eam partem spectari, sed ventum Scironem et turbinem Typhoeum dici et ipsa res docet et perspexit Hasius in Steph. Thes. VII. p. 2625. A (non item p. 338. A). Quare non dubito, quin vere in Lexidiis III. p. 10 affirmaverim Antaeum illud cognomen meruisse. Qui ea palaestricae artis certamina, quae in terra exercerentur, fertur adeo calluisse, ut Terram matrem eandemque praesentissimam adjutricem habuisse crederetur. Quam rem Eusebii potissimum allato testimonio, quod est Chron. Canon. p. 294. Syncell. p. 163. A. Anecd. Paris II. 384, 24: *τὸν λεγόμενον γηγενῆ διὰ τὸ ἐπιστήμονα εἶναι τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς παλαισταῖς τρόπων χαμαὶ, ὡς ἀπὸ μητρὸς Γῆς βοηθεῖσθαι δοκεῖν*, pluribus docuerunt Scaliger in Euseb. p. 48 et Salmasius Plin. Exercitt. p. 205. a. D. b. B., paucioribus Cortius in Lucan. IV. 598. p. 522. Jacobsius in Philostr. Imagg. II. 6. p. 435. Dissenius in Pind. Isthm. III. 79. p. 557. conf. Salvagn. in Ovid. Ib. 395. p. 97, ipsi confirmamus iis, quae apud Eustathium in Hom. Od. XI. 575. p. 1700, 2 et Eudociam Viol. p. 17 leguntur: *Ἀνταῖος υἱὸς ἐμυθεύθη Γῆς· ἐκεῖνος μέντοι καὶ ὡς κατακλίων εὐμεθόδως τοὺς ἀντιπαλαιστὰς τῷ δοκεῖν καταπίπτειν εἰς γῆν τῇ γῇ τε βοηθεῖσθαι κατὰ τὴν πάλην ἐλέγετο καὶ Γῆς υἱὸς εἶναι.* Unde liquet cum alios (Passerat. in Prop. III. 22, 10. p. 534) tum Lucanum IV.

642: „Sponte cadit majorque accepto robore surgit.“ 607: „Auxilioque diu virtus non usa cadendi“ et, qui Lucanum sequutus est, Corippum Joann. V. 211: „saepe — Contacta lapsum reparabat corpus arena Sponte cadens, victor donec Tirynthius artem Nosceret“, Mythographum I. 55. p. 19, 34: „fingebat enim se cadere: at ex matre terras vires sumebat et fortior surgebat“, Ennodium Epist. I. 9. p. 24. A: „triumphalium Antaei casuum faciens mentionem. — Antaeum fabula — matris solatium, postquam coepit non cadere, loquitur perdidisse“ (conf. Ovid. Ib. 392: Qui, mirum, victor, cum cecidisset, erat) et Dict. XXVII. p. 307. C: „vincendus est (Hercules) congrediente inimico, vincendus est et jacente. — credat nihil superesse, quod peragat, cum humi fusus adspiciatur“ conf. Liban. *ἐκφρ.* Vol. IV. p. 1082 sq. — hos igitur liquet spectare ad artem (Coripp.) illam sive fraudem (Stat. Theb. VI. 894) corpore supinato jacentium, quam *ὑπτιασμόν* vocant, ut praeter Scaligerum Salmasiumque dixerunt Faber Agonist. I. 10. p. 1829 et Olearius in Philostr. Her. p. 818 sq., quos laudavit Reimarus in Dion. Cass. LXXI. p. 1182, 65. Vol. VI. p. 697, Jacobsius in Philostrat. Imagg. p. 434 sq. et in Aelian. Nat. Anim. VI. 9. p. 211. conf. V. 54. p. 122, 7: *κεῖται κατὰ τοῦ δαπέδου ὑπτία.* Quam artem describit Nonnus X. 356. p. 290, 9: *Ὕπτιος αὐτοκύλιστος ἐπωλίσθησε κονίῃ.* XLVIII. 159. p. 1256, 19: *Καὶ θεὸς αὐτοκύλιστος ἑκούσιος ἤριπε γαίῃ — Ὕπτιος αὐτὸς ἔμιμνε* conf. XXXVII. 583. p. 952, 23: *ὑποκλέπτοντι δὲ ταρσῷ Λαιὸν Ἀρισταίοιο ποδὸς κώληπα πατάξας Ὕπτιον αὐτοκύλιστον ὅλον περικάββαλε γαίῃ*, significat Ammianus Marcellinus XV. 3, 4, cujus verba sic jam solita scribi: „varie disperdens, ut in colluctationibus calce tenere quidam solent artifices palaestritae“ ad fidem codicum, in quibus haec leguntur: calce renem, is quidam (Vatic. Flor.) calce et . . . quidam (Reg.). calce et Harenis (Tolos.), sic exigenda esse arbitror: „ut in colluctationibus calce et arenis quidam solent (disperdere)“ conf. Schol. Lucan. IV. 61. p. 306: „arenis pro olivo usus est (Antaeus), ut vires terra firmaret.“ add. Casaubon. in Sueton. Aug. 80. p. 277 Boecl. Salmas. in Tertullian. de Pall. p. 259. Heins. in Ovid. Met. IX. 36.

p. 627. Welcker. Philostr. Imagg. II. 21. p. 516. Ergo Antaeum, qui „propriis magnus viribus maximus fuit per ruinam" (Ennod. Dict. l. d. B.) „comprensa matre rebellis" (Claudian. Rufin. I. 287.), Lucillius Παλικάμπῃ:

Τιτυῷ ἐναλίγκιος ἢ Παλικάμπει

— Παλικάμπει enim scribi praestat, quam Παλικάμπῃ aut quod nuper quidam praeoptavit: Παλικαμπεῖ (vid. cap. II. 4) — vere appellavit non primus, ut meum judicium fert, sed sequutus Alexandrinos poetas, fortasse etiam Phrynichum (ἐπεὶ ὁ τραγικὸς Φρύνιχος ἐν Ἀνταίῳ δράματι περὶ παλαισμάτων πολλὰ διεξῆλθεν Schol. Aristoph. Ran. 688. p. 295, 16. Fragm. Trag. Graec. p. 558 Nauck.). Ab Callimacho igitur (quid enim vetat hoc nomen ponere?) Lucillius ita Παλικάμπους nomen sumpsit, ut illa Τιτυῷ ἐναλίγκιος expressa esse existimo de Theocriti loco XXII. 94. 106: Τιτυῷ ἐναλίγκιος ἀνήρ. — Ὕπτιος ἐν φύλλοισι τεθαλόσιν ἐξετανύσθη, ubi Scholiasta p. 435, 4: τὰ νῶτα ἔχων ἐπὶ γῆς, τὸ δὲ πρόσωπον ἄνω βλέπον ἐξηπλώθη. Aptissime autem cum Tityo componi videtur Antaeus, quem mirabili corporis et longitudine et latitudine excelluisse praeter eos, quos attulerunt Sturzius in Pherecyd. Fragm. p. 136 sq. et Jacobsius in Philostr. Imagg. II. 21. p. 521, tradit Tzetza Chil. V. 263. p. 166. et II. 364. p. 54: τὸν ἑξηκοντάπηχυν Ἀνταῖον. [4]) Quae res fugit Bergkium Mus. Rhen. XIX. p. 603.

---

4) Eundem Antaeum dictum fuisse παλιμπαλῆ (conf. Cratet. fragm. XV. p. 251. Com. Graec. Vol. II. P. I.: παλίνδικον τὸν πολλάκις δικαζόμενον), non παλιμβαλῆ, ut extat apud Suidam II. p. 25, 7. Photium p. 372, 10. Gramm. Bachmann. I. p. 326, 17, illa autem verba, quae ab iisdem grammaticis adjecta sunt ὁ ἀνα ταῦρα πεσών, in hunc modum scripta ἀνὰ παῦρα πεσών de Antaeo humi paulisper fuso a Callimacho posita fuisse copiosius disputavimus Lexid. II. p. 3 sqq. addidimusque p. 7 sq. Suidae p. 26, 3, apud quem adulterinum illud παλιμβαλής reparare instituit Toupius, et Photio p. 221, 15: παλίνδης ὄνομα (ὄνος) haec reddenda esse: παλιναὴς ἄνεμος. Aelianum autem Nat. Anim. XV. 19. p. 346, 20: ἐοίκασι δὲ (τῶν χελωνῶν οἱ ἄῤῥενες) τῇ πόᾳ καλλωπίζεσθαι καί τινας καὶ ἀποῤῥήτους παλιώρας flosculum hunc: καὶ τινάσσειν ἀποῤῥήτους παλιώρους ex Alexandrini alicuius poetae carmine eo delibasse, ad quod spectare videantur Hesychius II. p. 846. v. παλιώρους et Photius p. 323, 15, in iisdem Lexidiis I. p. 1—3 obtinuimus.

Cap. II.

1.

Nunc reddenda sunt ea, quae ad Pityocampten pertinentia exsequuturos nos esse supra I. 2. promisimus. Et primum quidem in disceptationem venit OVIDII versus Ib. 405 longe difficillimus, quem cum omnes tum Wesselingius in Diodor. IV. p. 303, 92. Heynius in Apollodor. p. 897. Matthiaeus iu Schol. Eurip. Hipp. 974. p. 493. not. 7. sic scriptum legere consueverunt:

Ut Sinis et Sciron et de Polypemone natus.

Quasi vero lateat Polypemonem eum ipsum esse, qui ab aliis Damastes, ab aliis Procrustes vocatur (Salvagn. in Ib. 409. p. 101 sq. Leopold. in Plutarch. Thes. XI. 1. p. 23 sq.), qui pater Sinidis perhibetur ab Apollodoro III. 16, 2. p. 123, 4: *Σίνιν τὸν Πολυπήμονος* —· *οὗτος Πιτυοκάμπτης ἐπεκαλεῖτο* et Scholiasta Eurip. l. d.: *Σίνις υἱὸς Πολυπήμονος* (ita Matth.; *Πήμονος* Polit. in Eustath. Il. I. 591 et alii), unde suspicetur aliquis Scholiastae Pind. Isthm. p. 514, quem perstrinximus cap. I. 2.: *Σίνιδι τῷ Προκρούστῃ* —· *ὁ δὲ Σίνις Ποσειδῶνος παῖς* — *δένδρα κάμπτων* hoc reddendum esse: *Σίνιδι τῷ Προκρούστου*, ut Sinis Procrusta patre natus Neptuni filius (Davis. in Cic. Nat. Deor. I. 23. p. 81) dicatur ea ratione, qua Hercules Amphitryoniades Jovis filius, et Meleager Martis filius (de quo in Lactant. Theb. I. 463 dicetur) Neptunique Theseus (Anecd. Paris. I. p. 298, 6), Hector Priamides Apollinis filius (Potter. in Lycophr. 264. p. 1143) itemque Mopsus Ampycides (Burmann. Catal. Argon. v. Mopsus); omitto autem Scholiastam Ib. 405. p. 467: „Procrustes filius polyphemonis" conf. Micyll. in Ovid. Met. VII. 399. p. 496. Nec eum errorem non notarunt post Bachetum in Ovid. Epist. I. p. 141 Salvagnius et Merkelius, quorum ille Phaeam:

cum Polypemone natam

conjectavit audacissime, hic commentus est haecce:

Ut scopulus Sciron et cum Polypemone notus

„h. e. Procrustes, quem noveris, si Polypemonem noveris", quae quum ipse cavilletur verius, quam commendet, falsa esse

omnes cognoscent facta paulo consideratius contentione illorum ipsorum, quibus usus est Merkelius, versuum Am. I. 15, 30: „sua cum Gallo nota Lycoris erit“ et Trist. V. 14, 5: „mecum tua fama legetur.“ Nec vero difficilis fuit veri conjectura. Nam qui intenderit animum et discrepantiae unius Medicei: Polypemone nati, et consensui codicum haec tenentium: Sciron (chyron, chyron, ciron, siron conf. Claudian. Rufin. I. 253: Sciron. Oxon. Leid. Farnes. Chiron. Pompon. Mel. II. 3, 7 codd. Tzschuck. p. 225 schyronia, chironis, sironia) et Polypemone (Poliphemone, Polyphemone, politemone) natus, is vel leviter monitus non dubitabit, quin iis, quae male dirempta esse appareat, in hunc modum reconcinnatis: Polypemo necatus (necati) nomina Sciro et Polypemo sint restituenda:

Sciro et Polypemo necati.

Quae nomina eadem librariorum vel levitate vel inscientia sunt corrupta, qua in Ib. v. 607. Milo (Heins. in Am. II. 14. 33. p. 444): „Utque Milo robur diducere fissile tentes“ in codice incerto, Petav., Berol., Patav.: Milon. Neque enim minus recte dicitur Sciro, quam Chiro a Livio Andronico Inc. Fab. V. p. 4, 33: „Haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri“ et Germanico Arat. Phaen. 418: „ille pius Chiro tutissimus omnes Inter nubigenas,“ ab Virgilio Aen. VIII. 603 Tarcho: „Haud procul hinc Tarcho et Tyrrheni“ (ut VII. 341: „Allecto infecta venenis.“ Propert. II. 21, 25: „Callisto Arcadias erraverat ursa per agros.“ Sidon. Apollin. Carm. XI. 70: „Huic Dido in ferrum isset.“). X. 748: „Partheniumque Rapo et praedurum viribus Orsen (obtruncat)“ conf. Erythr. Ind. v. Tarchon. Senec. Med. 526: „Creo atque Acastus arma si jungant sua“, aut Polypemo, quam Agamemno ab Statio illo versu: „Conclamant Danai stimulatque Agamemno volentes.“ Barth. in Achill. I 553. p. 1691 sq. Dresem. in Joseph. Iscan. V. 359. p. 120. Gronov. in Senec. Agam. 514. p. 565. Dorvill. Misc. Obss. Vol. II. P. I. p. 102. Charis. I. p. 64, 24, ne huc repetam, quae disputarunt Vossius de Analog. I. 35. p. 544. Oudendorpius in Lucan. I. 214. p. 31. Ochsnerus in Cic. Eclog. p. 45. Jahnius in Virg. Ecl. VII. 30. p. 359, alii. Liquet igitur, quanti sit id, quod explendis versus numeris

suppeditarunt libri Petavianus et Moretanus: „Sciron et de Polypemone."

Reliqua antem, quae sic consignata extant: ut Cinis (scynis, senis) et: ut Sinus (scinius) et, quoniam Sinidi locum dari ipse Ovidius vetat versu 407: „Quique trabes pressas ab humo mittebat in auras Aequoris adspiciens hujus et hujus aquas", unde in Petaviano chartaceo ad hoc commentum descensum est: „Ut scopulus chiron", recordanti vocum ut et vi similitudinem illam quidem ut ad fallendam describentium aciem instructissimam ita plurimis exemplis contestatam a Rittershusio in Gunth. Ligur. V. 253. p. 104. Burmanno in Quintilian. X. 1. p. 900. Drakenborchio in Liv. IV, 51, 6. p. 420. Madvigio in Cic. Cat. Maj. p. XI. ed. 1835. Valg. p. 510. add. Vellej. II. 51, 1: virebatur. Rhenan. ut rebatur) probabiliter emergit sic reficienda esse, ut hoc ponamus versus principium: ut vicibus (conf. quae de Lactantii loco in cap. III. dicentur), subjiciamus autem vocem nomini Scironis non dissimilem (ut apud Gellium XV. 21: Cyclopa et Cercyona et Scirona in Thuan. et aliis est: Cyclopas et Scironas):

Ut vicibus scelerum Sciro et Polypemo necati.

Ut apud Senecam est Thyest. 133: Alternae scelerum ne redeant vices (conf. Hippol. 1023: „scelere petrae nobiles Scironides"). Tacit. Hist. IV. 27: inde scelerum et suppliciorum vices conf. Nemesian. Cyneg. 41: „Tantalidum casus — Horrendasque vices generis dixere priores." Senec. Oedip. 870: „in Tartara ima — rape Retro reversis generis ac stirpis vices." Nec tamen dissimulo faciliorem tutioremque videri posse hanc rationem, ut recepto, quod pro Cinis, senis — haec enim multifariam reperiuntur pro Sinis scripta vid. cap. III. — in Propertii l. d. Dresdensis liber tenet: saevis, hic instituatur simillimorum verborum (saevis vicibus) ordo:

Ut saevis vicibus Sciro et Polypemo necati

conf. Cul. 210: acerbas cogor adire vices. Barth. in Stat. Theb. IV. 620. p. 1170 sq. Burmann. in Prop. I. 13, 10. p. 132; ne jam afferram versis vicibus (Senec. Herc. Oet. 470.), vicibus justis (Stat. Theb. VI. 529). Conf. Claudian. Mall.

Theod. 84: „Grajorum obscuras Romanis floribus artes Irradias vicibus gratis formare loquentes Suetus", quem locum praeteriit Schwarzius in Mamertin. Paneg. III. 3. p. 21.

2.

Nec ex PAVSANIAE loco II. 1, 3 non tollendum est Pityocamptae nomen. Quem locum in hanc speciem reformatum:

ἐνταῦθα τραφῆναί φασι Φαιὰν κατὰ τὰ ἔπη ὗν καὶ τὸν λεγόμενον Πιτυοκάμπτην· καὶ Θησέως ἐς αὐτόν ἐστιν ἔργον· προϊοῦσι δὲ ἡ πίτυς ἄχρι γε ἐμοῦ πεφύκει παρὰ τὸν αἰγιαλὸν καὶ Μελικέρτου βωμὸς ἦν

proposuit Schubartus p. 235 Hasii emendationem amplexus „quod quae sequerentur *προϊοῦσι γὰρ ἡ πίτυς*, necessarium redderent inseri *καὶ τὸν λεγόμενον Πιτυοκάμπτην.*" Quibus nihil dici aut fingi potest, quod sit mirabilius et ab omni fide sejunctius. Quid enim? quia ulterius progresso (*προϊοῦσι*) apparere pinus narratur, ideone necesse est Pityocamptae mentio fiat in eo loco, quo de Cromyone jam remotiore dicitur (*τῆς δὲ Κορινθίας ἐστὶ γῆς καὶ ὁ καλούμενος Κρομυών —· ἐνταῦθα τραφῆναί φασι Φαιὰν — ὗν καὶ τὸν λεγόμενον Πιτυοκάμπτην· προϊοῦσι δὲ ἡ πίτυς — καὶ Μελικέρτου βωμὸς ἦν*)? ideone in hac potius parte Pityocamptes Thesei facinus modo nescio quam praeclaro: *καὶ Θησέως ἐς αὐτόν ἐστιν ἔργον* dicendus fuit, quam in ea, qua dedita opera illa fabula exponitur 4. p. 236: *ἔστι δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰσθμοῦ τῆς ἀρχῆς, ἔνθα ὁ λῃστὴς Σίνις*, silenda autem Phaea, ad quam ipsam a Theseo sublatam Pausaniam spectasse argumento sunt verba *ἐνταῦθα τραφῆναί φασι*? ideone molienda fuit tam foeda rerum perturbatio, ut 3 p. 235 Pityocamptae — mira fides — una pinus (*ἡ πίτυς*), de qua nimirum Hyginum Scholiastamque Luciani ac Cratinum testes esse in cap. III. dicemus, memoraretur, 4. p. 236 Sinis scriberetur „curvatis ad terram diversarum pinorum ramis hospites distraxisse" (*ἀφῆκεν ἂν τὰ δένδρα ἄνω φέρεσθαι· ἐνταῦθα ἑκατέρα τῶν πιτύων τὸν δεθέντα ἐπ' αὐτῇ εἷλκε*)? Quanto consultius fuit nomine Pityocamptae in suum locum (p. 236) rejecto aut hanc orationem quamvis audacter institui: *ἐνταῦθα τραφῆναί φασι σῦν τῶν λεγομένων Θησέως κατὰ τὰ ἔπη ἄθλων τρίτον·*

τινὲς δὲ λέγουσι ταύτην ἓν πάρεργον (ut apud Philonem de Cherub. Vol. II. p. 6: ὅπερ ἔστιν ἴσον. Med. ἓν ἴσον. add. Wyttenbach. in Julian. Or. p. 177. et Staver. in Hygin. Fab. 30. p. 81. not. 8) — sic enim dicunt Diodorus IV. p. 303, 97: τρίτον δὲ τὴν ἐν Κρομμυῶνι ὑπάρχουσαν ὗν ἀγρίαν ἀπέκτεινεν ac Plutarchus Thes. IX.: ταύτην ὁδοῦ πάρεργον, ὡς μὴ δοκοίη πάντα πρὸς ἀνάγκην ποιεῖν, ὑποστὰς ἀνεῖλε — aut Clavierii Sintenisiique exemplo duci, quos non poenituit locum proponere hoc verborum et delectu et ordine structum: ἐνταῦθα τραφῆναί φασι Φαῖαν κατὰ τὰ ἔπη ὗν καὶ Θησέως ἐς αὐτήν ἐστιν ἔργον? Pellatur igitur ista opinio, qua Hasius et Schubartus, antea et alii multi et Barthius in Stat. Theb. XII. 576. p. 1525. et Leopoldus in Plutarch. l. d. VIII. 2. p. 19. Sinidis pinum a Pausania visitatam fuisse sumpserunt. Quid autem hac narratione est planius atque evidentius, qua Pausanias, postquam de sue Cromyonia absolvit (3 p. 235), perrecturus ad Sinidis scelus enarrandum (4. p. 236) omnia, quae ad memoriam Palaemonis in Isthmiacum litus ad ipsam, ut ego arbitror, illam pinum delati pertinerent, his complexus est: προϊοῦσι δὲ ἡ πίτυς ἄχρι γε ἐμοῦ πεφύκει παρὰ τὸν αἰγιαλὸν καὶ Μελικέρτου βωμὸς ἦν. ἐς τοῦτον τὸν τόπον ἐκκομισθῆναι τὸν παῖδα ὑπὸ δελφῖνος λέγουσι· κειμένῳ δὲ ἐπιτυχόντα Σίσυφον θάψαι τε ἐν τῷ Ἰσθμῷ καὶ τὸν ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ ποιῆσαι τῶν Ἰσθμίων? Quae quidem oportuit ab Siebelisio Adnott. p. 163 illustrari Euphorionis loco fragm. XLVII. p. 80: Κλαίοντες δέ τε κοῦρον ἐπ' ἀγχιάλοις πιτύεσσιν Κάτθεσαν, Meinekio Anal. Alexandr. p. 83 non incognita ab Iacobsio afferri p. 482 sq. in Philostrat. Imagg. II. 16. p. 76, 26: τέμενος-ἠρέμα τι προσηχοῦν τῇ θαλάττῃ· αἱ γὰρ τῶν πιτύων κόμαι τοῦτο ᾄδουσι conf. Schol. Pind. Isthm. p. 515: ἀπὸ τῆς Σχοινουντίας· ἐκεῖ γὰρ ἐξεῤῥίφη et Tzetz. in Lycophr. 229. p. 495 conf. Gell. Itin. of Greece p. 2. Plin. Nat. Hist. IV. 7, 11. p. 280: „in ora autem portus Schoenus (Schoenos enim perperam probavit Silligius), oppida Sidus, Cremmyon, Scironia saxa“, quem locum omisit Dindorfius Steph. Thes. Vol. VII. p. 1684. C. conf. Salmas. Plin. Exerc. p. 100. b. F., quem neglexit Tzschuckius in Pomp. Mel. I. 16, 2. p. 500. Vol. II. P. I. Sed ipsius Cromyoniae

suis memoria eruenda est ex insigni codicum diversitate hacce:

λέγουσι καὶ τὸν λεγόμενον Θησέως Πιτυοκάμπτην καὶ κατ᾽ αὐτὸν τὸν τόπον ἐστιν ἔργον Vindob. pr. sec. Lugd. pr.

λέγουσι καὶ τῶν λεγομένων θησέως κατὰ τὰ ἔπη... ταύτην ἐστιν ἔργον. in marg. πυοκάμπτην καὶ κατ᾽ αὐτὸν τὸν τόπον Vatic.; in principio autem superscriptum est τὸν λεγόμενον vel, si Siebelisio fides est, τὰν λεγομέναν.

φασιν, καὶ τῶν λεγομένων θησέως κατὰ τὸ ἔπη·... ταύτην ἐστιν ἔργον Mosq. Monac.

φασὶ καὶ τῶν λεγομένων θησέως κατὰ τὸ ἔπην... ταύτην ἐστιν ἔργον Lugd. (sec.? nam subest in hoc loco error aliquis Schubarti).

φασι καὶ τῶν λεγομένων Θησ. κατοέπην, ῦν. ταύτην ἔστιν ἔργον Paris. tert.

φασιν καὶ τῶν λεγομένων Θησ. κατοὐπὴν, ταύτην ἔστιν ἔργον Angel.

Quam diversitatem consideranti uti primum hoc dilucet librariorum visum ambigua similium vocum (ἔπη. ἔπην ῦν Paris. tert. conf. Strab. VIII. p. 193, 20. ῦν, ἣν. codd. ah ῆν et, id quod omisit Kramerus, Voss. Steph. Byz. p. 383, 1 ἣν. add. Jacobs. in Aelian. Nat. Anim. III. 3. p. 98. et VII. 39. p. 173, 29 Annott. p. 272) specie ita lacessitum atque elusum fuisse, ut stilo praeterirentur, quae inter utramque vocem posita extarent: Θησέως κατὰ τὰ ἔπη [ἄθλων τὸν λεγόμενον Πιτυοκάμπτην καὶ κατ᾽ αὐτὸν τὸν τόπον] ἐπαινεῖν ῦν ταύτην ἐστιν ἔργον. Deinde satis manifestum est priorem sententiae partem reconcinnandam esse in hunc fere modum: ἐνταῦθα τραφῆναι λέγουσι Φαῖαν τῶν λεγομένων Θησέως κατὰ τὰ ἔπη ἄθλων. Ut pro explorato affirmem antiquitus in aliquo exemplari haec deinceps fuisse consignata: ἐνταῦθα τραφῆναι λέγουσι Φαῖαν ῦν ἕνα τῶν λεγομένων Θησέως κατὰ τὰ ἔπη ἄθλων καὶ τὸν λεγόμενον Πιτυοκάμπτην καὶ κατ᾽ αὐτὸν τὸν τόπον ἐπαινεῖν τὴν ῦν ταύτην ἐστὶν ἔργον. Προϊοῦσι δὲ ἡ πίτυς —. Quae ut statu demota suo eo, quo videmus, modo: λέγουσι καὶ τὸν λεγόμενον Θησέως Πιτυοκάμπτην dissiparentur,

vocum potissimum *τῶν λεγομένων* et *τὸν λεγόμενον* similitudine et vicinia factum est: signum ejus rei manet hoc, quod in Vaticano codice alteri (*τῶν λεγομένων*) alterum superscriptum legitur. Accedebat, quod nec illa *κατὰ τὸ ἔπη* et *κατ' αὐτὸν τὸν τόπον* (Vindobb. Lugd., in quibus deest *ταύτην*) multum differre videbantur et bis posita erant vocabula *κατὰ*, *καὶ*, *ὂν*, *πίτυς*, fortasse etiam, si quis Phaeam non *ἄθλον*, sed *ἔργον Θησέως* dictum fuisse sumpserit, *ἔργον*. Nimirum non jam latet, quae in margine adscripta aut omnino (Vindobb. Lugd.) aut aliqua ex parte (Mosq. Monac. Paris. Angel.) ab imperitioribus librariis coepta sint mediae interseri orationi, quae externae illi atque adventiciae parti recipiendae opportuna esset quam quae maxime. Verba enim, quae magno consensu libri tenent, et haec *Πιτυοκάμπτην καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τόπον* (Vindobb. Lugd. pr. Vatic.) et illa *ταύτην ἔστιν ἔργον* (Vatic. Mosq. Monac. Lugd. Paris. tert. Angel. *ἐστιν ἔργον* Vindobb.) non modo ipsae arguunt orationis partes: *κατ' αὐτὸν τὸν τόπον*, *ταύτην*, *ἐστὶν ἔργον*, *Πιτυοκάμτην* (quo nomine cui credibile est Pausaniam non usum esse 4. p. 236, sed praepostere 3. p. 235?), verum etiam exemplum Vatic. declarat ab aliquo sive grammatico sive rhetorico doctore lectis iis, quae de Cromyonia sue et Sinide 3 et 4 a Pausania memoriae prodita sunt, extra ordinem fere sic, ut supra diximus, in vacuo loco notata fuisse:

Κρόμυου τ. Π. ἐ. τραφῆναι λέγουσι *Φαῖαν ὂν ἕνα τ. λ. Θ. κατὰ τὰ ἔπη ἄθλων. προϊοῦσι δὲ ἡ πίτυς ἄχρι γε ἐμοῦ πεφύκει.*	*καὶ τὸν λεγ. Πιτυοκ. καὶ κατ' αὐ. τ. τόπον ἐπαινεῖν ὂν ταύτην ἐ. ἔργον.*

Conf. Menand. *περὶ ἐπιδεικτ.* II. 1. p. 158, 7: *Ἔπαινος μὲν χώρας — διττὸς ἢ κατὰ φύσιν ἢ κατὰ θέσιν.* 2. p. 172, 5: *σκεψώμεθα τοίνυν καὶ τὴν τοπικὴν καλουμένην θέσιν· — καλοῦσι δέ τοπικὴν τὴν τοῦ τόπου φύσιν, ἐν ᾧ ἡ πόλις ἵδρυται.* 211, 7: *κατὰ δὲ τὸν τόπον, ἔνθα ἡ πανήγυρις, ὡς τὸ περὶ Δελφῶν, ὅτι ἐν ὀμφαλῷ τῆς γῆς κεῖται* (nolo enim verba *κατ' αὐτὸν τὸν τόπον* interpretari secundum exemplum Hesiodi Opp. 349: *ἀποδοῦναι Αὐτῷ τῷ μέτρῳ* id est „eadem mensura“ Cic. Brut. 4, 15. Aelian. Var. Hist.

VII. 11. vid. Jacobs. in Aelian. Nat. Anim. VIII. 5. p. 285 et Anth. Pal. VII. 532, 6. p. 358 conf. Bergk. Ind. Lectt. Hal. 1864. p. VI.); de laudationis autem illius ratione (conf. Boissonad. in Aen. Gaz. p. 189. not. 114. Bernhardy. Hist. Litt. Graec. I. p. 541) existimatur vel ex locis Plutarchi Thes. IX. 1: *ἡ δὲ Κρομυωνία σῦς, ἣν Φαῖαν προςωνόμαζον, οὐ φαῦλον ἦν θηρίον, ἀλλὰ μάχιμον καὶ χαλεπὸν κρατηθῆναι· ταύτην - ἀνεῖλε - οἰόμενος δεῖν - τῶν θηρίων καὶ προεπιχειροῦντα τοῖς γενναίοις μάχεσθαι καὶ διακινδυνεύειν.* Gryll. 4. p. 214. Vol. XIII.: *τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος οὐδὲν ἀποδεῖ —. ἀλλὰ καὶ Κρομυωνίαν τινὰ σῦν ἀκούεις, ἣ πράγματα πολλὰ θῆλυ θηρίον οὖσα τῷ Θησεῖ παρεῖχε* et Diodori IV. p. 303, 99: *σῦν ἀγρίαν διαφέρουσαν ἀλκῇ τε καὶ μεγέθει καὶ πολλοὺς ἀνθρώπους ἀναιροῦσαν* conf. Plat. Lach. 196. E et quae infra 4 expromentur. Ceterum alius fortasse dicet libri Vaticani, in quo invenitur adscriptum *πυοκάμπτην καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τόπον*, auctoritatem sic sequendam esse, ut voculam *καὶ* (*καὶ τὸν λεγόμενον*) non de nomine *Φαῖα* restare, sed „variae lectionis esse signum" (Dobr. Adv. ad Lys. c. Andocid. 104, 24. p. VII. Dobs.) sublatisque illis verbis, quae posuimus (*τὸν λεγόμενον*) existimemus scriptum fuisse ipsum nomen *Πιτυοκάμπτην* (*καὶ κατὰ* -) subjunctum voci non omnino dissimili (*τῶν λεγομένων - ἄθλων*) *τρίτον*. Verum haec in leviore ponimus discrimine; illud quidem probabiliter videmur effecisse firmissimeque tenemus ipsum Pausaniam haec reliquisse scripta:

ἐνταῦθα τραφῆναι λέγουσι Φαῖαν (ὗν) ἕνα τῶν λεγομένων Θησέως κατὰ τὰ ἔπη ἄθλων. Προϊοῦσι δὲ ἡ πίτυς —.

(ut Aelian. Nat. Anim. VII. 39. p. 173, 31: *τὸν Ἡράκλειον ἆθλον ἔλαφον.* IX. 23. p. 204, 15: *τὴν μὲν ὕδραν τὴν Λερναίαν, τὸν ἆθλον τὸν Ἡράκλειον.* Sil. Ital. III. 32: „labor Alcidae Lernaea recisis Anguibus hydra jacet." Senec. Herc. Fur. 944: „primus en noster labor - leo." Steph. Byz. p. 383, 1: *τὴν Κρεμμυωνίαν ὗν, ἣν μητέρα τοῦ Καλυδωνίου κάπρου φασὶ καὶ τῶν Θησέως ἄθλων ἕνα,* quae apud Strabonem VIII. p. 380 sic leguntur: *τῶν Θησέως ἄθλων ἕνα τοῦτον παραδιδόασι τὴν τῆς ὑὸς ταύτης ἐξαίρεσιν.* Pausan. I. 27, 9: *τὸν ταῦρον - Ἡρακλεῖ τῶν δώδεκα καλουμένων ἕνα καὶ τοῦτον*

γενέσθαι τῶν ἄθλων) sive vocem καὶ ante voces τὸν λεγόμενον positam libet retinere:

ἐνταῦθα τραφῆναι λέγουσι Φαῖαν ὗν καὶ τῶν λεγομένων Θησέως κατὰ τὰ ἔπη ἄθλων ἕνα γενέσθαι. Προϊοῦσι δὲ —.

Maluimus enim iam fidei codicum Vindobb. Lugd. Vatic., in quibus extat τραφῆναι λέγουσι καὶ τὸν λεγόμενον hoc tribuere, ut nomen Φαῖαν vel Φαῖαν ὗν in codicibus Mosq. Monac. Paris. Angel., in quibus invenitur τραφῆναι φασι (φασιν) καὶ, prave in hanc speciem: φασὶν detortum esse, detortum voci λέγουσι nocuisse statueremus, quam aut sequi Clavierium Siebelisiumque et Schubartum: τραφῆναί φασι Φαῖαν aut proponere hoc: τραφῆναί φασι σῦν (ut apud Plutarch. ll. dd. Theodor. Hyrtac. Epist. 22. Not. et Electt. Codd. Regg. T. IV. p. 22: Κρομυωνίᾳ σύ͏ϊ) vel φασιν ὗν. Ἕνα autem addere nobis sic visum est, ut Meinekio apud Stephanum Byzantium l. d.: τῶν Θησέως ἄθλων ἕνα, apud alios Dobraeo Adv. ad Demosth. de Coron. 316, 24. p. 20 Dobs. conf. Siebelis. in Pausan. VIII. 38, 4. Vol. III. p. 320.

3.

Hoc igitur iudicio pronuntiare visum est de Ovidio et Pausania, quos auctores professus Salvagnius, quem sequutus est Heinsius, „Sinin diversum fuisse a Pityocompta“ narravit. Fugerat autem doctum virum suae sententiae testem addere EVSTATHIVM in Hom. Il. I. 591. p. 158, 21:

ὡς δὲ καὶ Σίνις Σίνιδος ὕστερον λῃστὴς - αἱ ἱστορίαι δηλοῦσι περιᾴδουσαι καὶ αὐτόν, καθὰ καὶ τὸν Σκείρωνα καὶ τὸν Πιτυοκάμπτην καὶ τὸν Κάκον καὶ τὸν Λίβυν Ἀνταῖον καὶ τοὺς τοιούτους.

Cuius loci rationem nec ab aliis, qui aut de Sinide latrone aut de vi et usu nominis σίνις disputaverunt, explicatam video nec ab Spanhemio in Callimach. Apoll. 92. p. 106 sq. aut a Blomfieldo Gloss. in Aesch. Agam. 697. p. 246 conf. Boettiger. Vas. Pict. I. 2. p. 139, quem laudarunt Iacobsius in Philostr. Imagg. II. 21. p. 518 et Bernhardyus in Suid. II. p. 763, 4; nam quae Meursius Thes. 5. p. 14 sqq. congesserit, mihi nunc incompertum est; Politus autem in Eustath. l. d. minus bene

de Eustathio existimavit: „*Τοῦ Σκείρωνος καὶ τοῦ Πιτυοκάμπτου* quos Theseus interfecit, meminit Strabo quoque lib. 9. Hinc, ni fallor, putavit Eustathius hunc Pityocampten diversum esse a Sinide, sed falso.“ Quid igitur? fretine exemplis Scholiastae Pind. Isthm. p. 514 *Σίνιδι τῷ Προκρούστῃ* — · *ὁ δὲ Σίνις Ποσειδῶνος παῖς* — *δένδρα κάμπτων* (in quo quidem loco hoc restituere: *Σίνιδι τῷ Προκρούστου* supra l. ingressi sumus) et poetae ap. Aristot. Rhetor. III. 3: *Σκίρων σίνις ἀνήρ*, eorumque, a quibus in Scironis *σίνιδος ἀνδρός* locum Sinin Pityocampten suffectum esse Plutarchus memorat Thes. 24, 5: *ἔνιοι δέ φασιν ἐπὶ Σκείρωνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι* — *οἱ δὲ Σίνιν οὐχὶ Σκείρωνα:* hisne igitur exemplis freti statuamus Procrusten a quibusdam Sinin tamquam certo et proprio vocabulo appellatum fuisse? an dicamus, id quod in simili causa ait Hemsterhusius in Lucian. Vol. I. p. 224, „in his rebus tantam Eustathii auctoritatem non agnosci, qua sola nos contentos esse oporteat“? Neutrum hercle placet et eo minus, quod et ea res, quod Sinidis Pityocamptae fama celebratior est nominibus Scironis et Caci Antaeique, et verba *καὶ αὐτόν* (conf. p. 158, 12: *Σίντιες οἱ Λήμνιοι, καθότι πειραταὶ ἦσαν* — *ὥστε εἶναι καὶ αὐτοὺς Λήμνια κακά, καθάπερ ὕστερον αἱ γυναῖκες, αἳ τοῖς ἀνδράσιν ἐν Λήμνῳ εἰς φόνον ἐπεβούλευσαν*) indicare videntur id ipsum hic accidisse, quod in Pausaniae illo loco, de quo modo quaesivimus, factum esse parum recte censuerat Barthius l. d. suspicatus ille „verba luxata esse et pinus mentionem subjiciendam esse Sinidis latrocinii descriptioni.“ Facili enim conjectura ex p. 1699, 54 in Od. XI. 575: *θρασὺς δὲ ὁ Τιτυὸς καὶ ληστρικός* colligitur ab ipso Eustathio haec fuisse tradita:

αἱ ἱστορίαι δηλοῦσι περιᾴδουσαι καὶ αὐτὸν τὸν Πιτυοκάμπτην, καθὰ καὶ τὸν Σκείρωνα καὶ τὸν Τιτυὸν καὶ τὸν Κᾶκον.

Conf. Theo Progymn. VI. p. 221, 1: *Τιτυὸς - Πανοπέως δυνάστης ἀνὴρ παράνομος καὶ βίαιος.* Natal. Com. Myth. VI. 19. p. 640. Eustathius igitur quem plerique Sinin vocant, utroque deinceps nomine appellavit conf. Apollodor. III. 16, 2: *Σίνις - Πιτυοκάμπτης ἐπεκαλεῖτο*, unde *Σίνιν τὸν πιτυοκάμπτην* legimus Plutarch. Thes. VIII. 2. et Suid. T. I. P. II. p. 1186, 15, quos attulit Politus l. d., *τοῦ πιτυοκάμπτου*

(scrib. *πιτυοκάμπτου* conf. cap. IV. 2.) *Σίνιδος* Nicet. Chon. de Man. Comn. IV. p. 195, 17. *Σίνις - ὁ καὶ Πιτυοκάμπτης* Schol. Eurip. Hipp. 974. p. 493. Uno Pityocamptae nomine uti maluerunt Strabo IX. p. 391: *περὶ τοῦ Σκείρωνος καὶ τοῦ Πιτυοκάμπτου*, Lucianus iis locis, quos I. 5 in medium attulimus (conf. cap. IV.), eiusque Scholiasta Jov. Trag. 21. p. 249. Vol. VI. et is, quem Pausaniae loco II. 1, 3 haec inseruisse: *τὸν λεγόμενον Πιτυοκάμπτην* supra 2 demonstravimus, ac Suidas eo loco, de quo in cap. IV. extremo quaeretur, denique Hyginus fab. 38. Quod nomen sic scriptum: *Πιτυκάμπτης* reprehensione carere irrito consilio affirmarunt ii, contra quos disputavimus Lexid. III. p. 9.

Superest, ut exsequamur rem a Plutarcho eo loco, quo supra usi sumus, proditam, Thes. 24, 5: *Ἔνιοι δέ φασιν ἐπὶ Σκείρωνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι τοῦ Θησέως ἀφοσιουμένου τὸν φόνον διὰ τὴν συγγένειαν. Σκείρωνα γὰρ υἱὸν εἶναι Κανήθου καὶ Ἡνιόχης τῆς Πιτθέως. Οἱ δὲ Σίνιν οὐχὶ Σκείρωνα· καὶ τὸν ἀγῶνα τεθῆναι διὰ τοῦτον ὑπὸ Θησέως.* Idem enim dicit Scholiasta Pindari Isthm. p. 514: *τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα οἱ μὲν ἐπὶ Σίνιδι - διαθεῖναί φασι τὸν Θησέα ἀνελόντα αὐτόν*, quae illustriora fiunt iis, quae leguntur p. 515: *φανεῖσα δὲ μία (Νηρεῒς) τῷ Σισύφῳ εἶπεν ἄγειν τὸν ἀγῶνα· ἐσιωπήθη δὲ πρὸς χρόνον διὰ τοὺς λῃστάς, Θησεὺς δὲ ἐλθὼν ἐκάθηρε τοὺς τόπους καὶ ἦγε δεύτερον.* Accedit SCHOLIASTA NICANDRI Alex. 605. p. 110: *ἄγεται δὲ τῷ Μελικέρτῃ ὁ Ἰσθμιακὸς ἀγών, ἐν ᾧ ὁ στέφανος ἦν πρότερον τοῖς νικῶσιν ἀπὸ σελίνου, ὕστερον δ' ἀπὸ πίτυος, γίνεσθαι δέ φασιν ἐπὶ Σίνιδι, τὸν Θησέα διαθεῖναι, οἱ δὲ Ποσειδῶνι τῷ πατρῴῳ θεῷ τελεῖσθαι, οἱ πλεῖστοι δέ φασι τελεῖσθαι τῷ Μελικέρτῃ.* Quae sic ab O. Schneidero edita cui non apparet vitio affecta esse? Quod vitium per Bastium, qui „vocem *γίνεται* saepius confusam esse cum pronomine *τινές*“ docuit in Greg. Corinth. p. 512 et Comm. Palaeogr. p. 754, licet hac tollere ratione: *στέφανος ἦν - ἀπὸ πίτυος. Τινὲς δέ φασιν ἐπὶ Σίνιδι τὸν Θησέα διαθεῖναι.* [4a])

4a) Quod idem Schneiderus p. 119 scripsit: „ab Erotiano e Nicandri Georgicis citatum versum: *Χειροδρόποι δ' ἵνα φῶτες ἄνευ δρεπάνοιο λέγωνται*

4.

In eodem numero atque Tityum, Sinin, Scironem (Σκείρων ὄνομα ληστοῦ πολλῆς φθορᾶς γεγονότος αἰτίου Etym. Magn. p. 716, 47), habitam a quibusdam fuisse Phaeam auctor est Plutarchus Thes. IX. 2: Ἔνιοι δέ φασι τὴν Φαῖαν ληστρίδα γενέσθαι γυναῖκα φονικὴν καὶ ἀκόλαστον, — σῦν δὲ ἐπονομασθεῖσαν διὰ τὸ ἦθος καὶ τὸν βίον; recte enim scribi Φαῖαν, non item Φαιάν Siebelisius in Pausan. II. 1, 3. p. 163 et Meinekius in Steph. Byz. p. 207, 7 docuerunt, quamquam Φαιά est in Anecd. Oxon. I. p. 181, 21. Quo in genere etiam is erravit, qui Lexidiis lectis nuper Παλικαμπεῖ, quam Παλικάμπει scribi maluit (conf. cap. I. 5), quasi contempto cum aliorum tum Gellii XVII. 3 praecepto: „voces huiusmodi, quum ex communi significatione in rei certae proprietatem concedunt, diversitate accentuum separantur", cui obsequutus est Berglerus in Alciphr. I. 37. p. 220. add. Meinek. Com. Graec. Vol. V. P. I. Add. p. 5 sq. iam consenserint docti Πολυνεικής, ut hoc utar exemplo, verius scribi, quam Πολυνείκης. Ceterum quum Cromyoniam suem memoraverit praeter alios, quos supra 2 nominavimus, Pausanias I. 27, 9, aprum Cromyonium attulerunt Hyginus fab. 38: „aprum, qui fuit Cromyone, interfecit" et, ut obtinebimus cap. III. 3, Lactantius Narr. Fab. VII. 24. p. 840, cui rei non intendit, qui „similem dissensum auctorum veterum in Herculis laboribus" adnotavit Drakenborchius in Sil. Ital. III. 39. p. 128. conf. Burmann. in Valer. Flacc. VI. 347. p. 532. Huschk. in Tibull. III. 4, 67. p. 482. Hygino autem quum alii tum Heinsius et Burmannus p. 501 tantum tribuerunt, ut suem Cromyonium sic loquuti, ut Seneca Maenalium suem Herc. Fur. 229, prave interpretarentur Ovidii verba Met. VII. 435: „Quodque suis securus arat Cromyona colonus" (cuius

---

ab J. G. Schneidero omissum queritur auctor quaestionis de Aemilio Macro p. 18", id male narravit. Liquet enim nos his: „Suidas v. Νίκανδρος: ἔγραψε - Γεωργικά (conf. Erotian. p. 392 omiss. a Schneid.)" non Georgicorum illum versum (de quo Foesius ap. Franz. in Erotian. l. d. indicium ediderat) loquutos esse, sed hoc docuisse: ipsa Georgica ab Erotiano contestata esse. Ipsum quidem Georgicorum versum sic intercidisse putabamus, ut maneret versus Theriacorum ille: χειροδρόποι. Quae eadem sententia est Nauckii.

quidem loci rationem haberi oportuit a Bocharto I. Hieroz. III. 30. p. 982 sq. conf. Aelian. Nat. Anim. X. 16. p. 226, 6).

Verum commodum est in medium afferre, quem supra indicavi, locum Pausaniae monstra Phaeae similia his complexi: *Κρησὶ τὴν γῆν - ταῦρος ἐλυμαίνετο. Πάλαι δὲ ἄρα τὰ θηρία φοβερώτερα ἦν τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ὅ τ' ἐν Νεμέᾳ λέων καὶ ὁ Παρνάσιος καὶ δράκοντες τῆς Ἑλλάδος πολλαχοῦ καὶ ὗς περί τε Καλυδῶνα καὶ Ἐρύμανθον καὶ τῆς Κορινθίας ἐν Κρομυῶνι· ὥστε καὶ ἐλέγετο τὰ μὲν ἀνιέναι τὴν γῆν, τὰ δὲ ὡς ἱερὰ εἴη θεῶν, τὰ δὲ καὶ ἐς τιμωρίαν ἀνθρώπων ἀφεῖσθαι*, a quo loco perveniam ad LACTANTII eum locum, qui est de Nemeaeo leone et Cretensi tauro, monstris de lunaribus polis ortis, et explicandum et perpoliendum. Sic autem is scriptus legitur in Stat. Theb. II. 58:

> Philosophi lunam esse terram dicunt, quae circa nostrum hoc solum circulo altiore suspensa est. Haec autem omnia corpora gignit, utpote quae vicina sit coelo. Poetae denique omnes asserunt leonem de his polis ortum, quem Hercules prostravit, ut etiam Olympus ait, quasi proximus sit terris et ultimus. De lunari autem globo apud mortalium genus caeli ratio ignoratur. Leviorem perstringam, quod hoc divinum lumen animas tam de astris omnibus, quam de omni materia mundi subtracta parte superna excipit et decerpit, quasi lunam, quae postea ter quinis diebus, ut collegerat, totidem refundit in fratrem.

Quae singula explorare et subtilius percensere licet exemplorum Lindenbrog. (l), Cruc. (n), Veenhus. (p.) et codicum Monacensium (AB) et Regii (L) fidem exigentibus. Tenent autem philosophi lnp A. phy B. id est physici, ut infra p. 39 dicetur. lunam omittit p. esse terram lnp. terram esse AB. esse in terra scriptum affert Ianus, qui in Macrob. Somn. Scip. I. 11, 7. p. 69: „lunam aetheriam terram physici vocaverunt“ haec adnotavit: „Pontanus confert c. 19, 10: lunam quoque terram, sed aetheriam vocaverunt. Idem latere putat in Lutatii adnotatione: philosophi lunam esse in terra dicunt.“ Immerito, ut arguunt verba proxime subjecta: „quae circulo altiore suspensa est.“ Omisit autem Ianus eiusdem Macrobii verba I. 11, 8: „ut sit luna pro

terra, quam aetheriam terram a physicis diximus nominatam." et quae exprompsit Lobeckius Aglaoph. p. 500. conf. Schol. Apollon. Rhod. I. 498. p. 40: τὴν δὲ σελήνην Ἀναξαγόρας πλατεῖαν χώραν ἔφη. Add. Villoison. de Theol. Phys. Stoic. p. 525 sq. Osann.

In proxima autem parte haec tenent lnp: corpora gignit. B: corpora ora gignunt, A: corpora majora gignunt. Quod supplementum Lactantio scripserat suo fretus ingenio Wernsdorfius Poet. Lat. Min. I. p. 276 sq.: „legendum arbitror haec autem maiora corpora vel omnia corpora maiora gignit idque ob allatam rationem: utpote quae vicina sit coelo atque ex philosophorum sententia, quam ipse memorat Lactantius, et Plutarchus de Plac. Phil. II. 30 amplius declarat animalia quindecies maiora et praestantiora nostris in luna nasci" conf. Claver. in Claudian. Sec. Cons. Stilich. 288. p. 428. Eorundem codicum auctoritati hoc do, ut spreto illo gignit restituenda arbitrer haec: „hic autem omnia corpora maiora gignuntur;" nam nec voces haec: hac (Schol. Lucan. IX. 538. p. 734: „summa descriptionis haec spectat." Helmst. hac. Ld. huc) vel hic (Duker. in Flor. Prooem. 7. p. 10) aut gignunt: gignuntur (ut II. 667 ln: dicunt. AB dicuntur. Valg. p. 509 b) permutare dubium est, et in iisdem codicibus est: vicina sunt (s) coelo, quum in lnp sit: vicina sit nec apud Apuleium de Deo Socr. p. 138: „quin in eo quoque aere animalia gignerentur" quisquam eos libros sequutus est, qui tenent gigneret. gignerent: nec enim quod quidam volunt a Lactantio de Ira Dei 13 dictum esse: „suopte ingenio alimenta mortalibus gignere", id novit Buenemannus in cap. 13, 10. p. 1060.

Iam vero dicam, quantum in reliqua parte discrepet inter libros: denique om. B. polis sortē A. poli sortem BL. ut etiam Oli (reliquae litterae exoleverunt; vacuum spatium autem tantum est, quantum capiat syllabas mpus quasi, sed per notas scriptas) B. quasi proximus sit terris et ultimus lnp. proximis sit terris et ultimis B. quare (hoc quidem etiam in L. est) proximus sit terris et ultimis A. de (lunari add. corrector) globo autem A. de autem lunari globo B. perstringam om. B. quod hoc lnp B. quia hoc A. perstringam. Hoc Schottky. de Lactant.

p. 26. lumen amina (reliquae litterae exoleverunt) astris B. astris hominibus AL. quam om. B. deceperit A. decerpit corrector. deserpit p. quasi lunam lnp. quasi lumina AB Schottky. colligerat A. refundit fundit in fratrem B. De hoc loco mire perplexo habere videor, quod liqueat. Sic autem existimo quasdam et voces et partes sua sede motas esse. Ac primum quidem vocem coeli male divulsam esse a voce ultimus obtineo auctoritate interposita Ciceronis Somn. Scip. 3, 7: „erat ea minima stella, quae ultima a coelo, citima terris luce lucebat aliena“ et Macrobii Comm. I. 16, 12. p. 93: „unde et lunae sphaeram, quasi a coelo ultimam et vicinam terrae minimam dixit“ conf. 19, 10. p. 105, quo loco usus est Caelius Rhodig. Lectt. Antiq. I. 15. p. 37. C,: „aetheris ima pars luna est — caducorum iam regioni luce sua carenti proxima.“ add. Serv. in Aen. I. 742. p. 111: vicinus enim est eius circulus terrae.“ Muncker. in Hygin. Poet. Astr. IV. 14. p. 566. Claudian. Sec. Cons. Stil. 287: „cervos — primi sub limine coeli — concepit Luna“, quae perperam interpretatus est Barthius p. 298. Ut dubium iam non sit, quin hoc olim ordine verba illa scripta fuerint: „De lunari globo autem, quare proximus sit terris et ultimus coeli (a coelo), apud rude mortalium genus ratio ignoratur“; hoc enim supplemento opus videtur esse, quo intelligatur hominum genus rerum physicarum rude; nam physicos potius, quam philosophos a Lactantio in ipso disputationis principio commemoratos esse ut credam faciunt Macrobius ll. dd. et Servius eo loco, quo utendi infra p. 40 copia erit. Deinde quum luna nequeat dici divinum lumen — declarat vel Servius in Aen. IV. 80. p. 257: „luna apparens divinum lumen i. e. Solis reprimit“ —, dirimenda intelligitur esse verba excipit et decerpit alterumque ad priorem sententiae partem revocandum hoc modo: „leviter (brevi) rem perstringam, quod hic divinum lumen excipit“. Reliqua autem sic reconcinno simul et expleo: „et animas tam de astris omnibus, quam de omni materia mundi subtracta parte superna terrena (vel: terrena recipit et), decerpit quasi lumina, quae postea ter quinis diebus, ut collegerat, totidem refundit in fratrem.“ Cui incepto praeclare

suffragatur glossa illa: „mediam Lunam dicit indicans non esse purum sidus, sed partem pertinere ad inferiora et compati rebus terrestribus.“ Quam glossam quo loco enotavit Barthius non incommode de διχοτομίᾳ lunae commemoravit p. 281. Nec subiungi non consentaneum est Macrobium I. 11, 6. p. 69: „et immutabilem quidem mundi partem a sphaera, quae ἀπλανὴς dicitur, usque ad globi lunaris exordium, mutabilem vero a luna ad terras usque dixerunt et vivere animas, dum in immutabili parte consistunt, mori autem, cum ad partem ceciderunt permutationis capacem — ipsamque lunam vitae esse mortisque confinium et animas inde in terram fluentes mori, inde ad supera meantes in vitam reverti, nec immerito, existimatum est; a Luna enim deorsum natura incipit caducorum“ (conf. Kopp. in Martian. Capell. II. 156. p. 209), ubi qui a Lobeckio Aglaoph. p. 1342. Plutarchum de Fac. Lun. 28. Vol. XIII. p. 91: „τὸ μὲν σῶμα ἡ γῆ, τὴν δὲ ψυχὴν ἡ σελήνη, τὸν δὲ νοῦν ὁ ἥλιος παρέσχεν εἰς τὴν γένεσιν afferri addidit, Ianus nullam rationem habuit Servii in Aen. XI. 51. p. 7: „ut physici dicunt, sortimur a Sole spiritum, a Luna corpus — quod et Plato videtur adstruere, qui dicit, quod cum de effluxione fontium non aliarum quarumlibet rerum, sed ipsarum stellarum fuerint animae corporibus commodandae, quidquid de ipsis fontibus stellarum ebullit, hoc intelligi debere stellas (deberi stellis conf. Wopkens. in Hygin. 257. p. 366)“ et Mythographi III. 9, 7. p. 217, 33: „dicunt namque nos quum nasci coeperimus, a Sole spiritum sortiri, a Luna corpus.“ Quo autem pertineat illa ter quinorum dierum mentio, intelligitur ex eiusdem Servii loco in Georg. I. 39. p. 179: „Luna per singulos annos quindenis diebus crescit et deficit.“

Atque his ita expositis et deliberatis longiore defuncti exordio iam in numerum partium temere discerptarum (add. cap. VI. 3. not. 27.) non immerito videmur adscribere illum locum, quo omnia corpora in luna maiora nasci comprobavit Lactantius. Praepostere enim illa: ut etiam Olympius ait collocata esse ipsa et res et oratio declarat. Ut enim nihil, quod aptius cum Statii exemplo: mediae — Lunae congruat, afferri potest illo loco Olympii poetae Laud. Herc.

v. 120: „Taurus medio nam sidere Lunae Progenitus Dictaea Iovis possederat arva", ita absurdum est quam quod maxime cum iis poetis, qui leonem Nemeaeum de lunaribus polis ortum esse praedicarunt, eius scriptoris, qui de tauro Cretensi (Muncker. in Hygin. 30. p. 86. not. 1) medio Lunae sidere progenito memoriae prodidit, nomen componere hoc sententiarum ordine: „hac omnia corpora maiora gignuntur. Poetae denique omnes asserunt leonem de his polis ortum, ut etiam Olympius ait." Nec id fecit Lactantius. Nam vel vox denique perspicuum facit illi sententiae, quae in luna omnia maiora nasci censet, omissis aliis testimoniis auctoritatem et fidem additam esse significatione eius fabulae, quam de Cretaeo tauro Olympius poeta retulit, huic mentioni autem subiunctum nomen Nemeaei leonis, quem de lunaribus polis ortum esse omnes poetae consenserunt:

> hac omnia corpora maiora gignuntur, utpote quae vicina sunt coelo, ut etiam Olympius ait; poetae denique omnes asserunt leonem de his polis ortum, quem Hercules prostravit.

Quod non perspexit Wernsdorfius argutius quam verius haec argumentatus Poett. Lat. Min. T. I. p. 276: „videbam Lactantium quidem de leonis Nemeaei ortu ex Luna communem poetarum sententiam afferre, his autem ita adiungere Olympium, ut eum similia tantum ceteris, quamquam non de ipso leone dicere innuat. Nempe quum Olympium prae ceteris poetis nominat, haud obscure eum poetam significare voluit, qui de laboribus Herculis praecipue egerit, ubi quidem nihil refert idemne ut ceteri leonem, an aliud monstrum ab Hercule prostratum dixerit e Luna ortum." Quasi vero rationis sit statuere eum grammaticum, qui quae media Luna esset, doctissime subtilissimeque enuclearet, plus iusto ab instituto declinasse et subito diverticulo ad perstringendos Herculis labores lapsum rem ad notitiam parum pertinentem intulisse. Quantopere autem illam argumentationem reprobandam affirmamus, tantopere laudamus reparatum ab eodem Wernsdorfio Olympii nomen (quod aliis etiam in locis in Olympum vertit Muncker. in Hygin. 225. p. 346. Theban. Paradox. p. 396 sq.). Postquam enim de toto Lactantii loco quam verissime expedivimus, sublata ea dubitatione, qua ducuntur Bernhardyus Hist. Rom. Litt. §. 91. p. 535. not. 425 et Schottkyus de Lactant. p. 22, pro certo

affirmamus illud de laudibus Herculis carmen esse Olympii Nemesiani. Quod restat, Lactantio omnes poetas professo auctores eius fabulae, qua leo Nemeaeus dicitur ortus de lunaribus polis — sic enim idem Lactantius in v. 62: „super lunares polos dixerat ire Mercurium" — fidem faciunt ii loci, quos indicarunt Wesselingius in Diodor. IV. p. 257, 83. ac Meinekius in Euphor. Fr. XLVII. p. 85 diligentior Schneidero in Aelian. Nat. Anim. XII. 7. p. 411 et Munckerus in Hygin. 30. p. 82. not. 5, quibus locis adiicere succurrit Tatianum adv. Gent. 45. p. 99 non omissum ab Heynio in Apollodor. II. 5, 1. p. 341 et, qui hoc accuratius rem enarravit, Muellero Dor. I. p. 442 sq. not. 3. et Senecam Thyest. 855: „Leo flammiferis aestibus ardens Iterum e coelo cadet Herculeus" (ut apud Schol. Apollon. Rhod. I. 498. p. 40 ap. Meinek. l. d.: *ἐξ ἧς δοκεῖ ὁ Νεμεαῖος λέων πεπτωκέναι* conf. Eustath. in Hom. Od. IV. 121. p. 1488, 22: *σεληναίαν ἄνθρωπον τὴν Ἑλένην ἐπλάσαντο, ὡς ἐκ τοῦ κατὰ σελήνην κόσμου πεσοῦσαν*)[5] et Claudianum Rapt. Pros. II. Praef. 35: „leo

5) Quae de leone Nemeaeo apud Lunam nutrito scribit Scholiasta Germanici Arat. Phaen. 147. p. 52 (de quo aliqua in cap. IX. 3 dicemus): „Nigidius refert hunc leonem nutritum apud Lunam iussu Iunonis et in terra Arcadia in regione Nemeae in spelunca Mihdimon nomine fuerit, quam quidam Aphriso dicunt", ea nec a Rutgersio Var. Lectt. III. 16. p. 277 (qui speluncae haec nomina posuit Mithimon et Amphrysum) nec a Munckero in Hygin fab. 30. p. 83. not. 6 et Poet. Astr. II. 24. p. 475. not. 12 (cui hoc placuit: „Didymos nomine — quam quidem amphistomon dicunt") probabiliter correcta ad pristinum statum revocare videor hac emendandi ratione: „ut in terra Arcadia — in spelunca Amphistomo nomine fuerit, quam quidam Amphitreton dicunt." Quorum nominum illud legimus apud Apollodorum II. 5, 1 p. 51, 8: *συμφυγόντος δὲ εἰς ἀμφίστομον σπήλαιον* et Ioannem Pediasimum 1. p. 350, 9, hoc non dubito quin Wesselingius in Diodor. IV. p. 257, 83 vere reddiderit Hygino fab. 30: „Leonem Nemeaeum, quem Luna nutrierat, in antro Amphitreto atroton necavit"; hac enim, quam praecepit idem Wesselingius, verborum descriptione opus est, non ea, quae et in exemplis Staveri ac Buntii et nobis invitis in Philolog. XX. 3. p. 523 cernitur: „nutrierat in antro —". In illo autem loco quod in libris extat: in antro Amphriso, id Grotius et Rutgersius l. d. p. 297 sic scriptum: Amphryso retinuerant, amphistomo fieri iusserant Berkelius in Antonin. Liber. VIII. p. 44. et Munckerus, quem unum commemoravit Buntius

sidereos coeli rediturus ad axes." Natal. Com. Myth. VII. 1. p. 680. Nec iam omitto Schol. Pind. Nem. p. 425: *ἡ Νεμέα — ὠνομασμένη ἀπὸ τῆς Σελήνης καὶ Διός*, ubi pravo instituto a Boeckhio scriptum esse *ἀπὸ Νεμέας τῆς Σελήνης* docet Pausanias IV. 33, 5: *ἡ ἁγνὴ Κόρη τῆς Δήμητρός ἐστιν ἐπίκλησις.* Siebelis. Vol. I. p. 2 et V. p. 2. Dindorf. in Diodor. Vol. I. p. 205. Iacobs. in Philostr. Iun. Imag. XVI. p. 670, quem si quis sequendum duxerit, praeferet: *ἀπὸ τῆς τῆς Σελήνης.* Verum haec nunc hactenus (conf. cap. IX.), ne longius a rerum ordine declinemus.

Cap. III.

1.

Venio ad eos scriptores, de quibus cap. I. 2. commemoravi. Paucioribus autem licet de APOLLODORO absolvere, qui Pityocamptae saevitiam his exsequutus est III. 6, 2. p. 123, 5:

οὗτος Πιτυοκάμπτης ἐπεκαλεῖτο· οἰκῶν γὰρ τὸν Κορινθίων ἰσθμὸν ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτοντας ἀνέχεσθαι· οἱ δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο κάμπτειν καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναῤῥιπτούμενοι πανωλέθρως ἀπώλλυντο.

---

ille quidem ab molesto illo eruendi et deliberandi singula ad rem pertinentia labore sanequam aversus (qua levitate etiam hoc factum est, ut laus vocis atrotum probatae derogaretur Rutgersio et Wesselingio, comparatione similium exemplorum firmatae Munckero et, qui hoc diligentior fuit, Berkelio p. 45 a Stavero quidem p. 82. not. 3 non praeterito). Vere autem de Hygino, de quo Wesselingio potius, quam Munckero assentiri videtur Dindorfius Steph. Thes. Vol. I. P. II. p. 267 A, ac Scholiasta Germanici nos sentire satis perspicuo argumento est locus Suidae I. p. 310, 18: *Ἀμφίτρητον· τὸ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τετρημένον ἄντρον*, quem ad ipsam Nemeaei leonis speluncam (quam latine dixeris Pertusam Wesseling. in Antonin. It. p. 45 sq.) spectare nec Suidae interpretes attulerunt aut Ellendtius Lex. Soph. I. p. 108 nec Lobeckius Paralip. p. 332. not. 10 et p. 264. Quae spelunca visebatur in eo monte, quem ipsum vocabant *Τρῆτον*: testis est Pausanias II. 15, 1 sq.: *ἡ δὲ ἐπὶ τοῦ καλουμένου Τρητοῦ (ὁδὸς) στενὴ μὲν καὶ αὐτὴ περιεχόντων ὀρῶν —. Ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι τὸ σπήλαιον ἔτι δείκνυται τοῦ λέοντος* et quos addidit Dindorfius Steph. Thes. Vol. VII. p. 2400. A.B. conf. Lobeck. l. d. p. 332.

Quae in hunc modum et interpretari et emendare instituit Heynius p. 897: „ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτων ἀνέχεσθαι: ipse quum inflexisset arbores, illigatos eos iussit sustinere earum impetum. In seqq. patet κάμπτειν esse male intrusum eoque eiecto legendum: „οἱ δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο καὶ — ἀπώλλυντο“. Heynium sequutus est Clavierius ille quidem non magis, quam Westermannus ea recordatus, quae de Isthmiaca illa hospitum caede litterarum monumentis variant. Quae supra I. 2. p. 7 in medium allata docent in locum verbi κάμπτειν sufficiendum esse, id quod fit parvo molimine (conf. Segaar. in Clem. Alexandr. Quis Div. Salv. 26. p. 257), κρατεῖν:

οἱ δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο κρατεῖν

id est: non valuerunt illi arbores retinere. Fidem nostrae sententiae facit Scholiasta Luciani l. d.: *Πιτυοκάμπτης* — ἔκαμπτε πίτυν καὶ ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας κρατεῖν, οἱ δὲ μετεωριζόμενοι ἀπώλλυντο conf. Lactant. (h. cap. 2): victi exanimarentur ab iis (trabibus). Ut apud Polybium VIII. 20. 8: ἵνα ἐπιλαβόμενος κρατοίη τὸν Ἀχαιόν, quae sic Schweighaeuserus interpretatus est: „ut prehensum Achaeum firmiter teneret,“ conf. Gregor. Nazianz. ap. Boissonad. in Zachar. Scholast. p. 365. not. 115: *Τί με κρατεῖς, δεσμῶτα, τὸν ἐλεύθερον;* Scholiastam Aristoph. Ran. 512. p. 291, 27: τοῦτο λέγει κρατῶν αὐτὸν ὁ Διόνυσος καὶ μὴ συγχωρῶν αὐτὸν εἰςελθεῖν, Plutarchum de Fort. p. 309. Vol. VII.: τοὺς δὲ παῖδας — διδάσκομεν τῇ δεξιᾷ λαμβάνειν τοῦ ὄψου, τῇ δ' ἀριστερᾷ κρατεῖν τὸν ἄρτον, quibus alia addidit Dindorfius Steph. Thes. Vol. IV. p. 1926. B. conf. quae infra in Cratini mentione p. 46. expromendi copia erit. Scholiastae autem non duas arbores, sed unam memoranti, cui rei supra intendimus cap. II. 2., nec Apollodorus aut Lactantius (quibus Senecam non posse addi infra 4 obtinebimus) repugnare videntur et praeclare suffragantur Cratinus atque Hyginus iis locis, de quibus iam quaeretur. Nam omitto antiquum illud vas Winkelm. Monum. Ined. 98, in quo effictum esse interpretantur (Nitsch. Lex. Myth. II. p. 544) Pityocampten. In quo vase cernitur homo ita sub arbore stratus, ut eius ramum deflectat, ad quem hominem duo cursu contendunt, alter sica,

alter instructus iaculo. De hoc igitur monumento subtilius quaerere nobis non magis licet, quam expendere, si quae a Boettigero Vas. Pict. I. supra cap. II. 3. d. exprompta sunt.

Et CRATINI quidem locus Fab. Inc. XXXII. p. 79. Runk. CXXXVIII. p. 217. Com. Graec. Vol. II.:

ὃς τὴν πίτυν
ἔκαμπτεν ἑστὼς χαμόθεν ἄκρας τῆς κόμης
καθέλκων

nondum a quoquam restitutus est. Nam ne Meinekius quidem ulterius progressus est, quam ut haec dubitaret: „Scaligeri collatio haec habet: Cratinus ὅστ' ἐν πυτίνῃ· κλίνῄ (κάμῄτ') ἐνεστὼς χαμόθεν ἄκρας τῆς κόμης καθεῖλκεν. Ita igitur ad Pytinen haec referenda fuerint. Sed dubitationem iniicit illud ὅστε in verbis Prisciani: nec cetera expedio. Si recte habet vulgata lectio, locus de Pityocampte intelligendus est. — Spengelius Append. ad Varr. p. 622 καθελκύων. — putaverim potius ante καθέλκων excidisse ἕλκων," inde mutata sententia ed. min. p. VII. (conf. Com. Graec. Vol. V. P. I. p. XLV.) haec pronuntiaret: „recipiendum erat καθεῖλκεν. Prior fragmenti pars corrupta est. In Prisciani loco scribendum videtur: „Cratinus ὅστις ἐν Πυτίνῃ", quae ipsa iure pronuntiata esse dixit Hertzius in Priscian. XVIII. 306. p. 377, 1; Cobetus autem Cratini locum ita scribendum proposuit Mnemos. V. p. 101: „. . . ὃς τὰς πίτυς ἔκαμπτεν Ἑστὼς Χαμᾶθεν ῥᾳδίως ἄκρας κόμης καθέλκων, quod, inquit, credo, facere dicebatur Sinis ipse ὁ πιτυοκάμπτης Ovid. Met. VII. 440." Qui conatus cum alia habeat, quae non careant reprehensione, tum improbandus est propter pinorum mentionem et inutiliter, ut iam demonstravimus, et artis criticae praeceptis parum convenienter illatam. Nam codicum, quorum maxima fides est, Lugd. Monac. Paris. Gruter. consensus tuetur voces τὴν πίτυν. Quo posito fundamento, quum temerarium pateat esse consilium Runkelii et Cobeti eam ipsam vocem, quam omnes tenent libri, (ἄκρας) τῆς de medio tollere ausorum, non proclivi magis, quam probabili coniectura colligimus in verba, quae cum loci sententia vel maxime congruere viderentur ἄκρας τῆς — argumento sunt Euripidis et Nonni versus, quos infra afferam — vertisse id, quod fuerat ἐγκρατής id-

que accidisse eo facilius, quod quae vox diviso depravatoque nomine ἐνκρατής subito extitisset ἄκρα, ea litteram ς recepto librariorum more (Bast. in Greg. Corinth. p. 162. Theb. Paradox. p. 353 sq.) verbo proxime superiori aut subiunctam aut annexam ultro ad se trahere et suo sibi iure adiungere videretur. Quoniam igitur hoc facile omnes concedent parum inter se differre: ἑστως χαμαθεν ἀκρας της et ἑστως ς χαμαθεν ἐνκρα της, affirmare non iam dubito a Cratino his versibus:

ὃς τὴν πίτυν
Ἔκαμπτεν ἑστὼς καὶ χαμᾶθεν ἐγκρατής
Κόμης καθέλκων.

Pityocampten narratum fuisse corporis et proceritate et viribus insignem. Et firmatur praeclare haec sententia ipsis Prisciani verbis recte (nisi quod χαμάθεν scriptum est vid. Cobet. Var. Lectt. p. 89. Meinek. Vol. V. p. 37) ab Hertzio sic proditis: „melius tamen distinguendum ἑστώς, et iam bene a loco accipitur χαμᾶθεν ab humo." Ἐγκρατὴς κόμης autem in ea sententia, quam his expresserunt Euripides Bacch. 1062: λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον Κατῆγεν - εἰς μέλαν πέδον et Nonno XLVI. 152. p. 1188, 17: Ἀκρότατον δὲ κόρυμβον ἀφειδέϊ χειρὶ πιέζων Εἰς πέδον - εἷλκε, similiter positum est atque a Luciano Deor. Dial. XXV. 2. p. 86: ἐγκρατῆ εἶναι τῶν ἡνιῶν καὶ μὴ ἐφιέναι τῷ θυμῷ τῶν ἵππων et Marin. IX. 2. p. 112: (Ἕλλη) ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων τοῦ κριοῦ et ipsis iis, apud quos κρατεῖν τὴν πίτυν legi supra p. 44 diximus. Quod superest, ἐνκρατής — hanc enim scribendi rationem multis exemplis testatam fecit Fiorillus in Herod. Attic. Consecr. Sept. 31. p. 83 (p. 591 Dobs.) conf. Bast. Comm. Palaeogr. p. 727 — proponere tutius visum est, quam quod suggessit memoria codicis Hesychii I. p. 327: ἀνακράτης, ἀγκράτος a poetis, quod meminerim, non receptum: documento sunt Dio Cassius LXII. 12. Vol. IV. p. 66: ἐπέδραμον αὐτοῖς ἀνὰ κράτος. Philo p. 68. E.: ἀνακράτος νικᾷν. Clemens Alexandr. Q. Div. Salv. 42. p. 113: ὁ δὲ ἐδίωκεν ἀνακράτος (Segaar. p. 389 ἀνὰ κράτος). Procopius Bell. Pers. II. 25: οἱ δὲ ἔφευγον ἀνακράτος, quo qui usus est exemplo Suidas I. p. 336, 5 ἀγκράτος

p. 58, 20 probavit, quod idem legimus in Συναγ. λεξ. χρησ. p. 337, 27 (ἀκρατῶς p. 329, 15. ἀγκράτως Zonar. ap. Albert. in Hesych. l. d. not. 6 et Anecd. Paris. IV. p. 92: ἀγηράτως) et apud eos, quos Iacobsius commemoravit in Aelian. Nat. Anim. Vol. II. p. 623 conf. Matth. in Ioann. Chrysost. Homil. II. p. 118 sq. [6])

6) Reddam, quod Meinekius in Com. Graec. et Vol. II. P. I. et Add. Vol. V. p. 96 praeteriit. Haec enim apud Lactantium in Stat. Theb. II. 737 leguntur: „Aliter: castam arborem dixit, quae post quinquennium Athenis offerebatur tam pestilentiae civitatem quam verbenam nominant, in qua omnium frugum pomorumque primitias obligabant, ut Cratinus ait.“ Quae correxit Meursius Graec. Fer. v. Πυανέψια p. 246 (p. 847 B.): „Utriusque, inquit, honori ἡ εἰρεσιώνη oblata fuit, Apollinis et Minervae; itaque cum Apollini offerretur, e lauro fuerit, arbore illi sacra, cum Minervae, ex oliva ipsi itidem consecrata. — Verba mutila et depravata sic restituo: offerebatur ob liberatam pestilentia civitatem, quam eresionem nominant.“ Quod nomen olim ipsi correctionis a Meursio factae ignari erueramus Theb. Rer. Specim. p. 45 verumque esse intellexeramus ex eiusdem Lactantii loco XII. 492 hocce: „in secundo diximus hanc ab Atheniensibus εἰρεσιώνην dici, a Graecis autem reliquis ἱκετηρίαν.“ Quare omnino loco movenda est vox verbena quamvis in ea sententia poni saepe solita, ut a Suetonio Vespas. 7. conf. Lobeck. Aglaoph. p. 835. Scalig. in Varr. p. 58. Res autem minime protrita contestata est a Scholiasta Clem. Alexandr. p. 95: εἰρεσιώνην — ἣν οὕτως περιειλοῦντες ἐρίοις καὶ ταινίαις ὑφασμάτων λινέων (ἦν δὲ κλάδος ἀπὸ τῆς Μορίας ἐλαίης) καὶ ἀκροδρύοις παντοίοις περιαρτῶντες ἀνῆγον εἰς ἀκρόπολιν τῇ Πολιάδι Ἀθηναῖοι Παναθήναια οὕτως ἐπευφημοῦντες· Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ μῆλα καὶ ἑξῆς“, quem quidem his reprehendit Bernhardyus in Suid. T. I. P. II. p. 772, 18: „in Panathenaeis etiam Minervae Poliadi dedicatam fuisse iresionen tradit semidoctus Schol. Clem.“ Nec iam moramur Meursium l. d. sic occurrentem: „Errat, quod pestilentiam dicit, quae fames fuit; et decepit eum auctoris, quem sequutus est, corruptus locus, in quo perperam λοιμοῦ pro λιμοῦ fuerat“; quum enim famem commemorent Crates ap. Suid. l. d. p. 773, 17. Eustath. in Hom. Il. XXII. 495. p. 1283, 14. Apostol. XXI. 24: Κράτης δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν ἀφορίας ποτὲ κατασχούσης τὴν πόλιν θαλλὸν καταστέψαντες ἐρίοις ἱκετηρίαν ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι et Lycurgus ap. Etym. Magn. p. 303, 35 et in Anecd. Oxon. II. p. 437, 2: ἀφορίας γενομένης Ἀθηναίοις τοῦτο ἐπιτελεσθῆναι κατὰ χρησμόν, pestilentiam afferunt alii, ut Scholiasta Aristoph. Equitt. 729. p. 60, 4: οἱ μὲν γάρ φασιν ὅτι λιμοῦ, οἱ δὲ ὅτι καὶ λοιμοῦ τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκουμένην — ὁ Πύθιος ἐμαντεύσατο, de qua re strictim scripsit Paschalius Coron. V. 15. p. 332, subtilius Hemsterhusius in Schol. Plut. 1055. p. 388 sq. Nec illud omittam

2.

Qui similia atque Apollodorus, id quod non animadvertit Leopoldus in Plutarch. Thes. VIII. 2. p. 13, de Sinide prodidit,

---

λιμόν et λοιμόν vocabula coniuncta multifariam reperiri Boissonad. Anecd. III. p. 480 et in Psell. p. 199. Quod superest, verbis Lactantii hoc supplementum scribendum esse: „ob liberatam pestilentia civitatem" praeter Meursium Lindenbrogius Obss. p. 502 censuit. Nostrum quidem aliud iudicium est. Nam nec caussa apparet syllabarum ob libera(tam) errore librariorum sublatarum et dubitationem movet mutata vox pestilentiae, cuius quidem sic servatae: „ob liberatam, levatam pestilentiae civitatem" satis firmum patrocinium nemo facile dicet positum esse in iis exemplis, quae sunt apud Vechnerum Hellenol. I. 24, 5. p. 205. Drakenborchium in Liv. XXI. 33, 10. p. 169. T. VI. Huschkium in Tibull. I. 7, 40. p. 202 cll. Drakenb. l. d. 62, 11. p. 324. Quare quum hoc proponere: „ob exemptam pestilentiae civitatem" nihil prosit, eo inclinat animus, ut notam illam tā interpreter esse caussa — „saepe enim cā id est caussa et tā id est tam ob similitudinem litterarum c et t in Mstis commutantur" Drakenborch. in Liv. VIII. 14, 1. p. 137. T. IV. —, similitudinem autem syllabarum (pesti)lētiae et (popu)latae vel civitatē (depopu)latae hanc fraudem fecisse statuam, ut pars antiquitus vel sic consignata: caussa pestilentiae populatae civitatem vel hoc modo: caussa pestilentiae civitatem olim depopulatae" hoc damno carperetur: caussa pestilentiae civitatem. Dicendi genus autem probatur et Livii loco XXXIX. 14, 8: „ne quis — convenisse caussa sacrorum velit" add. Gronov. XXXI. 12, 4. p. 471. T. IX. Rupert. in Tacit. Ann. XIII. 11. p. 188. Ritschl. in Vit. Terent. p. 515. Reiffersch. Terent. Eunuch. I. 2, 122. Sueton. Aug. 24 ipsiusque Lactantii Theb. I. 476. II. 4. 243 et Taciti Ann. XVI. 13: „omne mortalium genus vis pestilentiae depopulabatur" (codd. tres populabatur) conf. Liv. III. 6, 5: „urbem — morbo populari". Iam vero ei rei intendatur animus, quae ad propositum maxime pertinet. Est enim Cratinus in libris omnibus. Nec id nomen improbavimus Theb. Rer. Spec. l. d. memores Scholiastae Aristoph. Cratinum similis moris testem professi in Vesp. 544. p. 147, 37: ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπόμπευον — μνημονεύει τοῦ ἔθους Κρατῖνος μὲν ἐν Δηλιάσι (Runkel. fragm. IX. p. 13. Meinek. Vol. II. P. I. p. 33), de quo more disseruerunt Siebelisius in Philochor. p. 25 et quos commemorat Bornemannus in Xenoph. Conviv. IV. 17. p. 118. Nec nunc quidem non malumus hac mentione defungi atque ita statuere, ut a Cratino dicamus aut idem, quod ab Scholiasta Clementis (illo quidem in Cratini fabulis diligentius versato conf. p. 103. Panopt. fr. I. p. 102), memoriae proditum aut εἰρεσιώνην fere sic, ut a Timocle (Com. Graec. V. p. 96) commemoratam fuisse, quam in Cratini poetae locum sufficere nomen Cratetis illo περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν libro nobilis. Nam aliud est hoc

HYGINVS nondum liquet quomodo scripserit. Verba enim, quae leguntur in fabula 38:

„Pityocampten, qui iter gradientes cogebat, ut secum arborem pinum ad terram flecterent: quam qui cum eo prenderat, ille eam viribus missam faciebat; ita ad terram graviter elidebatur et peribat,"

---

facere, aliud permutare inter se poetarum Cratini et Cratetis nomina, id quod saepissime accidit Meinek. Com. Graec. Vol. II. P. I. p. 234. fragm. III. et VII. p. 188. fragm. XXXV. p. 184. XXV. p. 107. Panopt. fragm. I. conf. Hering. Misc. Obss. Nov. Vol. VIII. p. 932. Schol. German. Phaen. 273: „Nemesin, quae et Leda dicitur, ut refert Crates tragoediarum scriptor", cui reddendum esse Cratini nomen et Runkelius p. 32 Welckerusque Actt. ad Antiq. Stud. pertin. 1834. p. 34 ac Meinekius consenserunt et aperte docet codex Berolinensis ap. Meinek. Vol. II. P. I. p. 81. Quamquam non ignoro apud Graecum grammaticum in explicando Aristoph. Vesp. versu 351 versatum *Κρατῖνος* inveniri positum pro grammatici Cratetis nomine: hoc enim iudicium est Dobraei in Schol. l. d. et Meinekii p. 224. Et haec quidem nunc de illo Lactantii loco dixisse satis est. Adjicere licet aliud supplementum, quod non temere eruimus Valg. p. 394. Quod enim Plutarchus Pericl. cap. IV. ait: *Δάμωνα — οὔ φασι δεῖν τοὔνομα βραχύνοντας τὴν προτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν*, id spectat ad illam comicorum poetarum cavillationem, qua Damonem domitorem potius (*φιλοτύραννον*), quam popularem hominem (*Δάμωνα* id est *Δήμωνα*) fuisse arguerent. Nec omittam in Cratini versu Inc. Fab. fr. XX. p. 182: *Ποιμὴν καθέστηκ' αἰπόλος· καὶ βουκόλος* in codice Parisino C esse *καθέστηκεν* — plus enim tribuendum videtur esse Boissonadio in Theophr. Simoc. Epist. 54. p. 291, quam Emperio in Dion. Chrysost. LVI. p. 649 —, *καθέστηκ'* autem praeter Bergkium, quem unum commemorat Meinekius, restituisse, quem laudat Iacobsius Actt. ad Antiq. Stud. pertin. 1840. p. 1005, Boissonadium l. d. Nec in Cratini alterius Chiron. versu 5, quem sic scripsit de Bergkii sententia Meinekius Vol. III. p. 378: *Ζεὺς ἔστι μοι Ἑρκεῖος, ἔστι φράτριος*, non occupavit Wesselingius Obss. I. 7. p. 22 id proponere, quod verum est. Boissonadio quidem, qui Cratino recte consuluit, l. d. ipsius Theophylacti verba examinanti res minus successit. Qui p. 290 non vidit in epist. 53: *ὁ ποταμὸς Χρύσασπις τοῦ γηδίου — μοῖραν ἐσύλησε* (cod. Boissonad. in Philostr. Epist. 42. Add. p. 207 *ὁ ποταμὸς ὁ Χρύσασπις*) scribi oportere *ὁ ποταμὸς, Χρύσας τις*, ut apud Eustathium Or. ad Manuel. Comn. 5. ap. Tafel. Thessalonic. p. 438: *γενοῦ τοίνυν — ὅπερ ἐκείνοις Πακτωλός τις χρυσοῤῥόας* et Gregorium Or. ad Bessarion. ap. Boissonad. Anecd. V. p. 445 (Theb. Paradox. II. 6. p. 185): *ὥσπερ τις Χρυσοῤῥόας*. Coluth. 69 sq. Boissonad. in Theophyl. Dial. p. 179. not. 1. add. Sil. Ital. XIV. 229: vage Chrysa. Wesseling. in Diod. XIV. p. 715, 18. Burmann. in Dorvill. Sicul. p. 428. 612. Eckhel. Doctr. Numm. I. p. 198.

fecerunt, ut Munckerus haec dubitaret: „an scripsit quam quum quis cum eo? Ita sane postulat sententia; vel ubi quis cum eo“, quod qui „elegantiori sermonis rationi convenire“ ait, Wopkensius (ille quidem de verbis: „ad terram elidebatur“ scienter commentatus in Paulin. Petrocor. Vit. Mart. III. 361. p. 878 Misc. Obss. Nov. T. VIII.) non deesse addit exempla „in quibus qui pro si quis adhibeatur“; Heynius hoc ipsum restitui iussit: „quam si quis cum eo prenderat“; Heinsius Adv. II. 10. p. 282 ait „subobscure ab Hygino narrari historiam“; Buntii quidem mentione Munckeri defuncti nulla, ut solet, est deliberatio. Res igitur inchoata relicta est, non perfecta plane; quid dico inchoata? immo vero initio male posito in pravitatem detorta; nemo enim ne leviter quidem id attigit, quod non suspiciosum modo, verum perquam mirum est. Quid enim sibi vult illud: „eam viribus missam faciebat“? An tu Pityocamptae sive magnis (Ovid. Met. VII. 420) sive totis viribus putas opus fuisse, ut curvata arbor in naturam rediret et celerrime et vehementissime? Nam Schefferi ratio (Ind. Locut. Rariorum p. 586): „missam faciebat arborem viribus pro omissam a viribus hoc est omittebat vires, quibus scilicet tenebat ante“ cui probetur, invenietur nemo. Quare hoc evidens est vitium penitus insedisse atque inveterasse in illa potius parte: „ille eam viribus missam faciebat“. Nec magni laboris est eam partem expolire. Quoniam enim certos habemus auctores eius fabulae, qua hospites, quum arboris a Pityocampta ad terram flexae impetui sustinendo ac cohibendo iam non sufficerent, sed viribus minores cederent, in sublime rapti esse exanimatique traduntur, consentaneum est Hygini verba in hanc sententiam corrigi:

quam qui cum eo prenderat, iniquam viribus missam faciebat; ita ad terram graviter elidebatur.

Iniqua viribus enim ea arbor, cuius curvatae maior sit impetus, quam cui vires retinentis sint pares, sic dicitur, ut iniquum pondus rastri ab Virgilio Georg. I. 164 id „in quo ferendo prope vires deficiant“ (Voss. p. 95), a Statio Theb. VI. 884: „onus iniquum“, ubi Lactantius: „iniquum enim grave dicimus“, aliaque similia, quae adiecerunt Burmannus

in Valer. Flacc. III. 66. p. 241 et 486. p. 292 et Cortius in Lucan. V. 25. p. 566. conf. Barth. in Stat. Theb. XI. 2. p. 1288. Tacit. Ann. I. 63: „paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis“ id est „eluctatu difficilem“ (I. Gronov.). Quae quidem vox hoc modo consignata: inequam (ut apud Propertium II. 18, 13 in Neapolitano est inequos conf. III. 4, 19: in aevum in Hamburgensi iniquum) vel inecam (Caes. Bell. Hisp. V. 5: pugna inita. vulg. iniqua. add. Freinshem. in Flor. III. 16, 1. p. 565, ut aecum pro aequum legitur in Schol. Cic. Or. pro Scaur. 21. p. 54. not. 13. Valg. p. 430, unde frequentissimam illam vocabulorum iniquus et inimicus confusionem, de qua testes sunt Burmannus in Calpurn. Flacc. Declam. XXIX. p. 826 et Drakenborchius in Liv. XXVIII. 29, 8. T. VIII. p. 920, manasse intelligitur) pervagatissimo describentium errore [7]) facta est ille cam, inde quum litteris c et e nihil esset fraudi opportunius (Valg. p. 134. Anal. Prop. III. p. 15), ille eam.

3.

In eundem numerum venit LACTANTIVS Narr. Fab. VII. 24. p. 840, cuius locum Munckerus, inde Burmannus ac Staverus sic scriptum prodiderunt:

---

7) Quo errore nunc corolla vertit in corona et cella in cena Petron. 95. p. 592 cod. Trag. Achillea in achinea Ovid. Ib. 328, nunc Aponus in Apollo, conos in colles (Anal. Prop. IX. p. 55. add. Ovid. Met. III. 108: „picto nutantia cono.“ Bersm. marg. collo), Cinna in Sulla (ut in commentariis Cinnae libr. I. cap. I, 2. not. 21 dicemus), conjecti in collecti (Drakenborch. in Liv. XXXVI. 12, 4. p. 526. T. X.). Add. Martial. VI. 21, 8 Iuno. Voss. nullo. Cic. Tusc. I. 14, 31.: „ut ait in Synephebis.“ August. ait ille in, quod merito probavit Seyffertus p. 13. Lactant. in Stat. Theb. II. 64: „iniuriosam meruit sepulturam“, ubi scribendum videtur esse: ille iniuriosam (conf. cap. IV. 5). 552: „illos excursare. cod. Monac. optim. nos excursare. 605: in tela“ id est illa tela. Claudian. Epigr. X. 4: pocula viva. Oxon. vina. Isengr. bina. Voss. nulla. Gigantom. 21. vivo sub pectore. Palat. nullo. Vulcat. Gallican. 12: neque quemquam ullum. Peter. Exercitt. Crit. in Script. Hist. Aug. p. 3 sq. et Draeger. Philol. XX. 3. p. 524: quemquam unum. Plin. Nat. Hist. XXVIII. 1: ex ipsa tellure. Ricc. Vd. illa, unde Ianus Philol. XXI. 1. p. 108 loco XII. 2 allato scripsit: ex ima tellure. Cf. Sil. Ital. VI. 319: per iniqua. Oxon. pericula. Putean. pericla. Claudian. Rufin. I. 252: Sinis. Flor. Med. Leid. Thuan. Cyclops.

> Referunt festos dies agentes laudes Thesei, quemadmodum taurum Marathonium interemisset; ut etiam Procrusten Cercionisque necem peregerit, qui trabes obponebat hostibus, ita ut victi exanimarentur ab eis: Scironem quoque.

Quod recte factum esse quominus concedamus, prohibent causae et multae et magnae. Primum enim Sinidis nomen omnium sermone celebratum ac pervagatum fuit ita, ut omnino nequierit excusate praetermitti. Quid, quod manifestissime, quid verum sit, docet rerum a Theseo gestarum et ordo et numerus ab Ovidio perscriptus versibus 434—444, quibus taurus Marathonius, sus Cromyonia, Periphetes, Procrustes, Cercyon, Sinis, Sciron recensentur deinceps? Tum constans fama, a qua ne Scholiastam Ibidis quidem descivisse supra cap. I. 2. p. 6 indicavimus, de Cercyone luctatore est. Deinde sanequam notabile est, quod quae in exemplari Micylli apparet vox peregerit, eam in libro Veneto deesse Munckerus, in Parmensi et Lugdunensi Burmannus testatur. Denique quae prodita sunt verba: „Procrusten Cercionisque necem peregerit", parum inter se congruunt, ut Munckerus p. 841. not. 4 „Procrusten se mutare malle in Procrustae" professus sit. His igitur de causis, quum praesertim nihil valeat Barthii consilium, quod in Adv. VIII. 17. p. 398 expromptum: „Haec ad Cercyonem hoc loco non pertinere, sed ad alterum latronem arbitror ex serie et historia Ovidii, itaque transpositiuncula facili opus erit" Staverum fefellit, sic statuendum videtur esse, ut litteras Cercionisce necem digerendas arbitremur in hunc ordinem: Cercioni scenecem, unde non proclive magis, quam tutum est effici: Cercyonem (Cercyona), Sinidem; nam ne commemorem in extremis vocabulis litteras c et d frequentius inter se permutatas esse (Valg. p. 341. add. Liv. XXXVII. 22, 5: Phaselidem. Lov. 2 Phasilicum), pro Sinis exaratum invenimus Senis in Petaviano libro Ovid. Ib. 405 (conf. Prop. l. cap. I. 1. d. Groning. Neap. senis. Schol. Iuvenal. II. 112. p. 62: „libido sine reprehensione", quae de Peerlkampii maxime in Virg. Aen. III. p. 167 auctoritate sic corrigimus: „libidinosi senis reprehensio est") et codicibus Heinsii Met. VII. 440. p. 502 et Senex in Iuniano

aliisque Met. l. d. et in Bodleiano Claudiani Rufin. I. 252 ap. Burmann. in Ovid. l. d. p. 502. cenis. Vatic. sec. Claudian. p. 754 (cinis Putean. et Senecae Flor. Herc. Oet. 1393), Scynis Moret. pr. Scinis in cod. Gall. Ib. l. d. et, ut dicit Leopoldus in Plutarch. Thes. VIII. 2. p. 18, apud Senecam Hippol. 1169 et in aliis plurimis libris Heins. in Ovid. Her. II. 69. p. 21, quorum librorum fidem reprobavit Hartungus Decur. II. 1, 24. p. 669. Lamp. Grut. II., vituperarunt Salvagnius in Ib. 409. p. 100 et Hemsterhusius in Lucian. Prom. p. 224. Vol. I.; nam numquid Sylburgius in Arist. Rhet. III. p. 123 (Wesseling. in Diodor. IV. p. 303, 92) et Meursius in Thes. cap. V. de ea varietate dixerint, incompertum habeo. Verum erunt fortasse, quibus verisimiliora sic sequi videamur, si Claudiani potissimum locis freti Idyll. I. 60: Consumitque senem. Voss. Petav. pr. necem et II. 14: vices. Rott. neces hoc solum disputemus cenem (id est, ut modo demonstravimus, senem, Sinim, Sinin) ea pronuntiandi litteras temeritate, de qua existimatur ex loco Valerii Maximi V. 3, 2. cives. codd. Kapp. p. 317 vici et aliis quam plurimis, quos indicabimus in Cinnae commentariis libr. I. cap. III. 3, 5. not. 109, quum praesertim Ovidii Met. VII. 439: Cercyonis letum memoria non animo modo, sed prope oculis obversaretur, factum esse necem, inde evaluisse ad proferendam atque adsciscendam vocem peregerit (illam quidem formae verbi interemisset multum disparem). Ad quam ipsam vocem gignendam apta aliquis dixerit ea fuisse, quae non immerito suspiceris explendi nominis (Periph)etam gratia extitisse in margine adscripta. Ceterum de iis, quae in principio posita fuerunt, tanta facta est quarundam syllabarum similitudine deminutio, ut quae in hanc speciem coarctata cernimus: „quemadmodum taurum Marathonium interemisset, ut etiam Procrusten“, iam suis partibus explenda sint et ad hanc amplitudinem extendenda (conf. cap. II. 4.): taurum Marathonium et aprum Cromyonium interemisset, ut etiam Periphetam, Procrusten.“

Restat, ut videamus, quae tandem de Sinide Lactantius retulerit. Nequit autem dubitari, quin non hostibus (aut, ut voluerunt Rainerius et Barthius l. d., postibus) trabes

opposuisse Sinis narratus fuerit, sed hospitibus. Quae vox alteram multifariam aemulam experta est Drakenborch. in Liv. II. 41, 6. p. 345 conf. Savar. in Sidon. Apollin. Epist. VII. 7. p. 438. Prop. IV. 1, 148: hostis inermis. Voss. hospis. Nec id ipsum, quod Munckerum sequutus modo posui: trabes opponebat, vitio caret, quod tantum abest ut Barthius l. d. exemerit his propositis: „trabes apponebat postibus", ut tolli par sit aut hanc adhibendo scribendi rationem: „trabes supponebat", quam suggerit Scholiasta Ib. p. 467: „in summitate homines[8]) ponebat" aut quam supra I. 2. p. 6 significatam probari ego pervelim: trabes supinabat (id est arbores supinabat, ut Ovid. ll. infra 4 affer. Barth. in Stat. Achill. I. 597. p. 1697. Burmann. in Valer. Flacc. VII. 394. p. 622), ut apud Statium Theb. XII. 243: „Iamque supinantur fessis lateque fatiscunt Penthei devexa iugi", quod his interpretatur Barthius p. 1466: „ex erectis fiunt supina et declivia. Lutatius exponit inclinantur" conf. in libr. VI. 789. p. 602 et VIII. 394. p. 877. add. Theb. IV. 237: „Elis resupina". Vet. Schol. p. 983: „retro inclinata".

8) Ubi dubito an scribi praestet: „hospites ponebat" conf. p. 102 Salvagn.: „homines ibi in summitate ligans". Namque apud Lactantium I. 333 de altero latrone est: „hospites suos vel transeuntes" secus scriptum apud Mythographum II. 127. p. 117, 33: hospites suos transeuntes, quum Mythographus I. 167. p. 52, 26 memoret transeuntes (conf. Lactant. in Theb. I. 66. Pric. in Apul. Met. IX. p. 364), ut Hyginus iter gradientes p. 99. 100, Plutarchus Thes. X. 1, Diodorus, Scholiasta Euripidis, Nonnus (cap. I. 5), Apollodorus, Scholiasta Luciani (cap. III. 1), denique Platonis Scholiasta (cap. I. 2) τοὺς παριόντας, sed Plutarchus l. d. et Pausanias I. 44, 12 et in Sinidis mentione Scholiasta Euripidis Hipp. 974. p. 493 atque in Procrustae mentione et alii (cap. I. 2.) et Hyginus fab. 38 hospites, τοὺς παριόντας ξένους in Sylei mentione Apollodorus II. 6, 3. Eundemque in modum Pomponius Mela dixit II. 3, 7 „Scironia saxa saevo hospitio infamia", Ciris scriptor 466: „multoque cruentas hospite cautes", Ovidius Ib. 395 Aonium hospitem Antaei. Nec in illo de Sisypho latrone Lactantii loco Theb. II. 380: „homines praegravans ingenti saxo" non hospitum mentionem videtur praeoptasse Natalis Comes (vid. cap. I. 5. not. 3), quum apud Mythographum II. 155. p. 110, 15 inveniatur homines praetereuntes conf. Diod. IV. p. 263, 68: *Βούσιριν τὸν βασιλέα ξενοκτονοῦντα τοὺς παρεπιδημοῦντας.* Phrynich. l. cap. I. 2 d. *ἀνδροκτονεῖον.*

conf. VI. 789: „Praecipitatque retro iuvenem atque in terga supinat“. Eurip. Bacch. 1062: *λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον κλάδον Κατῆγεν - εἰς μέλαν πέδον Ἐκυκλοῦτο δ' ὥστε τόξον ἢ κυρτὸς τροχός.* Quae emendatio confirmatur voce victi, quam ut in vocem vincti converti vetat verborum ordo - neque enim legimus vinctos homines trabibus suppositos fuisse —, ita in eam sententiam explicandam esse ipsa res docet, ut victos intelligamus eos hospites, qui in sustinendo curvatarum arborum pondere atque impetu, ut supra 1. p. 50 diximus, deficerent conf. Martial. XI. 41, 3: „Cedentes oneri ramos silvamque fluentem Vicit concussas ipse sequutus opes“. Postremo similiter erratum est a librariis apud Iustinum VII. 3, 6 et Arnobium V. 36. p. 194: „neque potestis opponere.“ Meurs. supponere. I. 62. p. 42 sq.: „ipsam perpeti succubuisset“. Ms. occubuisset. Ergo haec ab Lactantio prodita fuisse defendimus:

Referunt, quemadmodum taurum Marathonium et aprum Cromyonium interemisset, ut Periphetam, Procrusten, Cercyonem, Sinin, qui trabes supinabat hospitibus, ita ut victi exanimarentur ab iis.

4.

Et hi quidem, quos hoc capite percensuimus, ipsos hospites pinos a Pityocampta in terram flexas missas fecisse referunt; reliqui vulgatiori famae assensi ab ipso Pityocampta id factum esse tradunt, ut praeter Pausaniam aliosque, quos nos cap. I. 1 testes dedimus, ii, quos composuerunt Heinsius Adv. II. 10. p. 281 et Valckenarius in Eurip. Hipp. 977. p. 268 sq., OVIDIVS et SENECA. Quorum ille in Met. VII. 440:

Occidit ille Sinis magnis male viribus usus,
Qui poterat curvare trabes et agebat ab alto
Ad terram late sparsuras corpora pinus

et expressius in Ib. 407:

Quique trabes pressas ab humo mittebat in auras
Aequoris adspiciens huius et huius aquas,

ubi quod et Vindobonensis liber habet et doctorum hominum consensus tuetur: pressas, id non dubie confirmo exemplo Nonni XLVI. 152. p. 1188, 17: *Ἀκρότατον δὲ κόρυμβον ἀφειδέϊ χειρὶ πιέζων Εἰς πέδον, εἰς πέδον εἷλκε* conf. Virg.

Georg. II. 26: „pressos propaginis arcus“; id autem, quod in altero versu restituendum esse omni asseveratione affirmat Heinsius p. 281. 282: „Aequoris adspergens huius et huius aquas“, mirari satis nequeo potuisse ab eo viro expromi, qui nec nova et incredibilia — duo aequora enim ille voluit adspersa fuisse laceris videlicet corporibus — solitus sit narrare et eiusdem Ovidii hunc versum p. 282 recoluerit: „agebat ab alto Ad terram late sparsuras corpora pinus“, ex quo liqueret eum, qui pressas arbores in altum mitteret, recte dici adspersurum aequora, non adspergentem, et omnium optime nosse videatur cum alios locos tum Calpurn. Ecl. VII. 24: „Vidimus in coelum trabibus spectacula textis Surgere Tarpeium prope despectantia culmen“ et Plin. Nat. Hist. XVI. 44, 88: „arbores-in tantum adcrevere, ut Ilium adspiciant“, unde apparet Pityocampten utrumque aequor adspicientem narrari in Isthmo et superioribus quidem locis sedem ac speculam habuisse, id quod vere cepit Scholiasta p. 467: „in hismo monte, qui est inter duo maria s. Ionium et aegeum, habitabat“. Sed operae pretium est Ovidio subiungere, quae de immanitate Sinidis apud eundem Scholiastam leguntur p. 102 Salvagn.: „latronem, — qui arborum summitates in Isthmo ad terram plicabat et homines (conf. not. 8) ibi in summitate ligans iterum arbores dimittebat“ (dimittebat autem, ut addit Natalis Comes Myth. VII. 9. p. 739: „caesis retinaculis“). p. 467 Merk.: „arbores capiens plicabat et in summitate homines ponebat et postea arbores dimittebat, ut dicit Ovidius.“

Verum Senecae locus, qui est in Hercule Oetaeo 1391 sq., in disceptationem vocandus est. Quem locum in exemplis prioribus sic describi solitum:

hinc feris clangoribus
Aetherea me Stymphalis, hinc taurus minax
Cervice tota pulset et quidquid furit.
Solum quoque ingens surgat hinc illinc fremens
Artusque nostros dirus immittat Sinis

Gronovius ad hanc formam revocavit: „et quidquid fuit Solum quoque ingens, surgat hinc illinc simul“, quae et Badenio, nisi quod is maluit ponere vocabulum non suo, sed

Heinsii, ut apparebit, ingenio inventum: „hinc illinc frequens“, et Bothio perplacuit, olim Heinsio l. d., cuius verba indigno silentio a doctis hominibus praetermissa in medium licet proferre: „Egregie Gronovius cum in Florentino reperisset: et quidquid fuit Solum quoque ingens urgeat hinc et illinc nemus, tum mox: dirus immittat cinis, restituit: et quidquid fuit — hinc illinc simul et dirus immittat Sinis. Ego olim: surgat hinc illinc frequens, quod a vulgata scriptura minimum abit, vel cum in Florentino sit nemus, coniiciebam: surgat hinc illinc metus. In praecedentibus hoc quoque legi posset: et quidquid foret, vel cluit pro furit.“ Equidem in alia omnia discedendum censeo. Minime enim rationis est sententiam, quam recte et commode eruisse iudicatur Gronovius, hancce: „quae monstra singula quoque terribilia fuerint, iunctim ab omni parte me adsiliant“, quae sententia malorum universitatem complectitur etiam latius patens illa, quam praestruxerat poeta v. 1388: „mille decurrant ferae Pariterque lacerent“, mediam interponere ipsi enumerationi malorum singulorum: Stymphalidum, tauri Cretensis, Sinidis eo, quo id factum videmus, modo: et quidquid fuit Solum quoque ingens surgat hinc illinc simul Artusque nostros dirus immittat Sinis: Sparsus silebo.“ Nec ab hac pravitate consilii non avertit animum auctoritas libri Florentini, in quo quae vox manet: nemus, ea perspicuo argumento est his verbis: surgat hinc illinc nemus ipsam eam rem inchoatam esse, quae consummanda in proximum versum: Artusque nostros dirus immittat Sinis pertineat. Unde planissime ad verum inveniendum proficitur. Quum enim maximae quaeque trabes vehementissime recellant foedissimamque corporis deligati faciant dissipationem, patescit Herculem negare gemitus se editurum esse, si arbores duae aut etiam plures, quarum quaelibet „umbrosum magnas super ardua silvas Nubibus insertans altis caput, instar, aperto Si stet campo, nemoris“ videatur esse (ut ait Silius Italicus V. 481), hinc illinc surgant seque ad deflexa cacumina habeant deligatum:

quidquid fuit
Solum quoque ingens, surgat hinc illinc, nemus.

Qualem arborem describit ipse Seneca Oedip. 542: „Medio

stat ingens arbor atque umbra gravi Silvas minores urget et magno ambitu Diffusa ramos una defendit nemus", Lucanus I. 143: „Qualis frugifero quercus sublimis in agro — quamvis — Tot circum silvae firmo se robore tollant, Sola tamen colitur" (conf. Ioseph. Iscan. II. 216: nemoris proscripta plebe minoris Sola viret"), Plinius Nat. Hist. XVI. 44, 91: „Vicina luco est ilex et ipsa nobilis XXXIV pedum ambitu caudicis, X arbores mittens [9]) singulas magnitudinis visendae, silvamque sola faciens" alii, quos adiecerunt Barthius in Briton. III. 189. p. 153. Heinsius et Burmannus in Her. l. d. Drakenborchius in Sil. It. V. 482. p. 277. Recte autem nemus in hac sententia poni testis est Statius Theb. IX. 586: „Quercus erat, Triviae quam desacraverat ipsa Electam turba nemorum" et IV. 455: „Trunca dehinc nemora advolvunt", ubi Vet. Schol. p. 1092: ingentes arbores cum ramis, Martialis XI. 41, 5: „Indulget pecori nimium dum pastor Amyntas-Cedentes oneri ramos silvamque fluentem Vicit concussas ipse sequutus opes. Triste nemus dirae vetuit superesse rapinae Damnavitque rogis noxia ligna pater", ipse Seneca Oedip. l. d.: „ingens arbor — Silvas minores urget." [10])

Verum nondum pertexuimus, quod exorsi sumus. Namque de altero versu:

Artusque nostros dirus immittat Sinis:
Sparsus silebo

alii aliter sentiunt. Gronovius enim ea verba his explicavit: „Pityocamptes ille alligatos arbori flexae remittat et distrahi faciat" persuasitque Badenio et Peerlkampio in Virg. Aen. III. p. 209; Valckenarius l. d., quum apud Ovidium esse: trabes pressas ab humo mittebat in auras invenisset, hanc faciendam esse censuit mutationem: „dirus emittat Sinis", quam p. 310

9) Ubi „arbores mitiens" Paris. amiciens lectt. Dalecamp., quod ipsum Heinsium e membranis restitui iussisse refert Burmannus in Ovid. Her. XV. 160. p. 213, incompertum est Silligio.

10) Add. quos commemorat Barthius in Stat. Theb. II. 248. p. 409. 500. p. 532. IX. 536. p. 1019. conf. in Coripp. Laud. Iustin. III. 64. p. 412 (ubi add. Ioann. I. 534: „glauca — nemus distendit oliva". Stat. Silv. V. 1, 49: „vitem Ulmus amat miscetque nemus") et Cortius in Lucan. I. 453 et II. 409 p. 258 cf. Weichert. Epist. Crit. de Valer. Flacc. p. 25.

propositam Bothius p. 475 improbavit interpretatus idem esse immittat atque aptet, alliget arboribus; Heinsius autem, cuius nemo rationem habuit, p. 281 haec disputavit: „Ultimo versui foedissima labes etiamnum inusta est. Nam si attendis τὸ immittat, non habet, quo referatur. Pro nostros igitur omnino reponendum in astra: surgat hinc illinc frequens, Artusque in astra dirus immittat Sinis. Ne dubitare possis, simillimo prorsus modo de Licha habuimus iam supra v. 817: In astra missus fertur. *Τὸ* nostros ex glossemate irrepsit; nam quum de se ipso hic agat Hercules, artus suos designat, quibus interpretamento nil opus erat. Infra: In astra Herculi rogus et Hippolyto: crevit in astra pontus et sic saepe noster.“ Quae omnia obrui videntur huius emendationis probabilitate:

Artusque nostros dirus innectat Sinis.

Conf. Cannegiet. in Avian. Fab. XXXV. 11. p. 194. VII. 9. p. 56. Arnob. III. 27. p. 125. Orell.: „innectuntur cervicibus laquei“. Sil. Ital. VII. 313: „Cornibus arentes edicam innectere ramos“, qui locus fugit Bentleium in Hor. Epod. XVII. 72. p. 341. cf. Stat. Theb. IV. 26: „certant innectere collo Brachia.“ Tacit. Hist. IV. 26: „prensare pectora, cervicibus innecti“. Prudent. Hamartig. p. 192. B: „pedicas innectere“. Claudian. Rapt. Pros. II. 241: „Partheniis innectere retia lustris“. Virg. Aen. VI. 609: „fraus innexa clienti“. Mittendi autem et nectendi verba non semel in contentionem de loco venerunt.[11] Itaque his Seneca Sinidis memoriam complexus est:

quidquid fuit
Solum quoque ingens, surgat hinc illinc, nemus
Artusque nostros dirus innectat Sinis:
Sparsus silebo.

---

11) Claudian. III. Cons. Hon. 185 innexa. Oxon. inmissa. Prob. et Olybr. 81: sub iuga ferrea nectit (Heins. p. 11 et 745). Isingr. mittit. Rufin. I. 222: periuria nectit. vulg. miscet. Lucan. III. 475: armisque innexa — arma. codd. Cort. p. 387 inmissa. Ovid. Met. V. 338: immistos hedera collecta capillos. Medic. Moret. innexos. Sil. Ital. XVII. 420: „Innexisque adstat nulli penetrabilis hastis“. ed. Mediol. immissisque. Tacit. Ann. XVI. 14: multorum amicitiis innexum. MS.

5.

Et hunc quidem locum perpolivimus magna doctorum hominum dissensione diu controversum; illum, qui est in Hippolyto v. 1223, quem cum omnes Senecae interpretes, tum Heinsius et Valckenarius ll. dd. sic legere consueverunt:

Pinus coacto vertice attingens humum
Coelo remissum findat in geminas trabes
Mittarve praeceps saxa per Scironia,

ipsi nos in quaestionem adducimus. Et merito. Neque enim ratione fieri videtur, quod pini vertice locum suum repetente corpus in geminas trabes findi dicitur. Nam quominus unius pini ramis ab Sinide corpus illigatum fuisse statuamus (quae videtur esse opinio Salvagnii in Ib. 411. p. 102: „Pityocamptes ita appellatus, quod hospitum brachia ramis pinus in terram adductis alligaret, ut redeuntibus in altum ramis discerpto corpore partes in diversa caderent" et ipsius Gronovii in Herc. Oet. 1393. p. 686: „Pityocamptes scilicet ille alligatos arbori flexae remittat et distrahi faciat") prohibet simul et communis illa Graecorum fama, quam cap. I. 1. II. 2. III. 1. contestati sumus, et coacti verticis commemoratio et exploratissima vis atque usus vocis trabes, qua ne illi quidem rami appellari queunt, de quibus Seneca Thyest. 110: nudus stetit Fugiente pomo ramus. Quum igitur eiusmodi vocabulo opus sit, quo uno contineri videantur ea, quae subiuncta videmus: geminas trabes, nulla tamen suppeditat exemplorum similitudo, qua fretus hic quidem pinum defendas dici sive utramque pinum sive quantulamcunque pineti partem, nec prodest quidquam eorum comparatio locorum, quibus iam universum, quod receptum fuit, genus designare

---

Ies. immixtum. conf. Drakenborch. in Liv. IV. 43, 5. Ugutio l. infra VI. 5. not. 29 affer. Prop. II. 4, 23: connexos — carpere crines. Mentel. Leid. pr. commexos, ut paene mirer apud Catullum XCVI. 4: „Atque olim missas (Orcum missas Burmann. Orco mersas Haupt.) flemus amicitias" a nullo hoc, quod satis respondere videtur verbis veteres amores, propositum esse: „olim nexas", ut Valer. Flacc. III. 503: „foedera necte". Quintil. Decl. V. 7 et Claudian. Rufin. II. 321: „Nexus amicitiae". Stat. Achill. I. 174: „connexus amore Patroclus". Tac. Ann. l. d. Hist. I. 65: „uno amne discretis connexum odium".

licet: Thucyd. IV. 90: ἄμπελον κόπτοντες τὴν περὶ τὸ ἱερόν. Coluth. 114: Οὐ κύνες ὠρύοντο καὶ οὐ μυκήσατο ταῦρος. Laurent. Lyd. de Magistr. I. 11. p. 26: εἶδος ἀσπίδος, ἅς κομίζουσι. Ovid. Met. XV. 120: „boves, animal sine fraude". Sil. Ital. XI. 25: „Eridani tumidissimus accola, Celtae". Virg. Georg. IV. 226: „viva volare Sideris in numerum". Accedit, quod vertex coelo remissus recte dicitur, homo ad vertices alligatus non item, qui dicendus est aut arboribus flexis remissus, ut Gronovii l. d. verbis utar, aut in astra (coelo) missus, ut Lichas Herc. Oet. 817: in astra missus fertur. Quo ipso indicio atque argumento ut tenui ita certo rem patefacimus. Haec enim vera demum oratio Thesei est: silva coacto vertice (conf. Cort. in Lucan. II. 664. III. 44. IV. 364.) coelo remissa me (id. in Cic. Epist. ad Famil. IV. 10, 18. p. 195 et II. 13, 4. p. 84) in geminas trabes findat: [12])

Nemus coacto vertice attingens humum
Coelo remissum findat in geminas trabes
Mittarve praeceps saxa per Scironia.

Conf. Stat. Theb. VIII. 545: „Sic ulmus vitisque — Gaurano de monte cadunt, sed moestior ulmus Quaerit utrumque nemus", ubi Lactantius: „nemus) suum et vitis", Barthius p. 903: „arborem utramque, se nimirum et vitem desiderat" conf. h. cap. 1. Ut autem ea vox exolesceret, factum est aut eo modo, quo Heinsius voluit in Herculis Oet. l. d. verba ad astra loco mota fuisse, aut similitudine litterarum *n* et *p*, quae quantum errorum proventum attulerit cum alii loci docent, quos indicavimus Valg. p. 248. 507. add. Seyffert. in Cic. Tusc. III. 26. p. 65, tum ii, in quibus voces pecus et nemus permutatas esse testati sunt Heinsius et Burmannus in Ovid. Fast. III. 71. p. 157.

---

12) Alius fortasse malet inseri hunc: „Coelo remissum hunc findat in geminas trabes", ut apud Tibullum II. 6, 7: „erit hic quoque miles" conf. Dissen. p. 303. Cort. in Lucan. I. 363. p. 101. Heindorf. in Hor. Sat. I. 9, 47 p. 196 sq. Stat. Theb. VII. 499: gesto Pectore in hoc. III. 59 et IX. 506: „fluvione — merges Hanc animam? segnesque lacus et stagna subibo?" Prop. IV. 4, 49: „O utinam magicae nossem cantamina Musae! Haec quoque formoso lingua tulisset opem."

Cap. IV.

1.

Iam pauca perstringam de scriptore AETNAE. A quo v. 81 Sinin nominatum esse:

Sollicitantque Sinin

praeter eos, quos commemoravit Wernsdorfius p. 105, crediderunt Barthius — nam commemini — et Heinsius in Ovid. Her. II. 69. p. 21, positum esse id, quo „nihil clarius esse“ primus, id quod fefellit Handium in Diatr. Stat. Gronov. p. 211. T. I., perspexit Scaliger: Sollicitantque siti, declarat auctoritas codicum Helmstadiensis et Rehdigerani rata habita ab Wernsdorfio et Iacobo p. 102 (conf. Plutarch. Thes. XXIV. 5 Σίννιν. Bodlei. 1. 2. Σίτιν). Qui quidem quod ad disputationis summam reliquum fecerunt, id ipsi sic in Anal. Prop. cap. XI. p. 72 (conf. huius libelli cap. VIII. 2) explevimus, ut illum locum demonstraremus antiquitus sic scriptum fuisse:

Sollicitant malo te siccum, Tantale, plena
Sollicitantque siti.

Nam eum, qui fame laborans pomis non perfruatur (Mythogr. I. 12. p. 4, 20. II. 102. p. 109, 27), non minus recte siccum dici intelligitur, quam siccas luporum fauces a Lucano hoc loco VI. 553: „morsusque luporum Exspectat siccis raptura e faucibus artus“; ubi Schol. Voss. p. 476: „esurientes addidit lupos“. Berol.: „esurientibus faucibus ferarum“. Stat. Theb. I. 626: „Oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum“, quae sic interpretatur Glossa p. 202: „ora ieiuna ferunt homines inhiasse propter famem et non comedisse“. cf. Cort. in Lucan. l. d. p. 95 et IV. 239. p. 464. Havercamp. in Tertullian. Apol. 40. p. 350. Sen. Thyest. 137: „Sicci progenies impia Tantali“. cf. Lucian. Luct. 8: ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὖος ἕστηκε. Malus plena autem sic, ut apud eundem Senecam Thyest. 69: „Labrisque ab ipsis arboris plenae fugas“. Huius autem emendationis minime nos poenituit, postquam Lachmanno et Hauptio Ind. Lectionum Berolin. Aestiv. MDCCCLIV. p. 7 hoc placuisse rescivimus: „Sollicitant illi te circum, Tantale, pomo“;

nam et vere Iacobus p. 102: „codices fluctuant inter magna et illi, cuius ipsum medium malo est“, et mirum est doctissimis viris tolerabile hoc visum esse: „vates mentiti — Hi Tityon —; illi te, Tantale“, quasi vero non iidem (v. 82) et Tityum et Tantalum celebraverint nec eodem spectet utraque mentio conf. cap. VIII. 3.

2.

Qui apud Lucillium pravo incepto *Παλικάμπης* mutarunt in *Πιτυκάμπτης* (vid. cap. II. 3.), ii hoc certe excusate fecerunt, quod syllabis *καμπης* unius litterae accessionem adiunxerunt. Documento sunt Nicetas Choniata l. supra d.: *πιτυοκάμπου* et Philostratus Imagg. I. 8. p. 15, 5, apud quem pro *ἱππόκαμποι* in duobus codicibus Guelph. *ἱπποκάμπτοι* (ut apud Hesychium II. p. 66 *ἱππόκαμπτος· στρουθίον τι.* Scalig. *ἱππόκαμπος*) et praeter Aristophanis et Hesychii locos, de quibus infra aliqua dicentur, LVCIANVS Prometh. 7. Vol. I. p. 25:

εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοιούτους πιτυοκάμπτας (Oxon. *πιτυοκάμπας*) *καὶ τραγελάφους καὶ αὐτὸς συντεθεικώς.*

Quo quidem in loco dubitari nequit, quin docti homines iure negent ferri posse nomen *πιτυοκάμπτας.* Nam cum hircocervis, ut hinc exordiamur, composuit Hippocentaurum Eustathius in Il. I. 286. p. 102, 28 et Phavorinus v. *Ἰξίων* ap. Bochart. II. Hieroz. VI. 10. p. 837, 21: *οὐδὲν γάρ ἐστιν ὁ ἱπποκένταυρος, ὥσπερ οὐδ᾽ ὁ τραγέλαφος*, Aristoteles, quem addidit Hemsterhusius p. 226 huius rei scientissimus interpres, Sphingem: *ποῦ γάρ ἐστι τραγέλαφος ἢ σφίγξ*, Sirenas Ioannes Damascenus T. I. p. 67. C.: *Σειρήνων καὶ τραγελάφων,*[13]) multi *σκινδαψούς*, ut Georg. Syncell.

---

13) Quaeri potest an is dicat illud serpentium genus, de quo Eucherius et Hieronymus ap. Bochart. II. Hieroz. III. 14. p. 429, 67 sq., quem non minus quam Columbum in Anonym. de Ulix. Error. VII. p. 123. neglexerunt Viri docti Steph. Thes. Vol. VII. p. 130. C.: „Sirenae — quas nos — monstra quaedam vel certe dracones magnos interpretati sumus, qui cristati sunt et volantes“ et Scholiasta Lucani VI. 677. p. 489: „In Arabia serpentes sunt cum alis, quae Sirenae vocantur, quae plus cur-

p. 21. C: ὅπερ οὐδὲ γέγονέ ποτε — καθάπερ οὐδὲ σκινδαψοὶ καὶ τραγέλαφοι. Anecd. Par. IV. p. 391, 19. Schol. in Aphthon. p. 683, 2: τὰ δὲ λέγονται μὲν, οὐκ εἰσὶ δὲ, οἷον τραγέλαφος, σκινδαψός. Gregor. Corinth. in Hermog. p. 1126, 13: τεχνικὴ λέξις — τὸ τραγέλαφος ἢ σκινδαψὸς ἢ βλίτυρον cf. Etym. Magn. p. 219, 48 et Steph. Byz. p. 197, 15, alii ap. Bochart. II. Hieroz. VI. 1. p. 809 sq. Fabric. in Sext. Empir. VIII. 133. p. 482 sq. Has. Steph. Thes. Vol. VII. p. 2333. D. conf. Lob. Aglaoph. p. 1331, quidam βουβάλους Wesseling. in Diodor. II. p. 163, 96 conf. Vales. in Ammian. Marcellin. XV. 22, 14. p. 499. Schneider. in Ecl. Phys. II. p. 18 sq. Iacobs. in Aelian. Nat. Anim. XIII. 25. p. 466, gryphos Plutarchus Agesil. XIX.: κάναθρα δὲ καλοῦσιν εἴδωλα γρυπῶν ξύλινα καὶ τραγελάφων, ἐν οἷς κομίζουσι τοὺς παῖδας ἐν ταῖς πομπαῖς conf. Solan. in Lucian. Dial. Mar. XV. 4. p. 393 sq. Vol. II. Spanhem. de Pr. et U. Num. Diss. III. p. 234. Eckh. Doctr. Numm. VI. p. 443 sq. Beger. Thes. Brandenb. I. p. 368 sq. 497 sq., denique ἱππαλεκτρυόνας Aristophanes Ran. 968. Nauck. Aesch. fragm. 130. p. 32. Contra Pityocampten illum quidem propter scelera tam infamem, quam Busiris fuit aut Antaeus aut Sciron (vid. cap. I. 5), nemo unus, ut infra 4 apparebit, ne in iis quidem miraculis numeravit, quae tralaticia doctrina recensuerunt Theo Progymn. cap. VI. p. 219, 17: τῶν ἐξηλλαγμένων κατὰ φύσιν, οἷά τινες ἱστοροῦσι περὶ Πηγάσου καὶ Ἐριχθονίου καὶ Χιμαίρας καὶ Ἱπποκενταύρων καὶ τῶν

---

runt equis, sed etiam volare dicuntur, quarum tale virus est, ut morsum ante mors insequatur, quam dolor", quae et cum Isidoro XII. 4, 29. p. 390, quem omisit Weberus not. 10, et cum Ugutione et Ioanne de Ianua concinunt. Quamquam etiam de Sirenibus poetarum carminibus celebratis Lucianus τὰς Σειρῆνας ἐκείνας, εἴ τινες ἄρα ἐγίνοντο, καὶ τὰς ἀηδόνας, quo usus est Segaarius in Clem. Alexandr. Q. D. S. p. 392. De tragelapho autem adiiciam Riegeri Glossam ad Henrici Summarium ap. Pfeiffer. German. IX. 1. p. 19: „Tragelaphus scelo", quacum hoc differt Glossa Oehl. p. 381, 77: „Tragelafus et platocerus, elch (Epinal. platoceru selch)." Rursus in Glossis Labb. p. 80 hoc invenimus: „Gammus πλατύκερως", quod tuetur Cangius II. p. 582, in camurus converti iussit Vulcobius Castigg. p. 225. Ut etiamnum ampliandum censeam illum Nibelungorum carminis locum 878, qui de insolitis versus modulis Lachmanno venit in suspicionem. Add. Pfeiff. Germ. VI. p. 225 sq.

παραπλησίων, Statius Theb. XII. 553: „non Siculis exorta sub antris Monstra nec Ossaei — bimembres". Silv. V. 3. 280: „Centaurosque Hydraeque greges Scyllaeaque monstra (Anecd. Oxon. Cram. IV. p. 243, 20: τὰ λεγόμενα πλάσματα παρὰ τοῖς μύθοις ἡ Σκύλλα καὶ ἡ Χάρυβδις καὶ Ἱπποκένταυρος). Theb. IV. 534. cf. Sen. Herc. Fur. 778 et Herc. Oet. 1925. Sil. Ital. III. 42. XIII. 590. Minucius Felix Octav. XX. p. 184: „temere crediderint etiam alia monstruose mira miracula: Scyllam multiplicem, Chimaeram multiformem et Hydram felicibus vulneribus renascentem et Centauros equos suis hominibus implexos", Maximus Tyrius IV. 8. p. 63: *Τοῦτο οἱ Κένταυροι, τοῦτο αἱ Γοργόνες, τοῦτο αἱ Χίμαιραι, ὁ Γηρυόνης, ὁ Κέκροψ*, ipse Lucianus Hermotim. 72: *οὐδὲν τῶν Ἱπποκενταύρων καὶ Χιμαιρῶν καὶ Γοργόνων διαφέρει καὶ ὅσα ἄλλα ὄνειροι καὶ ποιηταὶ καὶ γραφεῖς ἐλεύθεροι ὄντες ἀναπλάττουσιν οὔτε γενόμενά ποτε οὔτε γενέσθαι δυνάμενα*, alii, quos in medium attulit Bochartus II. Hieroz. VI. 10. p. 834 sq., omisit Hemsterhusius Prometh. 5. p. 213. Et his quidem rem, quam scientissime inchoavit Hemsterhusius p. 225 sq., nos plenius exsequuti sumus, quo explorate cognosceretur toto genere Pityocampten et hircocervos differre, ut nulla eorum fieri comparatio queat.

Videamus igitur de triplici ratione, quam difficultati tollendae docti adhibuerunt. Ac primum quidem Luisinus Parerg. III. 25. Grut. Lamp. III. p. 495 ac Graevius *πιτυοκάμπτας* voluerunt dici Centauros, quos ad hircocervorum comparationem satis congruere supra docuimus. Quam sententiam omnino reprobavit Hemsterhusius p. 224, ut tamen non perspiceret, quos infra 4 nos obtinebimus, apud Suidam *Πιτυοκάμπτης ὁ Κένταυρος* nomen *Κένταυρος* vitio natum esse. Sed ut et verissimum sit, quod Suidas perhibere creditur et recte *πιτυοκάμπται* dicantur, qui per silvam euntes „prono pectore virgulta refringunt" (Virg. Aen. VII. 677 et Cerd. p. 115. B. sq.), apud Lucianum quidem certo ac proprio, quo Centauri appellati sunt, nomini locus erat, non ambiguo isti, si diis placet, cognomini. Longe aliud excogitavit Wetstenius, qui „legendum censuit: *εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοιοῦτος πιτυοκάμπτης καὶ τραγελάφους — συντεθεικώς*, quasi hunc

in modum Lucianus ratiocinetur: Primus ego res plane discordes, philosophicam gravitatem et lepores libertatemque iocorum comicam consociavi: quod inceptum audax non minorem habet difficultatem, quam si binas arbores rigidas curvando iungere nitaris". Quod qui probare et confirmare sic studuit, ut allatis Luciani verbis 6. p. 25: ἐτολμήσαμεν ἡμεῖς τὰ οὕτως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ξυναγαγεῖν οὐ πάνυ πειθόμενα contenderet πιτυοκάμπτην dici, qui magno nisu in unum cogit consociatque nixa diversis radicibus et materiam minime sequacem tractando mollit" Hemsterhusius p. 226, speciosius, quam verius argumentatus est; Sinidis enim arbores et unius generis fuerunt et tantum abfuit ut diu in unum coactae consociataeque manerent, ut ipsa curvatorum verticum vi atque impetu et vehementissime et celerrime distraherentur suamque utraque speciem ac situm reciperent. Quae res fefellit etiam Toupium, qui eandem fere atque Wetstenius ingressus viam et verissime et elegantissime illum locum sibi videtur emendasse Opusc. Critt. I. p. 362: „εἰ μὴ ἄρα τις διέλαθε πιτυοκάμπτης, τοιούτους ἱππαλεκτρυόνας καὶ τραγελάφους καὶ αὐτὸς συντεθεικώς: nisi quis me fugit homo audax et vere πιτυοκάμπτης, qui res diversissimas, quales sunt ἱππαλεκτρυόνες et τραγέλαφοι, consociare potuerit." Nec minus a vero aberravit Fritzschius, qui in Aristoph. Ran. 937. p. 311 hoc proposuit: εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε πιτυοκάμπτης, τοιούτους τραγελάφους καὶ αὐτὸς συντεθεικώς. Num igitur assentiendum est Solano, qui quod Longolii excerpta praeberent ἱπποκάμπτας, Oxoniensis liber πιτυοκάμπας, in Pityocamptarum locum sufficiendos duxit esse hippocampos „equos Neptunios, qui capite et pectore sunt equi, reliquo corpore phocae" Gloss. Barth. in Stat. Theb. II. 45. p. 277. Voss. Epistt. Myth. II. p. 221 sqq. Welcker. in Philostr. Imagg. I. 8. p. 252. Gloss. Oehler. p. 287, 73: Campi, aequi marini" id est equi marini? Quod genus „etsi ad sensum melius congruere videretur", non ausus est admittere Hemsterhusius p. 225. Neque immerito; nam quum nonnullius sit molimenti mutatio vocum ἵππος et πίτυς syllabarumque πας et πους, tum maiorem affert dubitationem ea res, quod et ἱππόκαμπος cum τραγέλαφος hoc differt, quod non certa

duorum diversorum animalium nomina perspicue ostendit — nam *κάμπη τὰ κήτη* Tzetz. in Lycophr. 414. p. 588 cf. Schneider. in Ecl. Phys. II. p. 6. et quae Afrorum pestis *κάμπη* vocatur, eius est *σκολιὸν πολύμορφον ὅλον δέμας* Nonn. XVIII. 233. Wesseling. in Diodor. III. p. 241, 64 — et ab eo scriptore, qui „res nequaquam consuetas inter se atque affines, dialogum et comoediam miscere“ instituit 6. p. 23, consentaneum est fabulosas memorari figuras ludicri potius ac lepidi generis, quam diri et immanis. Qualis est *ἱππαλεκτρυών*, quem „si scripti cuiusdam libri ductus adspirassent, in Luciano probasset“ Hemsterhusius p. 226, probavit vehementer Toupius; quale etiam id animal, quod non minus frequenter, quam *ἱππαλεκτρυόνας* et *τραγελάφους* Babyloniis et Alexandrinis velis intextum fuisse non temere interpretor (Voss. in Catull. LXV. p. 196. sq. Barth. in Claudian. Eutrop. I. 357. p. 1328 sq. Locell. in Xenoph. Ephes. p. 139 Peerlk. Boettiger. Art. Myth. I. p. 172, quem laudat Iacobsius in Aelian. Nat. Anim. XVI. 29. p. 553). Quid enim? nimiane prompti audacia in re prope desperata iudicabimur, si in vocabulum, quod nunc cernimus: *πιτυο(κάμπτας), πυθιο(κάμπτας)*, quod retinet Albertius in Hesych. I. p. 114. not. 13, cum inscientia non assequentium, tum describentium culpa [11]) degenerasse iam dixerimus nomen *πίθηκος*, quod nec in Vratislaviensi libro Harpocrationis p. 110, 3 manet incorruptum: *πύθικος* nec in Photii Biblioth.

---

11) Cuius culpae testis est *πίτεκος* cod. Senec. Controv. IX. 26. p. 265, 12. piticus Putean. Gud. Voss. Martial. XIV. 202, 2. pitecus editt. Sueton. Ner. 30. p. 688 Oudend. not. 4. peticus, phiticus codd. Iuvenal. XV. 4 cf. Gloss. Labb. p. 31: „Clura *πίθηκος*· circaphinas“ id est circaphicias vel potius *κερκοπίθηκος*. Lucian. Deor. Dial. XXII. 4. p. 78. Vol. II.: *Πυθοῖ* pro *Πίτυϊ* scriptum et *πύτιτος* pro *Πύθιος* Kuster. in Iamblich. Vit. Pyth. XXIX. 161. p. 137. *Κόρυτος* pro *Κόρινθος*, ut infra not. 14. dicetur, aliaque multa exempla Canter. Syntagm. p. 30. Dorvill. in Charit. p. 302. Luciani autem et Harpocrationis, quem supra attulimus, locis subiungere commodum est Psell. *στιχ. πολιτ.* 433. p. 224. Boiss. Anecd. III.: *πιτύϊνα*. cod C. *πυτυΐνα* cf. Anth. Pal. VI. 189: *ὑπαὶ πιτύων*, ubi scribendum esse *ἀπ' Αἰπυτίων* (ut apud Statium Theb. IV. 296. IX. 847, de quo nuper etiam O. Muellerus Quaestt. Statian. p. 32 recte praecepit) docuimus Quaestt. Critt. de Anth. Graec. I. p. 581. et Symbol. Critt. in Anth. Graec. p. 3.

LXXII. p. 144. codice Monacensi ap. Baehr. Ctes. Reliqq. p. 268 πήθυκες. Simias autem, quod genus „omni deformitate ridiculum est“ (Amm. Marc. XXII. 15, 14 — omitto enim Arrian. Hist. Ind. 15, 9 —) solemnem illis textoribus materiam fuisse perspicuum facit vel Lucianus Hermot. 44: *τινὰ σημεῖα καὶ χαρακτῆρας, οἷα πολλὰ Αἰγύπτιοι γράφουσιν ἀντὶ τῶν γραμμάτων κυνοκεφάλους τινὰς ὄντας καὶ λεοντοκεφάλους ἀνθρώπους*, affirmat Vossius l. d. his: „solius ornatus gratia — ab Aegyptiis sphinges, cynocephali, sirenes similiaque id genus construebantur“. Quare a memoria cercopithecorum, quos per Aegyptum cultos fuisse constat (Britannic. in Iuvenal. XV. 4. p. 756. Rup. Prudent. *περὶ στεφ.* X. 256. contra Symmach. II. 868. Lucian. Imagg. 11. An. Ox. Cram. IV. p. 244, 25. cf. Varr. fragm. Eum. p. 275), facile profecisse artifices videntur ad comminiscendum id genus (*κράσει μορφῆς μὲν διάφορον, ἑνώσει δὲ σώματος συμπλακέν* Aelian. Nat. Anim. XVI. 29. *Πολλῶν ζώων ἰδέαις τῆς πιθηκείας μορφῆς ἐπιμιγνυμένης* Philostorg. Hist. Eccl. III. 11. Schneider. Ecl. Phys. p. 9), quo simiarum cauda carentium (Schneider. in Aelian. Nat. Anim. XVII. 8. p. 564) et vulpium natura sanequam dissimilis — indicio est vel fabula XXII. App. Aesop. p. 389 Burm. ed. 4. et disputatio Reinesii Var. Lectt. III. 17. p. 630 — non temere confusa agnosceretur. Nec eius generis nomen librariorum, qui vocabulo *πίθηκος* semel pessumdato, aut temerario impetu aut errore cum maxime proclivi pro littera *Λ* litteram *N* aut *M*: *αλοπας: ανοπας· αμοπας*,[12]) fortasse etiam mutata litterae *ο* (quam superscriptam invenissent) sede: *πιθυκαμοπας* (*πιθυκαμοπεκας*): *πιτυοκαμπας* exararunt,

---

12) Illud quidem sumpsimus memores Walzii, qui voces *ἀλώπηξ* et *ἄνθρωπος* confusas esse obtinuit in Hermog. Progymn. cap. I. p. 13, hoc Bastii Comm. Palaeogr. p. 723 et Boissonadii in Tiber. *περὶ σχημ.* 34. p. 563; *ἀλοπας* autem potius, quam *ἀλώπεκας* (Harpocrat. p. 13, 15 cod. Marc. *ἀλοπεκεύς*) ponere licuit propter Hesychium II. p. 1551 *χηνέλοπες*. Schow. p. 477: *κυναλοπ.* I. p. 256 (Soph. fragm. 243 p. 149. 271. p. 153 Nauck.) *ἀλωπά* cf. Weicker. de fragm. fabularum, quae ad primordia artis Sophocleae referuntur p. 7, Progr. Hal. Paedag. 1862. Ignat. Epist. 9. p. 104 Mor.: *οὗτοι γάρ εἰσι θῶες, ἀλωποί, ἀνθρωπόμιμοι πίθηκοι*. Etiam adiiciam, id quod omisit Lobeckius Pathol. I. 2, 2. p. 23, legi apud Zonaram 129: *λέγεται καὶ ὁ ἀλώπηξ*.

ita obscuratum est et abditum, ut penitus lateat. Nec nos vocem πιθηκαλώπηξ similem illam notissimis κυναλώπηξ, χηναλώπηξ (Casaub. in Aristoph. Eq. 1062. p. 229) primi proferimus: in medio proposuit Stephanus Thes. VI. p. 1071. B, post eum multi; qui quo auctore usus sit — nam Aelianum videtur perperam nominasse — postquam amicorum responsa nihil profuerunt, exquirere nec nunc vacat nec in hoc terrarum angulo degenti licet. Nolo autem hoc praetermittere: Reinesio quidem, qui a Festo disputavit cercalopecas dictas fuisse „simias cum cauda vulpina", hoc certe faciendum fuisse, id quod Scaligerum p. 387 non omnino fefellit, ut aut cercopalopecas (cf. Scalig. in Manil. IV. 682. p. 316. Dacer. in Fest. p. 382) aut κηπαλώπεκας restituendum ediceret, quamquam neutrum nomen satis placet idcirco, quod ut cercopas, ita κήπους cauda caruisse nonnulli negant Bochart. I. Hieroz. III. 39. p. 993. Schneider. in Aelian. l. d. Ergo a Luciano:

τοιούτους πιθηκαλώπεκας καὶ τραγελάφους καὶ
αὐτὸς συντεθεικώς

πιθηκαλωπέκων et τραγελάφων mentionem arbitror similiter coniunctam atque in eo Aristotelis loco, quem supra III. 2 attulimus, τραγελάφου et σφιγγὸς mentionem, siquidem σφίγγα interpretantur dici simiam Troglodyticam Philostorg. l. d. ἡ Σφὶγξ γένος ἐστὶ πιθήκων — ἧς τὸ μὲν ἄλλο σῶμα λάσιόν ἐστιν — τὸ δὲ στέρνον ἄχρι γε αὐτοῦ τοῦ τραχήλου ἐψίλωται μαζοὺς δὲ γυναικὸς ἔχει — τό τε πρόςωπον ἐνεστρογγύλωται μᾶλλον καὶ εἰς γυναικείαν ἕλκει μορφήν. Ael. Nat. Anim. XVI. 15: αἱ σφίγγες καὶ οἱ καλούμενοι σάτυροι. Barth. in Stat. Theb. II. 514. p. 536 sq. Schneider. Ecl. Phys. II. p. 7. add. Salmas. Plin. Exercitt. p. 267. b. Zoega Numm. Aegypt. p. 141 sq. sive Steph. Thes. VII. p. 1615. 1616. D. Lob. Aglaoph. p. 1300 sq. not.

3.

Idem atque in Luciani libris discrepat in ARISTOPHANIS Ran. v. 964:

Γνώσει τε τοὺς τούτου γε κἀμοῦ γ' ἑκατέρους μαθητάς·
Τούτου μὲν οὖν Φορμίσιος Μεγαίνετός θ' ὁ Μάγνης
Σαλπιγγολογχυπηνάδαι, σαρκασμοπιτυοκάμπται.

In quem locum Scholiastae Ravennas et Venetus scripserunt haec p. 302, 8, quae concinunt cum Suida II. p. 686 sq.: ὡς σαρκάζοντας μὲν καὶ προςποιουμένους τὰ πολεμικά, οὐκ ἀληθῶς δὲ τοιούτους· ἰσχύος δὲ ἐπιμελουμένους cf. Victor. 14: σαρκασμοπιτυοκάμπτης συνετέθη παρὰ τὸ σαρκασμὸς καὶ τὸ πίτυς καὶ τὸ κάμπτειν, quae his interpretatur Berglerus p. 473: σαρκασμοπιτυοκάμπται, „qui simulate affectant virtutem bellicam, qui videri volunt tam fortes, quam fuit Pityocamptes, alias Sinis dictus, latro" similiterque Hemsterhusius in Lucian. l. d. p. 225: „De Sinide quin Scholiastes cogitaverit, cum ista commentaretur, dubitare non licet: neque absurdum est, ut per comicam facetiam homines in bello timidi, sed inanibus in rebus, quae vero periculo carerent, robur ostentantes dicti fuerint πιτυοκάμπται." Equidem rem accuratius definire sic videor, ut a grammaticis dici statuam magnas illas vires, quibus male usus (Ovid. Met. VII. 440) Sinis fertur plurimos iniusta pugna vicisse (ὁπόσων δὲ μάχῃ κρατήσειεν, ἀπ' αὐτῶν δήσας — Pausan. II. 1, 4. πολλοὺς ἀνῄρει Plut. Thes. VIII. 2. τοὺς παριόντας Apollod. et Schol. Lucian. ll. cap. I, 2. et III, 1 d.), victos foedissime discerpturus rigidissimarum arborum vertices ad terram depressisse. Ut si quis recordatur Erotiani Expos. Voc. Hippocr. p. 340: σαρκάζειν) οἱ μὲν σαρκοῦν (cf. Ravenn. l. d. σαρκάζοντας - ἰσχύος δὲ ἐπιμελουμένους. Wyttenbach. in Plutarch. de Sent. Profect. in Virt. p. 79. C. Anim. p. 580 et Ser. Num. Vind. p. 117), is vocabulo in ambiguum implicato (Albert. in Hesych. II. p. 1155. not. 6. cf. Ar. Pac. 482. intpp. Herod. IV. 64. Foes. Oec. Hippocr. p. 558) apertissime significari intelligat eiusmodi militem, qualem Britannus poeta praeclaro exemplo descripsit pinguem istum et corpulentum Henrici regis comitem. Prave igitur sensit Scholiasta Vict. p. 302, 17, qui σάρκας κάμπτειν in ea fere sententia posita existimavit (ἄλλοι δὲ σαρκασμοὺς νοοῦσι τοὺς μαλακοὺς καὶ φθορεῖς ἀπὸ τοῦ τὰς σάρκας κάμπτειν ἤτοι συνθλίβειν δίκην πίτυος), in qua solet poni κατακλᾶσθαι vid. Valg. p. 399 sq.

Nec pluribus opus videtur esse ad probandam eam sententiam, quae doctorum hominum consensu iam sola est frequens;

nam Frischlini consilium vertentis erucosanniones et alii improbarunt et Hemsterhusius p. 225: „sunt sane *πιτυοκάμπαι* genus erucarum ex eo nominatae, quod pinis arboribus adhaereant, quarum meminit Plin. N. H. XXII. 2, 4. Diosc. Alexiph. cap. 2, sed illae, quantum video nihil ad Aristophanem faciunt.“ Nimirum Scholiasta Victor. l. d. 19: *ἔστι δὲ καὶ πιτυοκάμπτης φάρμακον φθοροποιόν*, de quo Dobraeus p. 474: „de *πιτυοκάμπῃ* somniabat Graeculus“, iam olim fuisse indicat, qui aviditatem eam hic perstringi opinarentur, qua quum multae erucae memorabiles visae sint,[13]) tum omni memoria infames fuerunt Liparis Monacha et Gastropacha Pini et quae proprie nunc dicitur (Ochsenh. Lepidopt. Europ. Vol. III. p. 283 sq.) Pityocampa. Ad quae genera videtur spectare HESYCHIVS I. p. 114: *ἀεροκέλαδοι πιτυοκάμπαι* (cod. *πιτυοκάμπται*); strepitum enim tum assiduis morsibus comas arborum detondentium, tum fimum egerentium quotusquisque entomologorum est qui ipse non norit? Quamquam non nosse videtur ipse Palmerius, quatenus haec scripsit: „Lego *πιτυοκάμπαι*. Nam vox *ἀεροκέλαδοι*, quae significat in aere strepitum facientes, magis convenit erucis seu papilionibus, qui volando strepitum edunt, quam Sinidi Pityocamptae.“ Nec vero dissimulandum est Hemsterhusium confessum se non magnopere obniti, si quis coniecturae illi assentiendum esse statuat, ita tamen disseruisse: „ad comicam facetiam, qua homines inanibus in rebus robur ostentantes dicti fuerint *πιτυοκάμπται*, pertinere non incommode videri Hesychii glossam: *Ἀεροκέλαδοι πιτυοκάμπται* ex veteri quodam comico depromptam, sive vocabulum utrumque demta distinctione iungas, sive *ἀεροκελάδους* per se solos intelligas: aërem verberantes, iactatis per aerem manibus inanem strepitum excitantes vel etiam aerem implentes clamoribus; nam in Hesychio multas esse voces, et sententias nonnunquam, quae additam interpretationem habeant nullam.“ Quae magis per-

13) Cf. Manass. Erot. VIII. 14. p. 391: *καμπόβρωτον τῆς ὄψεως τὸ φύλλον χρηματίζει.* Argument. Epigr. Antiphanis IX. 256. Iacobs. Nott. p. 511: *τὸ δένδρον, οὗ τὸν καρπὸν αἱ κάμπαι κατέφαγον.* Geopon. X. 18, 7. p. 677: *ἵνα δὲ μὴ — κάμπη αὐτοῦ τοῦ καρποῦ ἅπτηται* Niclas. in libr. V. 48, 6. p. 418.

spicua sic fieri videntur, si homines, quales informavit Aristophanes *προςποιουμένους τὰ πολεμικὰ, οὐκ ἀληθῶς δὲ τοιούτους, ἰσχύος δὲ ἐπιμελουμένους*, *σαρκασμοπιτυοκάμπτας*, dicas intelligi magna nequidquam minantes *ἀερολέσχας* Erhard. in Petron. 2. p. 16. Hemsterh. Anecd. p. 24.

4.

Superest, ut expediamus de SVIDAE verbis iam a Bernhardyo nott. II. p. 288, 8 de medio sublatis:

Πίτυς — ὅθεν καὶ Πιτυοκάμπτης ὁ Κένταυρος, quae ab Aldo undecunque excerpta vitio deformata esse non perspexit Reitzius in Lucian. Ver. Hist. II. 23, nos significavimus supra 2. p. 65. Et merito. Novimus enim *Κενταύρους*, *πιτυοπλέκτους* Ael. Var. Hist. XIII. 1. Iacobs. in Philostr. Imagg. I. 21. p. 337, novimus *Κενταύρους ὑβριστὰς* (Lucian. Prom. 5. Cerd. in Virg. Aen. VIII. 293. p. 196. B. Burmann. in Prop. IV. 6, 49. p. 818. Fischer. Palaeph. Ind. v. *Κένταυροι*. Walz. in Arsen. p. 318.) ac congestis arborum truncis Caeneum opprimentes (*λέγεται δὲ τὸν Καινέα — ὑπὸ Κενταύρων — ὀλέσθαι ἐλάταις ἀλοώμενον* Anecd. Bachm. II. p. 364, 8 sive Schol. Lucian. Somn. 19. p. 319. Vol. VI. *Ἀπολλώνιος παρὰ Πινδάρου ταῦτα εἴληφε λέγοντος· Ὁ δὲ χλωρῆς ἐλάτῃσι τυπεὶς ᾤχετ' εἰς χθόνα* Schol. Apoll. Rh. I. 59. p. 12. *παίοντες δρυσὶ καὶ ἐλάταις* Themist. Or. XXIII. p. 344, 22 itemque *δρυσί τε καὶ ἐλάταις αὐτὸν εἰς γῆν ἤρεισαν* Schol. Il. I. 264. p. 25, 7 et Eust. p. 101, 16 et Eudoc. Viol. p. 249 sq. *αὐτορίζοις δένδρεσι συνεχώσθη* Schol. Plat. Legg. XII. p. 459 Bk.), et adversus Herculem pugnantes *πεύκας αὐτοῤῥίζους ἔχοντας* Diod. IV. 12. Quint. Sm. VI. 276. Eur. Herc. Fur. 369. Hes. Scut. 190. Apollodor. II. 5, 4., Pityocampten Centaurum aut *Κενταύρους πιτυοκάμπτας* non item; nam nec „*πιτυοκάμπτας* dicere licet eos, qui arbores vasto corpore et impetu currendi prosternunt [qualem Hylaeum describit Statius Theb. IV. 139 cf. I. 378], et Sinis tantum abest ut de gente fuerit Centaurorum, ut Theseum ipsum materno genere contigerit" (Hemsterh. l. d. p. 224). Itaque quoniam parum probabile est illius glossae, quae explicandae vocis *σαλπιγγολογχυπηνάδαι* gratia in Florentino libro apposita est Ari-

stophanis versui Ran. 966. p. 302, 21: *βουκινοκονταρογέναι* (id est, ut ego arbitror: *βουκινοκονταριογενειῆται*), in quo eodem versu legitur vox *σαρκασμοπιτυοκάμπται*, partem mediam temere huc transcriptam Pityocamptis istis Centauris ortum dedisse, sic fert iudicium nostrum, ut quod fuit: *Πιτυοκάμπτης ὁ Κορίνθιος*, id *Κένταυρος* existimem factum esse culpa librariorum litteras *κόρυτος* — ad has enim *Κόρινθος* nomen deductum esse scit Koenius in Greg. Cor. Praef. p. V.[14]) — praepostere collocantium aut eo errore, de quo aliqua in cap. VIII. disseremus: *κόρυτος: κότυρος* (*κύτορος*), aut illo (*κόρυντος: κύντορος*), quo apud Plutarchum Pericl. 2 *Σιμωνίδης* vertisse in *Φιλήμων: Ἀνακρέων ἢ Φιλήμων* docuimus in Actt. ad antiquit. stud. pertin. ann. 1845. Quaest. de Anth. Gr. XIV. p. 407 sq. Corinthium autem Pityocampten recte dici declarat scriptorum consensus.[14a])

---

14) Similia iis, quae enotavit Koenius *Κόρυτος*, *Κόριθος*, inveniuntur haec: Strab. VIII. p. 377: *ἐν Τρικορύθῳ*. vulg. *ἐν τῇ κορίνθῳ*. Schol. Vindob. Lycophr. 57. p. 21: *Κόρυθον*. cod. *Κέρινθον*. Liv. XXXVII. 12, 13: „Corycum Teiorum promontorium". Voss. Corytium. Lovel. Corynthum (ut apud Pausaniam I. 27, 9 est in Vindob. sec. *Κορυνθίας* et apud Lactantium in Stat. Theb. II. 207 Corynthiorum). Plin. Nat. Hist. XXXI. 2, 20. Vol. IV. p. 434: in Corycio. Ricc. Corinthio. al. Corintio. Pompon. Mel. I. 13, 3: Corycus. codd. Cortius, coricius, Corinthius. Cic. Epist. Fam. XII. 13, 8: Corinthum, ubi quosdam Corycum legere adnotavit Tzschuckius Mel. l. d. Vol. II. P. I. p. 440. Claudian. Rapt. Pros. II. 33 Gortynia. Vicet. Parm. Iunt. Corinthia. Quid, quod apud Moschopulum Opusc. p. 61, 15 *ὡς τὸ· εἰ γὰρ τὸ πόλιν τῆς οἰκουμένης ὀφθαλμὸν γῆς* factum est, quod fuisse *ὡς τὸ· Κόρινθον πόλιν* obtinuit Beierus p. 86? Add. Serv. in Virg. Georg. I. 403. p. 257 Burm. not. 52: „a Cornubo hospite", cui „notius nomen Choroebo" reddendum esse suspicatus est Burmannus in Ovid. Met. II. 592. p. 140 sq.

14a) Vid. Apollod. III. 16, 2: *Πιτυοκάμπτης - οἰκῶν τὸν Κορινθίων Ἰσθμόν*. Plut. Thes. VIII. Eur. Hipp. 977 *Ἴσθμιος Σίνις* (ubi ante Valckenarium fuit *Σίννις*, ut in aliis locis a Polito in Eustath. Il. I. 591 et Stavero Misc. Obss. Vol. X. T. II. p. 301 iam correctis). Diod. IV. 59: *τὸν ἐν Ἰσθμῷ κατοικοῦντα Σίνιν*. Pausan. II. 1, 4: *ἔστι δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰσθμοῦ τῆς ἀρχῆς, ἔνθα ὁ λῃστὴς Σίνις*. Ovid. Ib. 407 et l. supra cap. III. 3. d. Claudian. Rufin. I. 252: Sinis Isthmiaca pinu" cf. Sen. Thyest. 124: Isthmi — regna Corinthii.

5.

Pertractata Sinidis fabula ipsa ea, quae de Corinthi et Coryci nominibus inter se confusis modo attulimus, hortantur, ut subtexam quaedam de Palaestrae illa fabula, cuius memoriam quaestio de Cercyone in capite I. agitata suggessit animo. Fit autem id eo convenientius, quod Palaestrae fama, ne ab Welckero quidem in Philostr. Imagg. II. 32. p. 102, 2 *Παλαίστρα ἡ Ἑρμοῦ ἡβήσασα - ἐν Ἀρκαδίᾳ* Animadvv. p. 561, cf. Orell. in Hor. Carm. I. 10, 4. p. 66, nedum ab iis, quibus „Mercurius palaestram mortales primus docuisse“ Hygin. fab. 277. narratur, ut ab Wesselingio in Diodor. V. p. 391, 3. Handio in Diatr. Gronov. I. p. 254. Iacobsio in Philostr. p. 561 instauratam videmus. His igitur Statii Theb. II. 64 versum: „Pollutamque suo despectat Phocida busto“ enarratum invenimus a LACTANTIO:

> Illam tangit historiam: cum deus scilicet Mercurius somnum caperet, quidam, cuius nomen fabulae tenent, dormienti tetendit insidias, qui conata peregisset, nisi eum filia Palaestra excitavisset: qui cum odio terrae migrasset ad coelum, creditus est obiisse: quo facto iniuriosam meruit sepulturam.

De quo loco haec librorum (vid. cap. II. 4) memoria variant: scilicet Mercurius om. AB. deus quidam somnum caperet corrector A. detendit A. tetendit corrector. qui conata lnp. qui tamen conata A. cuius fabulae tenent nomen insidias qt mihi conata B, cui non dubium est quin nocuerit similitudo vocum tenent et tendit. creditus est obiisse lnp A. creditus obisse B. Rem a Lactantio proditam levius perstrinxit Barthius in v. 62. p. 283. Cui rei lucem affundere licet proferendo locum Servii in Virg. Aen. VIII. 138. p. 458: „Choricus rex quidam Arcadiae filios habuit Plexippum et Enetum et Palaestram filiam. Sed iuvenes cum casu inter se haberent certamen, impressione et nisu corporum invenerunt luctamina, qui cum hoc patre praesente facerent et ille re nova delectaretur, ex ea re ludus factus est, quam rem Palaestra, soror iuvenum, Mercurio amanti se prodidit, qui cum rem novam vidisset, pleniorem de industria artem homines docuit: hoc seni iuvenes a sorore proditum nun-

tiant; ille iratus est potius filiis, quod non tamquam furem Mercurium insequerentur. Quem cum illi in monte dormientem invenissent, manus ei amputaverunt: unde et ipse Cyllenius et mons dicuntur. — Mercurius vero Iovi conquestus Choricum evisceratum in folliculum redigi fecit, amatam vero suam Palaestram remuneratus omne luctamen, quod corpore conficitur, palaestram vocari fecit". Choricum nomen suspectum esse dicit Dindorfius Steph. Thes. p. 1591. D. Vol. VIII., in vitio esse facile persuadeo commemoratione eius rei, cuius testimonium in ipsum regis in folliculum redacti nomen collatum esse apparet. Quis enim nescit *κώρυκον* et *κωρυκομαχίαν*, de qua explicaverunt Rigaltius in Artemidor. I. 55. p. 37. Gesnerus in Lucian. Lexiph. 5. p. 497. Vol. V. Osannus Symb. I. p. 108. Cf. Meinek. Fragm. Com. Gr. III. p. 610 et IV. p. 603? Itaque regis, cuius filii fuerunt Plexippus et Aenetus — sic enim scribi praestat cf. Apollodor. I. 9, 4. p. 20, 2. Polyaen. V. 19. Bergk. Ephem. antiq. 1844. p. 929 —, filia Palaestra, de qua hoc variat apud Etym. Magn. p. 647, 54: *τῆς Παλαίστρας θυγατρὸς Πανδόκου οἰκοῦντος ἐν τριόδῳ καὶ τοὺς καταγομένους παρ' αὐτῷ ἀναιροῦντος· ὃν Ἑρμῆς καταχθεὶς ἐφόνευσεν ὑποθήκῃ τῆς Παλαίστρας* — eius igitur regis nomen intelligitur fuisse non Choricum (ut apud Pomponium Melam I. 13, 5 in codice Cibin. est Choricius et apud Lucanum IX. 809 in Vratisl. 7 Choricii et, id quod Sopingius in Hesych. II. p. 402. not. 24 et Gesnerus l. d. notarunt, Choricomachia pro Corycomachian apud Caelium Aurelianum V. 11, 134 scriptum), sed Corycum. Quo nomine inscriptam extitisse Antiphanis fabulam testis est Athenaeus IV. p. 161. A: *ἐν τῷ κυρίως Κωρύκῳ ἐπιγραφομένῳ*; [14b]) nam praetereo Scholiastam Bern. Virg. Georg. IV. 127. p. 21: „Corycium alii patrem Virgilii, alii Ciliciae montem". Ergo non iam latet, quid sequutus Lactantius verbis his usus sit: quidam, cuius

---

14b) Cf. Hemst. in Poll. X. 172. p. 1359 et Mein. Hist. Cr. Com. Gr. p. 338, qui quidem quum incertum esse dixisset, utrum de folle athletarum an vero de viri nomine *ὁ κυρίως κώρυκος* intelligendus esset, in fragmento Com. Anon. X. p. 603: *Ὥσπερ Φιλάμμων ζυγομαχῶν τῷ Κωρύκῳ* proponere non dubitavit Vol. V. Add. p. 118.

nomen fabulae tenent aut quo spectet mentio iniuriosae sepulturae in hunc, ut supra not. 7 suspicati sumus, modum facta: „quo facto ille iniuriosam meruit sepulturam.“ Inde autem, quod Statii versus: Pollutamque suo despectat Phocida busto Palaestrae amori celebrando quamvis incommode locum fecit, non dubia coniectura colligitur Coryci fabulam adiunctam fuisse nomini Corycii antri, quod fuit in Parnaso (Oberl. in Vib. Seq. p. 312. Tzschuck. in Mel. I. 13, 3. V. III. P. I. p. 413. Theb. Parad. II. 2. p. 118) simillimum ei, quo memorabilis fuit Cilicia nobilis sacris Mercurii Corycii (Schol. Opp. Hal. III. 207. p. 123: ἡ *Κιλικία* — ἔνθα καὶ τέμενος Ἑρμοῦ. Archias Anth. Pal. IX. 91. p. 32: *Ἑρμῇ Κωρυκίων ναίων πόλιν.* Rittershus. in Opp. Hal. III. 8. p. 260. Tzschuck. l. d. 2. p. 412).

Restat, ut perspicuum faciamus, quid sit illud, quod uterque codex tenet: tamen conata: t̄ mihi conata. Quod tantum abest ut fieri omnino iubeam: „qui tandem conata peregisset“, memor rei a Meursio in Minuc. Felic. 35. p. 363. Drakenborchio in Liv. XXX. 30, 23. Schwarzio in Plin. Paneg. 16, 2. p. 35. Arntzenio in Aur. Vict. 72, 5. p. 265, aliis enotatae, aut Buenemanno in Lact. Mort. Pers. 33, 2. p. 1449 potius, quam Broukhusio in Prop. II. 1, 76. p. 99 et Oudendorpio in Caes. B. Gall. III. 21, 1. p. 158 fretus in hanc sententiam interpreter: „qui cum deo insidias tenderet, tamen conata peregisset“, ut detrimenti reparandi gratia olim mediae voci conata superscriptum suspicer fuisse in hunc modum: con (tamen) ata, con (tam mihi) nata, quo appareret voce contamina, qua Tertullianum et Martianum Capellam usos esse scimus (Kopp. in libr. I. 10. p. 38), vel contaminationem opus esse. Ne quis autem id vocabulum in eam partem, in quam spectat Theocritus Epigr. III. 6 a nobis Symb. Crit. Anth. Graec. p. 33 correctus: *Φεῦγε μεθεὶς ὕπνου σῶμα καὶ ἀγρεμόνων*, explicandum esse Lactantiumque plurimum a Servio dissidere existimet: omne corporis vitium sic indicari satis arguit et Iul. Obsequens LXXXIX.: „avidius (pisces) epulis appetentes contaminatione ventris consumpti“ et Glossa Labb. p. 180: *συνκόπτει* contaminat, polluit“ cf. Gloss. Barth. p. 250. Stat. Theb. V. 514: „miserae silvae)

fractae, contaminatae". Maii Gloss. VIII. p. 156: „contaminare polluere, foedare". VI. p. 518: „contaminare, contingere". Iul. Firmic. de Err. Prof. Rel. p. 412: „numen — quod impudicis adhaeret membris, quod polluta corporis contaminatione placatur". Quae si cui videtur lubrica atque ambagiosa coniectatio (maxime idcirco, quod Mercurio manus amputatas fuisse Servius tradidit cf. Osann. in Cornut. p. 281), integrum est codicis A vestigia pressius sic sequi, ut haec fiat illius loci descriptio (cf. not. 7):

cum deus somnum caperet, quidam, cuius nomen fabulae tenent, dormienti tetendit insidias. Qui tandem conata (contaminationem) peregisset, nisi eum filia Palaestra excitavisset. Qui cum odio terrae migrasset ad coelum, creditus est obisse. Quo facto ille iniuriosam meruit sepulturam.

Cap. V.

1.

Iam ad Scyllae fabulam, quam in cap. I. 3 perstrinximus, ita reverti licet, ut de PARTHENII sententia, quam in Metamorphosibus fragm. XVI. exprompitam docti homines reprehensione carere negant, et reverentius pronuntiemus et verius. Qua enim fabula proditionis poenas Scylla fertur dedisse suspensa ex navi,[14c] ex prora,[14d] ex puppi,[14e])

14c) Cir. 389: „Tum suspensa novo ritu de navibus altis Per mare caeruleum trahitur Niseia virgo." Prop. III. 17, 26: „Pendet Cretaea tracta puella rate". Schol. Eur. Hipp. 1190. p. 506: *Μίνως — ἔλαβεν αὐτὴν ἐπάνω τοῦ πλοίου καὶ ἔδησεν αὐτὴν εἰς τὸ πλοῖον καὶ ἔμεινε συρομένη ἐν τῇ θαλάσσῃ.* Eutecn. Ixeut. II. 14. p. 190: *ἀπέδησέ τε αὐτὴν νεὼς καὶ κατὰ τὴν θάλατταν εἴασε φέρεσθαι.*

14d) Hoc Tzetza refert in Lycophr. 650. p. 716: *κρεμασθεῖσα τῆς πρώρας τῆς ἐκείνου νεώς.*

14e) Sic Apollodorus (ille quidem cum scriptore Ciris v. 440: „teneras arcebant vincula palmas", ut animadvertit Heynius in v. 389, non leviter discrepans III. 15, 8: *τὴν κόρην τῆς πρύμνης τῶν ποδῶν ἐκδήσας ὑποβρύχιον ἐποίησε*) et Servius in Virg. Ecl. VI. 74. p. 140: „quod a Minoe ad puppim religata tracta sit" cf. Ovid. Met. VIII. 141: „puppimque amplexa recurvam Per freta longa trahar." 148: „Illa metu puppim dimittit".

eam fabulam sic proditam, ut e gubernaculo pependisse Scylla diceretur (Eust. in Dion. Perieg. 420. p. 176, 11: προςδήσας πηδαλίῳ νηὸς τὴν προδότιν καὶ πατροφόντιν ἀφῆκε σύρεσθαι διὰ θαλάσσης. Schol. p. 351, 13: προςδήσας αὐτὴν πηδαλίῳ νεὼς εἴασεν αὐτὴν ἐπισύρεσθαι τῇ θαλάσσῃ) Parthenius vertit in testimonium Saronici maris ab tractu nominati. Testes sunt Eustathius l. d. 15, 13:

αὐτὴ μὲν εἰς ὄρνεον μετεβλήθη, ὥς φησι Παρθένιος ὁ τὰς μεταμορφώσεις γράψαι λεγόμενος, ὁ δὲ κόλπος παραγραμματισθεὶς ἔσχε τὴν κλῆσιν ἀπὸ τοῦ σύρεσθαι

et Scholiasta l. d. ὡς δὲ Παρθένιος ἐν ταῖς Μεταμορφώσεσιν λέγει — εἴασεν αὐτὴν ἐπισύρεσθαι τῇ θαλάσσῃ, ὅθεν Σαρωνικὸς οὗτος ὁ πόντος ἐκλήθη idemque dicunt sublato Parthenii nomine Tzetza l. d. ἑλκομένη διὰ τῆς θαλάσσης, ὅθεν καὶ ὁ τόπος τοῦ πελάγους, οἶμαι, ἐκλήθη (de quo loco commemorare fugit Dindorfium Steph. Thes. Vol. VII. p. 2305. D. cf. Eustath. l. d. p. 175, 33 cod. Paris. b. Σαρωνικὸς δὲ τόπος κόλπος ἢ ἀπὸ Σάρωνος ποταμοῦ) et Scholiasta Eurip. l. d. p. 506: ἔμεινε συρομένη ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ πέλαγος Σαρωνικόν et, quae verba Meinekius Anal. Alexandr. p. 405 praetermisit,[15]) p. 505: κόλπος — ἐν ᾧ φασὶ τὴν Σκύλλαν ὑπὸ Μίνωος ἑλκυσθῆναι· ὄνομα οὖν ἐστι πελάγους ὀνομασθὲν ἀπό τινος Σάρωνος κυνηγοῦ (Euphor.

15) De eadem Scylla quae verba extant a Suida prodita: „Πορφυρέην ἤμησεν ἀπὸ κρέκα (hoc est purpureum cincinnum“ Meinek. not. 1. p. 27; unde Sidonius Apollinaris Carm. XI. 68: „Scylla comas impenderet“), ea ante Meinekium Parthen. fragm. XVI. p. 271 et Bernhardyum in Suid. II. p. 393, 3 ad Parthenium auctorem retulisse video Schneiderum in Dionys. Ixeut. II. 14. p. 432: „Annon eodem iure suspicari mihi liceat Parthenii hoc fragmentum esse, qui fabulam hanc tractasse dicitur ab Eustathio in Dionys. 420?“ Verum verba a Meinekio fragm. XXVIII. p. 282 proposita videntur et Philetae tribuenda — neque enim ad persuasionem apposite disseruit M. Schmidtius Rhen. Mus. VI. p. 404 sq — et in hunc modum scribenda esse: Νιψάμεναι κρήναις ἔδρακον Ἀργαφίης vid. Anal. Prop. cap. XII. p. 91 sqq., in quo eodem loco, quae in Parthenii capite XXXVI. p. 337, 12 leguntur: τέλος δὲ εἶτα καὶ ποταμῷ προσιεμένη διὰ λύπην ἐξ ἀνθρώπων ἀπηλλάγη hac ratione reparavimus: τέλος δὲ ἐκτακεῖσα ποταμὸν προϊεμένη, ut ipsa Arganthone lacrimis suis consumpta in fluvium vertisse dicatur Oudendorp. in Apul. Met. II. p. 83.)

fragm. 139. p. 148) — ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι ἐκ τῆς Σκύλλης. De qua sententia parum circumspecte existimarunt Meinekius p. 272. 437: „haud indigna Parthenii ingenio est Saronici maris originatio ἀπὸ τοῦ σύρεσθαι“ et Dindorfius Steph. Thes. Vol. VII. p. 94. A: „Eustathius — aliam addit etymologiam a verbo σύρεσθαι ductam nec dignam, quae repetatur“. Nimirum quum non accommodassent subtilitatem et intentionem rei, quam ab aliis verbo σύρεσθαι, ab aliis verbo ἕλκεσθαι, ἑλκύεσθαι indicari videmus,[15a] vana eius verbi, quod Eustathius primo lectus obiecerat, specie decepti doctissimi illi viri non magis, quam Spanhemius in Callim. Del. 42. p. 358 et Tzschuckius in Mel. II. 3, 8. V. III. P. II. p. 298 perspexerunt hanc Parthenii fuisse mentem, ut Saronici maris nomen a verbo σαροῦν ductum putaret. Quod verbum sic, ut a Parthenio, positum legitur in Lycophronis versu 389, quem novit Lobeckius in Phrynich. p. 83, non item Piersonus in Moer. p. 356 et Sturzius de Dial. Alexandr. p. 193:

(Τὸν δ') οἴσει κῦμα γυμνίτην φάγρον,
Διπλῶν μεταξὺ χοιράδων σαρούμενον,

quod interpretatur Scholiasta Palat. p. 94 κινούμενον (ut in Maecen. Obit. 20 est: „arenas, Litore in extremo quas simul unda movet“, quod et Piersonus Anth. Lat. T. II. p. 719 tuetur et Wernsdorfius in Avien. Perieg. 1322. p. 1144. cf. Ovid. Met. VII. 446: „ossa — iactata diu“), Paris. et Vindob. κλυδωνιζόμενον, ut Etym. M. p. 708, 56: σαρούμενον, κλυδωνιζόμενον· Λυκόφρων, Zonar. ap. Tryllitzsch. p. 73, quem neglexit Bachmannus p. 94: σπαραττόμενον. In eandem sententiam, ut omittam Alcaeum Messenium Anth. Pal. VII. 495, 4. p. 458 a Brunckio, qui et Iacobsio p. 349 persuasit, et, ut nunc video, Wakefieldo in Soph. Trach. 268. p. 124. Lond., in hunc modum correctum: Αἰγαίῳ ῥαιόμενον πελάγει, a Planude autem sic: ῥαινόμενον, quod Mei-

15a) Simillimum est exemplum Pausaniae IX. 25, 2: καλεῖται δὲ ὁ σύμπας τόπος Σύρμα Ἀντιγόνης· ὡς γὰρ τὸν τοῦ Πολυνείκους ἄρασθαι οἱ προθυμουμένῃ νεκρὸν οὐδεμία ἐφαίνετο ῥᾳστώνη, δεύτερα ἐπενόησεν ἕλκειν αὐτὸν, ἐς ὃ εἵλκυσέ τε καὶ ἐπέβαλεν ἐπὶ τοῦ Ἐτεοκλέους ἐξημμένην τὴν πυράν.

nekius Delect. p. 159 probavit, ante eum Erfurdtius in Soph. l. d.; nam verum esse id, quod tenet codex Palatinus (πικρὸν ἐπ' ἦξα μόρον) ῥαινόμενος, demonstravimus Symb. Critt. in Anth. Gr. p. 21: in eam igitur sententiam, in quam Lycophron σαροῦσθαι, Leonidas dixit δινεῖσθαι VII. 273, 5. p. 385: Κἀγὼ μὲν πόντῳ δινεύμενος, ἰχθύσι κύρμα, Οἴχευμαι cf. Opp. Hal. I. 367: ἄλλα δὲ φῦλα Διπλόα καρτίστοισι μετ' ἰχθύσι δινεύονται Πηλοῖς ἐν βαθέεσσι, σύρεσθαι Antipater Thess. 216, 1. p. 369: Κύματα καὶ τρηχύς με κλύδων ἐπὶ χέρσον ἔσυρεν Δελφῖνα et 382, 1. p. 417: Ἠπείρῳ μ' ἀποδοῦσα νέκυν, τρηχεῖα θάλασσα, Σύρεις καὶ τέφρης λοιπὸν ἔτι σκύβαλον.[16])

---

16) Quemadmodum mare ac fluvii et ipsi σύρεσθαι dicuntur (Dionys. Perieg. 474: ἧχι θάλασσα Συρομένη μακρῇσι περιβρέμεται σπιλάδεσσιν. Salmas. Plin. Exercitt. p. 491. a. F. Staver. in Fulgent. I. p. 603, unde Palladas Anth. Pal. X. 62, 2: Τύχη — τυραννεῖ — τοῖς ἰδίοις ῥεύμασι συρομένη. add. Boeth. Consol. V. Metr. 1, 6. p. 633. A: „Confluat, alterni quod trahat unda vadi". Sil. Ital. IV. 84: „Ticinus — nitidum viridi lente trahit amne liquorem". Avien. Descr. Orb. 1318: „vastum ut late trahat agmen aquarum", quum ab aliis dicantur vehi Tibull. I. 4, 60: „dum vehit amnis aquas". Curt. V. 2, 9: „amnem — delicatam vehentem aquam" cf. Avien. 432: „rapax — Rhenus — rotat agmine molem Gurgitis" et 1165: „aequora Tigris Prona rotans") et ἰλὺν ἐς τὸ πέλαγος σύρειν a Philostrato Her. XIX. 16. p. 327, 24. βάρη μεγάλα σύρειν a Plutarcho Mar. 23. Vol. III. p. 93 (add. de Educ. Puer. VIII. p. 20: ὁ πόλεμος χειμάῤῥου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφέρων et Ioann. Chrysost. Homil. XXXV. p. 596. E: καθάπερ χειμάῤῥους σφοδρῶς ἐπελθὼν ἅπαντα παρασύρει et, quem non subiunxit Wyttenbachius in Iulian. Or. I. p. 193, Longin. XXXII. 4. p. 108: τῷ ῥοθίῳ τῆς φορᾶς ταυτὶ πέφυκεν ἅπαντα τἄλλα παρασύρειν καὶ προωθεῖν. Blomf. Gloss. in Aesch. Pr. 1101. p. 159. cf. Matth. in Chrys. Hom. III. Vol. II. p. 27. not. 86 et Boiss. An. Nov. p. 6. not. 1. Dio Cass. LXXVIII. 25. Vol. IV. p. 755: ὁ Τίβερις — εἰσέβαλεν, ὥστε καὶ ἀνθρώπους παρασυρῆναι cf. Plin. N. H. IX. 3, 2. p. 142: „procellae pulsatas ex profundo belluas cum fluctibus volvunt". Claudian. R. Pros. II. 295: „Quidquid alit tellus, quidquid salis aequora verrunt, Quod fluvii volvunt —, Cuncta tuis pariter cedent animalia terris") et saxa verrere, ut apud Statium est Theb. IV. 712: „Inachus adverrensque natantia saxa Charadrus" cf. Labeo ap. Fulg. Expos. Serm. Ant. p. 559: „manales tunc verrere opus est petras", quod Festus dicit: in urbem protrahere. Anth. Lat. III. 106, 24. p. 563: torrens — Obvia non magna arbuta verrit ope" (quae quidem satis placuerunt Wernsdorfio

2.

Haec autem fusius dicere visum est, quo praemuniretur nostra de PROPERTII versu II. 12. (III. 6), 44:

Nec nostra Actiacum verreret ossa mare

sententia. De quo versu, si vel Lycophronis exemplum succurrisset, non futurum fuerat, ut et Lachmannus eo, quo videmus, pronuntiaret iudicio et Lachmanno Hauptius et docti omnes adstipularentur. Recolamus igitur, quae ille argumentetur. In nostro loco, inquit p. 157, codicum quantum extat, habent: „verteret — quod revocamus“. At reclamat Broukhusius p. 158: „verreret est in utroque Colbertino: reliqui

---

et Meyero, at Oudendorpio robora verrit; nobis magna iā id est magna iam arbuta), quod apud alios est *κυλίνδεσθαι*, volvi, torqueri, rotari, trahi, ferri (Theocr. XXII. 49: *πέτροι ὁλοίτροχοι, οὕς τε κυλίνδων Χειμάῤῥους ποταμὸς μεγάλαις περιέξεσε δίναις* cf. Xen. Anab. IV. 2, 3. Sil. It. III. 470: „ornos et adesi fragmina montis Cum sonitu volvens“. Sen. Herc. Fur. 715: „saxa fluctu volvit Acheron.“ Prisc. Perieg. 977: „achates — Consimiles volvit quos unda cylindris“ et quos attulimus Theb. Parad. II. 6. p. 206. Sil. It. XIII. 565: „saxosa incendia torquet.“ Virg. Georg. III. 254: „Flumina correptos unda torquentia montes“ et Aen. VI. 551: „torquetque sonantia saxa.“ Claudian. Rufin. I. 269: „torrens Saxa rotat“ et Rapt. Pros. II. 57. et Stat. Theb. IX. 469: „eiectaque fundo Saxa rotat“ et quos infra in not. 18 adiiciemus. Sen. Herc. Fur. 934: agros amnis eversos trahat. Avien. Descr. Orb. 1279: Hos lapides late flumen trahit et 1166: „aequora Prona rotans et saxa iugis avulsa supernis Et tota late celeri trahit agmine silvas.“ Sil. It. XVII. 123: amnis — silvas et saxa trahens. Schol. Stat. l. d.: „trahens rapiditate sua“ conf. Putsch. in Sall. Iug. 78. p. 329. Oud. in Lucan. II. 409. p. 141. Drakenb. in Sil. It. IV. 522. p. 221. Burm. in Virg. Georg. I. 203. p. 219. Stat. Achill. II. 430: „rapidissimus ibat Sperchios vulsasque trabes et saxa ferebat“, ut Lucian. Cynic. 18: *τῶν ὑπὸ χειμάῤῥου φερομένων*) similiterque aurum Strab. III. p. 146: *ὁ δὲ χρυσὸς οὐ μεταλλεύεται μόνον, ἀλλὰ καὶ σύρεται.* Prisc. Perieg. 1050: „auri qua pondus honestum Devolvens Hypanisque trahit rapidusque Megarsus.“ Iuvenal. III. 55: „quodque in mare volvitur aurum“, quo usitatiora sunt, quae posuerunt Ovidius Met. II. 251: „Quodque suo Tagus amne vehit — aurum“, Seneca Thyest. 354: „quidquid — unda Tagus aurea Claro devolvit alveo“ (cf. Sen. Nat. Quaest. III. 27: „torrens intermixtos ovium greges devehit“), Avienus 1320: „prona fluenta Quem — adamanta Detulerint“, alii cf. Cort. in Lucan. II. 409. p. 258. Drak. in Sil. IX. 395. p. 474. Add. not. 18.

omnes habent verteret", quae res a Burmanno p. 321 silentio transmissa videtur iam omnium oblivione intercepta esse. Itaque hic id, quod deterius est, cum in aliis tum in Neapolitano libro sic insedit, ut apud Statium l. d., ubi verum esse advertens omnes fatentur, in libro Barthii optimo (p. 1214) et, ut ipsi testamur, in Monacensi, qui est Electoralis nr. 312, advertens, apud Manilium IV. 285: „placidum ductis everrere retibus aequor" in Gemblacensi et aliis praeter Voss. 2 omnibus evertere, in omnibus autem Aetnae v. 271: „Scrutamur rimas, evertimus omne profundum, Semen ut argenti quaeratur, ut aurea vena", quem locum verbo everrendi deberi non perspexit Iacobus p. 161, perspexerat planius, quam Wernsdorfius Poet. Lat. Min. Vol. IV. p. 144 (et verrimus), Dousa in Prop. II. 15. p. 436.*) Sed rem porro urgeamus. Revocamus verteret, inquit Lachmannus, quia Homerum imitari videtur Od. I. 161: λεύκ᾽ ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ — ἢ εἰν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει, quamquam Virgilius in hac re volvere maluit Georg. IV. 525: caput a cervice revulsum — Hebrus Volveret. Nautae vero verrunt mare et venti et remi, quin et delphines". [17]) Quam disputationem vacillare vel iacere potius et ex aliis, quos supra attulimus, locis apparet et inde, quod quae saxa a Theocrito scribuntur κυλίνδεσθαι, ea ab latinis poetis tum volvi tum verri dici comprobavimus. Nec istius causae idonea adminicula reperit Naekius in Caton. Dir. 59. p. 94 haec argumentatus: „De Propertio accedo sententiae Lachmanni vulgatum tuentis ver-

*) Recordatione, puto, ductus Manilii l. d. et Ausonii Mos. 281: „scrutator operti Nereos aequoream solitus converrere Tethyn" et eorum, quae iam in medio proposuerunt Cannegieterus Misc. Obs. Vol. X. T. II. p. 189 et Arntzenius in Arator. I. 76. p. 53 sq. uterque immemor Pacati Paneg. XXVI. 4: „ille pirata quidquid undecunque converrerat": πολλὰ παντόσυρτα Aesch. Eum. 555, nisi fallit Meinekius Philol. XIX. p. 225 et Gellii Praef. 11: „multa et varia lectitantes, in quas res cunque inciderant — solam copiam sectati converrebant."

17) Quod in eodem loco Lachmannus pronuntiavit a Callimacho fragm. 436. p. 308 „audacissime poetam appellari ἀρόταν κύματος Ἀονίου", id parum recte dictum esse nuper in Lexidiis IV. p. 12 sq. comprobavimus docuimusque significari Cadmum Aonii foetus parentem (Stat. Theb. III. 180. I. 7. Nonn. IV. 425.)

bumque comparantis graecum *κυλίνδει*. Nec Fr. G. Barthii observatio contemnenda est. Certe Propertium ea tantum conditione verreret scripturum fuisse existimo, si sermo ibi de mari vehementer commoto esset: at sermo est de tranquillo, in quo ossa non verruntur, sed leni motu volvuntur". Qui quidem ea, quae exprompsit nondum a Lachmanno dicta, subtilius disseruit, quam verius. Scilicet postquam nonnulli „quod suo loco bene atque eleganter dicitur, exquisitum per se et ubique esse rati, ubicunque fieri posset, inferendum esse verbum verrere censuerunt et vero intulerunt, ubi inferri neque debebat neque poterat", faciendum iam fuit, ut in alteram partem tenderetur nimis pervicaciter. Quod qui fecit, Naekius solus novit „immoti semper iacere tranquilla Actiaci pelagi" (Sen. Troad. v. 199) montemque, qui „Actia litora tegit", Leucaten nimbis carere (Virg. Aen. III. 274 et Serv. p. 209. Auson. Cupid. Cruc. Affix. 24. Claudian. B. Get. 185), quamvis aliter dicant Cicero Ep. ad Fam. XVI. 9, 1: „venimus Actium. Ibi propter tempestatem ad VI. idus morati sumus" et Dio Cassius L. 11. Vol. II. p. 780, 23. Florusque IV. 11, 5. 7. et Propertius IV. 6, 28, de quo post Kraffertum infra dicemus, et, ut quaedam in Explic. Cinnae fragm. XIII. dicenda delibemus, Silius Ital. XV. 301: „vada fervida Leucatae" ac Seneca Hipp. 1013: „saxa cum fluctu tremunt Et cana summum spuma Leucaten ferit" et Herc. Oet. 731: „Utque involutos frangit Ionio salo Opposita fluctus Leucas et lassus tumor In littore ipso spumat" Claudianusque Stil. I. 175: „Nec iuga Leucatae feriens spumantia fluctu Deterrebat hiems". Idem solus scit proposito poetae belli mala detestantis cumulatius satisfieri, si Romana ossa scribantur undis non foede verri, sed leniter volvi. Nimirum hoc quoque idem compertum habuit, quaecunque volvi dicuntur, ea omnia leni motu volvi. Quasi vero ne per Claudianum quidem aut Boethium aut Ausonium patescat, quae sive mari „quod semper etiam positis flatibus inquietum est", (Minuc. Fel. Octav. 3. p. 22) sive quacunque vi volvuntur, vehuntur, trahuntur, verruntur, ea volvi, vehi, trahi, verri tum vehementiore tum leniore motu. Sed quod omnium maxime mirum est, dum alterum verbum

aversantur acrius, alterum amplectuntur docti homines permixtisque vocibus tuentur ne unius quidem exempli similitudine probatum aut confirmatum; neque enim inceptum magis, quam Lachmanno aut Naekio, successit Hertzbergio p. 138 his defuncto: „Scaliger satis eleganter verreret coniecit. Illud tamen recte Lachmannus tuetur cll. Od. I. 161. Virg. Georg. IV. 525, quibus locis add. Aen. I. 100: „Simois — Scuta virum galeasque et fortia corpora volvit"; quippe qui versus egregie concinit cum sententia Senecae Agam. 213: „Non Xanthus armis corpora immistis gerens" et Statii IX. 429: „Adspice — quae funera portem Continuus telis altoque adopertus acervo."[18])

---

18) Iidem autem respuimus Gebhardi de eiusdem Propertii III. 2 (IV. 3), 46 versu commentum hoc: „Rhenus Saucia moerenti corpora verrat (codd. vectet) aqua", quod qui merito repudiavit Broukhusius p. 258, refutavit ea ratione, quam dubiam esse perspicuum faciunt Lycophron l. d. simul et Statii versus IV. 712, quem a Broukhusio quidem corrigi oportuerat veluti in hunc modum: „averrensque rotantia saxa", ut apud Virgilium Aen. X. 362: „saxa rotantia late Impulerat torrens". add. Stat. Theb. IX. 469 et Weichert. Ep. Cr. de Val. Flacc. p. 72 sq. cf. Dorv. in Char. p. 584 et Sil. Ital. XVII. 279 sq.: „natat aequore toto Arma inter galeasque virum cristasque rubentes Florentis Capuae gaza." Stat. Theb. IX. 482: mole natantis arenae. 358: „Desuper — Parma natat." In eo igitur loco Rhenus saucia corpora vectare sic dicitur, ut ab Ovidio Met. I. 304: „fulvos vehit unda leones, Unda vehit tigres" et Statio Theb. IX. 297. 301: „trahit unda timentes —. Ibitis aequoreis crudelia pabula monstris. Illum terra vehit" cf. XI. 276: „hos ignis egentes Fert humus, hos pelago patrius iam detulit amnis" et Seneca l. supra d. Similiterque Virgilius Georg. III. 241: „ima exaestuat unda Verticibus nigramque alte subvectat arenam" — nam et optimi libri tenent subvectat (quod contra factum est apud Plinium XXXVI. 12, 17: „quaestionum summa est, quanam ratione in tantam altitudinem subiecta sint caementa", ubi unus Paris. praebet subvecta) nec id aut Guietus in Lucan. II. 417. p. 889 aut Iahnius p. 380 sprevit, quum plerique subiectat probarint, ut apud Lucretium de Aetna est VI. 700: „Saxaque subiectare et arenae tollere nimbos" — Virgilius igitur subvectat arenam, quum apud Sophoclem Antig. 590 inveniatur: *οἶδμα — κυλίνδει βισσόθεν κελαινὰν θῖνα καὶ δυςάνεμον* et, id quod praeteriit Naekius in Caton. Dir. 60. p. 94 sq., in Georg. III. 350: „torquens flaventes Ister arenas", versare apud eum poetam, quo utitur Gronovius in Minuc. Fel. III. p. 22: „recurrentes qua versat fluctus arenas" et alios, quos nominat Schraderus in Avien. Perieg. 816. p. 1061, apud Ovidium, quem Lachmannus et Naekius attulerunt (ille quidem non magis quam

Quae quum ita sint, postliminii iure revocandum censeo verbum verrendi:

Non ferrum crudele neque esset bellica navis
Nec nostra Actiacum verreret ossa mare,

quod verbum Lycophronis ac Parthenii memores non temere nos suspicamur ductum esse ab exemplo Alexandrinorum poetarum, ex quorum carminibus „quid in poesin Latinam invectum sit" vel curiosissime quaerere aliis quidem in locis Lachmannus (in Lucr. III. 383. p. 165) nequaquam supersedit.

Itaque hoc in loco id, quod verum est, repetendum fuit ex codicibus Colbertinis, quorum alterum „in singulari librorum et quidem bipartito dissensu II. 3, 32 Groningani partes tueri" compertum attulit Hertzbergius Quaestt. III. 5. p. 245, verum illum versum II. 23, 91 (III. 32, 35):

Quamvis Ida Parim pastorem dicat amasse

ope vel Vaticani sec. et Colotiani corrigi voluimus Anal. Prop. III. p. 19 sq. hac emendatione: „Quamvis te Ida, Parens, pastorem dicat amasse." [19]) Quam emendationem qui sprevit

---

Heinsius memor Ennodii Carm. I. 7. p. 319. B: „quaecunque valet trux aequore verrere fundo Aeolus" rariore vocabulo in ea sententia usi, in qua positum legimus versare a Lactantio in Stat. Theb. II. 105: „ventis mare versantibus" et aliis multis Peerlkamp. in Hor. Carm. II. 9, 3. p. 189), Met. XI. 499: „pontus — fulvas ex imo verrit arenas" cf. Coripp. Ioann. II. 256: „Euri ferventque graves verruntque procella Litus arenosum" et VI. 451: „turbo — Verrit arenosas conturbans aequora terras"; sic enim scribi praestat, quam vertit cf. v. 447: „ventus — convolvit arenas." Plin. N. H. II. 44, 44. p. 145: „austro volvente arenas". Alcim. Avit. V. 384: „Litore vel quantas converrit fluctus arenas," qui quidem versus sic a Schradero l. d. proditus mire discrepat cum exemplo Fabricii p. 416. A: „Vel quibus exundat coopertum (conpertum Fabric.) litus arenis."

19) Similiter scribendo variatum est in Sabini Epist. III. 70: ipsa parens. marg. Bersm. Parin et apud Claudianum Idyll. VI. 75: „pari flammas undarum luce rependens." Heins. codd. p. 681 parens (quod ipsum apud Iosephum Isc. V. 171: „parens in gyros brachia spargit" pro pares insedit). Quo accedit, quod p̄r pro parens scriptum est in codice Klock. Liv. V. 49, 7. p̄a pro patri in Lovan. Claudian. IV. Cons. Hon. 367. Cf. Martial. XII. 52, 10: Phrygium — Parim. Putean. Voss. Parem. Ipsum quidem illud te Ida (ordine verborum eo positum, qui cernitur in locis Valg. p. 47 sq. allatis) reprehensione carere docent ipse Propertius II. 20, 1: „Vidi te in somnis" (add. Hertzb. Quaest. II. 6.

de iis caussis, quas exsequi propter ea, quae iam retractandae materiae gratia dicentur, supervacaneum habeo, Hauptius in Ind. Lectt. Berol. Hibern. 1854. p. 11 despecta et contempta librorum memoria: parī (Neap.), Parim hoc scribere instituit: „Quamvis Ida palam pastorem dicat amasse“ nimirum non montem interpretatus dici illos amores palam testatum, sed suspicatus „molliculi alicuius poetae Alexandrini exemplum eo valuisse, ut Venerem palam Anchisen amasse eique inspectantibus Nymphis et Silenis et ipso Baccho accubuisse fingeret Propertius“. Ergo vir κριτικώτατος sic censet: et Alexandrinorum poetarum arte et Propertii elegantia dignum hoc esse, si Venus deo Marti furtim, Anchisae homini palam — mira fides — et coram deorum agrestium choro et inter pecudes accubuisse narretur, librarios autem aut prave fecisse, quod illam non modo mollitiem sed rerum foeditatem correctionis si non elegantissimae at probabilis certe temperamento minuerent atque etiam tollerent, aut voci palam vere capiendae impares inde ad errorem fere contrarium atque apud Coluthum 15 Πάριν. Laur. πάλιν admittendum proclives fuisse omnino omnes. Nos quidem in alia omnia discedendum putamus. Primum enim hoc facile apparet ab eo poeta, qui Idam montem dicit testem fuisse Anchisae ab Venere amati, ipsum hoc negari inspectantibus dis deabusque deam

---

p. 179 sq. et Prop. II. 25 (III. 34.), 39: Num Amphiareae —?) Val. Flaccus VII. 38: „non te aequore mersum“. Silius V. 596: „nec te optima mater“. XVII. 352: „tu exercita. Statius Ach. I. 84: Quem tu illic. Theb. II. 265: tu infaustos. IV. 622: te optata. IX. 439: te admonet. XI. 298: te inclyta (cf. Barth. I. 398. p. 137). Seneca H. Oet. 1310: Aut te, Ossa. Fur. 1177: At tu ede. Corippus Ioann. IV. 244: te exspectat (ut Reposian. Conc. Mart. et Ven. 154) III. 316: te, Autenti. Quae nescio quo casu in Analectis omissa libuit hic reddere. Adiiciam rem sanequam notabilem. Qui enim adsumptum ex interpolatis (Colot. et Vatic. sec.) esse pronomen te (te, Ida) arguit Hauptius p. 11, eundem librum Colotianum et primum Vaticanum, in quibus II. 2, 63 (11) est: „Mercurio qualis“ ita sequi ipse (mira fides) sustinuit, ut pro vero hoc ederet: „Mercurio talis“ cf. Drak. in Sil. I. 468. p. 42. Cui quidem voci capiendae quis credat adeo impares fuisse optimos quosque librarios, ut uno consensu consignare mallent perplexum istud: Mercurio satis? Sed de hoc loco nos quam verissime expediemus infra in mentione Brimus.

homini accubuisse. Qua eadem ratione Ascanii fluvii nomen I. 20, 4, ut infra dicemus, positum est in mentione Hylae abactis Boreae filiis a Nymphis Hydriasin (An. Prop. IV. p. 27 sq.) clam occulteque rapti. Quid, quod illam Hamadryadum Silenorumque frequentiam inferre immodestum atque absurdum fuit propterea, quod non semel Venerem accubuisse constat, quae quidem sic in Anchisae coniugio fuisse fertur, ut in Paridis coniugio Oenone, de qua Ovidius Her. V. 13: „Saepe greges inter requievimus arbore tecti Mixtaque cum foliis praebuit herba torum. Saepe super stramen foenoque iacentibus alto Defensa est humili cana pruina casa. — Retia saepe comes maculis distincta tetendi, Saepe citos egi per iuga longa canes". cf. v. 87. Sabin. Epist. III. 14. De qua re dedita opera scripsimus Anal. p. 19 nondum separati a turba consentientium. Accedit, quod qui deae et pastorem amore complexae et inter pecudes abiectae mentione defunctus ab eadem mala cum Nymphis Silenisque et Baccho lecta subiungit et ea usus ratione subiungit, quae cernitur in mutato dicendi genere: legisti, aut supervacaneam rem intulit aut deae coniugi nimis invidiosam. Sed haec omnia dilucidiora fiunt ea re, quae firmissima afferri videtur, cur quatuor disticha de Venere scripta esse negemus, quod qui caussam his peroravit: „An quisquam in tanto stuprorum examine quaerit, Cur haec tam dives?", ne per Gronovium quidem in Sen. Thyest. 523. p. 140 et Burmannum in Albinov. 339. p. 818 dubium potest esse quin intra modum duobus exemplis Helenae et Veneris praefinitum non constiterit. Unde primum hoc efficitur haec antiquitus fuisse scripta:

Hoc et Hamadryadum peccavit turba sororum
Silenique senes et pater ipse chori.

In quam eandem sententiam habemus versus hymn. Hom. Vener. 258. 263: *Νύμφαι μιν θρέψουσιν ὀρεσκῷοι — Τῇσι δὲ Σειληνοὶ καὶ εὔσκοπος Ἀργειφόντης Μίσγοντ᾽ ἐν φιλότητι μυχῷ σπείων ἐροέντων*, nec aliter de Nymphis Seneca et Petronius (An. Prop. IV. p. 25), Statius Th. IV. 329. Auspic. Epith. 37. Prop. I. 21, 11. Suet. Ner. 43[19a]) aut de

---

19a) In eo Propertii carmine v. 12. 32. 45 Hydriadum nomen reparavimus Anal. cap. IV. p. 24 sq., versum 32 autem: At dolor ibat

Satyris aut Silenis (Wernsd. in Him. Ecl. XV. p. 253. Davis. in Max. Tyr. XI. 1. p. 188) dicunt ii, quos praeter alios recensuit Barthius in Rutil. It. I. 236. p. 79 et in Stat. Silv. II. 2, 105. 106. p. 211 et Ovidius Her. V. 135 sq. Met. XIV. 637 sq. Stat. Silv. I. 5, 18. Anth. Lat. V. 34, 1. p. 508. (cf. Beger. Th. Br. I. p. 133. Bachet. de Ovidii Epist. I. p. 440 sq.) et qui Panem Pityis, Syringis, Echus amori deditum scripserunt (Iungerm. in Long. II. 7. p. 223 Seil. Niclas. in Geopon. XI. 10. p. 805 add. Callistr. Stat. 1. p. 146, 11: *Πὰν — ἐναγκαλισάμενος τὴν Ἠχώ* et Schol. Soph. Aj. 695 ac Procop. ap. Boiss. Marin. p. 77 cf. Aelian. Epist. Rust. p. 420.); nam quum illud iam liqueat falso ab Hauptio Bacchum hic afferri, parum tamen differt Panemne*) an ipsum Silenum *Ναΐδος ἀκοίταν* Pind. ap. Pausan. III. 25, 2. Moser. in Nonn. p. 240 hic dici patrem chori putes, quamquam ut nos posteriori nomini non dubie faveamus facit et Ovidius Fast. I. 413: „Te quoque (Naides) inextinctae, Silene, libidinis urunt. Nequitia est, quae te non sinit esse senem“, quem locum Constantius Fanensis p. 989 scite adhibuit Met. XIV. 639: „Quid non et Satyri — Fecere et pinu praecincti cornua Panes Silenusque suis semper iuvenilior annis“ et qui absente Baccho sacris praeesse aut cum Pane ὑποστρατηγεῖν Silenum auctores sunt, Philostratus Imagg. II. 17. p. 80, 21: *τὸν Διόνυσον ἀπεῖναι νῦν — ἐπιτρέψαντα τῷ Σειληνῷ τὰ ἐνταῦθα ἀπόῤῥητα.* p. 81, 8: *τὸν Σειληνὸν μεθύοντά τε καὶ ἁπτόμενον τῆς Βάκχης* et

---

Hylas, ibat at Hydriasin“ in hanc sententiam explicare visum est: „at bat Hylas dolor (futurus vid. Burm. in Anth. Lat. II. 122, 29. p. 296 cf. Hertzb. Quaestt. VI. 21. p. 140), at ad Hydriades ibat“. Sic enim Virgilius Aen. X. 507: „O dolor atque decus magnum redditure parenti“, quem sequutus est Ausonius Parent. X. 24: „Et dolor atque decus coniugis Ausonii“ et alii, quos commemoravit Savaro in Sidon. Apoll. Ep. IV. 11. p. 262. Cf. Martial. VI. 52, 1: „domini cura dolorque sui“. XIV. 173: „Oebalius Phoebi culpa dolorque puer“. Pentad. Anth. Lat. I. 148, 4. p. 106: „Hic amor, hic dolor est, candida Nympha, tuus“. Inscr. Philolog. XVI. p. 556: *Πᾶσι γὰρ ἀλγηδὼν ἐσθλὸς ἀποιχόμενος.* Stat. Th. VI. 276: „Io — iam prona dolorque parentis Spectat inocciduis stellatum visibus Argum“.

*) Schol. Barcell. in Hor. Carm. I. 1, 31 ap. Usener. de Schol. Hor. p. X.: Satyri ipsi sunt Panefici a Pane eorum principe, ubi

Lucianus Bacch. 2. 4, denique qui illum, ut παππίδιον a deo (Iulian. Caes. p. 9, 29. 27, 4. Moser. in Nonn. p. 239), ita patrem a Satyris vocatum esse testantur Ovidius A. Am. I. 548 et Fast. III. 757, quos locos composuit Begerus Th. Br. I. p. 20, et ipse Propertius III. 2, 29: „Sileni patris imago Fictilis“ et Inc. Epithal. Auspic. et Aell. 41: „Ecce pater pando recubans Silenus asello“ cf. Piers. Verisim. II. 1. p. 143. Nihil igitur a Propertio aptius commemorari potuit Nympharum et Silenorum genere ad peccandum pronissimo, id ipsum autem verbum, quod in ea re proprie dicitur*), nullius negotii fuit reparare.

Sequitur, ut quartum exemplum a poeta positum eruatur, quod cum omnes adhuc fefellit tum et Klausenium, qui Naica dona poma in humido solo laetissime gigni solita intelligi voluit de Aen. et Penatt. II. p. 754. not. 1388. a, et Basilium Zanchium, qui in carmine in Lycinnam facto p. 1455 Naicam turbam protulit: „Saltat et ad numeros Naica turba tuos“ (vid. An. Prop. p. 21), et nos Nanica dona sic a Propertio dicta esse olim An. Prop. p. 22 sq. arbitratos, ut Tirynthiam lunam a Statio Silv. IV. 6, 16. Gevart. in Silv. I. 3. p. 106. A. Gron. Diatr. I. p. 437. Hertzb. Quaestt. II. 4. p. 72 sq.**) In expedito autem iam est veri coniectura consideranti hanc librorum discrepantiam: Naica dona. Naica

---

Panisci corrigere fugit Usenerum. Sen. Hippol. 783: „Panas quae Dryades montivagos petunt“. Callim. fragm. 366. p. 294. Clem. Alex. Adm. p. 39. B.: Σατύρους καὶ Πᾶνας. Iulian. Or. VII. p. 220. B.: εἵποντο γοῦν αὐτῷ — Σάτυρος καὶ Βάκχαι καὶ Πᾶνες. Cic. Nat. Deor. III. 17.

*) Docuerunt hoc Erhardus in Petron. 83. p. 352. Burm. in Ov. Am. II. 8, 9. p. 424. Arntz. in Aur. Vict. Caes. V. 10. p. 327. Idem autem verbum oblitteratum invenitur apud Claudian. Pr. Cons. Stil. II. 97: „hostem muniri robore mavis, Quam peccare fidem“ in codd. Medic. tert. Voss. Leid. sec. Exc. Gevart.: „quam spectare fidem“ cf. Ov. Am. III. 2, 28: „Quoque magis spectes. tres Heins. codd. p. 474 pecces et Met. IV. 453: Deque suis atros pectebant crinibus angues. Thuan. Bernegg. Medic. spectabant.

**) Adde tela Typhoea Virgil. Aen. I. 665 et Capanea tela Stat. Th. X. 811. Herculeos serpentes. IX. 341. Herculeas aves Claudian. Idyll. II. 5. Pentheum ritum Stil. II. 213. Iliacam sororem (Castoris) Stat. Silv. III. 2, 11.

diva (Burm. p. 451) id est dina, quo indicio apparet nomen Ceurini vel Curini*) id est Cebreni librariorum levitate cum fabulae a Propertio significatae ignarorum tum litteras *d* et *r* permutantium ita discerptum esse, ut Nai ceurini fieret naice rini, inde naica dina,**) dona sive mavis: naica rina. bina***) diva. dona. Quae vitiorum similitudo cernitur apud Ios. Iscanum de B. Tr. VI. 885: „Adstrictus sociis in funera laeta Gabinus", ubi Cebrenus, non Cebrennis aut Gebrennis vel Gebennis a Dresemio proponi oportuit cf. Prop. l. d.: diva. Steph. Byz. p. 371, 4. 5 *Κέβρινα. Κεβρῖνος*. Bernh. in Suid. II., 1. p. 191, 1. Iscano subiungendus videtur Ovidii locus Met. XI. 763: „Aesacon umbrosa furtim peperisse sub Ida Fertur Alexirhoe Granico nata bicorni"; quae enim in codicibus extant: gracili nata, gratili, graciali conata, cognata, ea ab Heinsio hoc modo: Granico nata, de quo dubitat Heyn. in Apoll. III. 12, 5. p. 758, deinde a Burmanno sic correcta: Sagari cognata, longius autem seiuncta a memoria Scholiastae Il. XXIV. 497. p. 644, 10: *Ἀλεξιρόην τὴν Ἀρτάνδρου*, ubi *Ἄρτανδρος* non rectius, quam alibi *Ἄττανδρος* (Wess. in Hierocl. Synecd. p. 661. Tzschuck. in Pomp. Mel. Vol. III. 1. p. 527 sq.) positum videtur esse, ad hanc potius formam duco revocanda esse:

Cebrene creata†) (bicorni).

Fidem nostrae sententiae facit Lactantius Narr. Fab. XI. 11. p. 868: „Alyxothoe (Alexirhoe) Cebreni amnis filia",

---

*) Sabin. Epist. III. 89: seu rem. cod. Voss. Steph. Byz. p. 371, 5 *Κευρῖνος*. Ciz. Viteb. pr. Tz. in Lyc. 57 *κυβρῆνος*.

**) Cf. Drak. in Liv. IX. 10, 6 et Arntz. in Arator. I. 255. p. 83.

***) Ut apud Lact. in Stat. Th. II. 682 Euryali cod. A. eubali.

†) Quorum vocabulorum alterum sic olim notatum: c̄ata manifestum est quo modo factum sit nata (Schrad. Obs. I. 6. p. 70), conata, alterius autem depravatio quem progressum habuerit, colligitur tum ex locis Iscani: Gabinus. Plinii N. H. V. 30, 33. p. 384 Crebenia. Arcadii p. 9, 9 *κερβήν*. codd. Steph. Byz. p. 371, 3. *Κερβηνία* cf. Lob. Paralip. III. 1, 2. p. 192. Schol. Bern. Lucan. l. infra not. 19.b affer. celebri, tum ex ea re, quod litteras li et n (gratili: gratin) frequenter inter se permutatas esse constat, ut apud Varronem R. R. 37, 2: salicta. P. 2 sancta. Catull. 63, 85 adhortans. Laur. Dat. adortalis et quos alias afferemus.

qui non est dubium quin ut illud Hesperies, sic ipsum Cebrenis nomen ex Ovidii libris sumpserit cf. Met. v. 769: „Adspicit (Aesacus) Hesperien patria Cebrenida ripa". *) Lactantio accedit Servius in Aen. IV. 254. p. 274: „Aesacus — nympha Alexirhoe editus aliam eiusdem fontis nympham amabat", qui idem Aesaci matrem non Alexirhoen, sed Arisben Meropis**) vel Macarei filiam***) nominat in Aen. IX. 264. p. 520: „Arisba Meropis vel Macarei filia, quam primum Paris in coniugio habuit", in quo loco ne quis eo fere instituto, quo apud Dionem Chrys. Or. XI. p. 351, 11: *τῷ Πάριδι κάμνοντι* nos Epist. Crit. p. VI. *Πριαμίδῃ*, Geelius *Πριάμῳ* emendavit, Priami nomen reficiendum putet cf. Munck. in Lact. l. d. p. 868, prohibet Ephorus ap. Steph. Byz. p. 119, 9: *Ἔφορος δὲ Μέροπος αὐτὴν γενεαλογεῖ καὶ πρώτην Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πριάμου γαμηθῆναι.* Nimirum quum hoc fama teneret Paridem Nymphae Cebrenidis amori vacavisse, non defuerunt, qui non Oenonen solam Nympham Cebrenidem, verum etiam Aesaci matrem, quam ipsam Cebrenis filiam nonnulli perhiberent, ab eodem Paride amatam esse narrarent. De qua re nihil attulit Muellerus in Tzetz. in Lyc. 57. p. 357. not. 5, quo loco Priamum pro Cebrene apud Eudociam Viol. p. 314. 330 memoratum esse indicavit.

Itaque recte atque ordine nomen Cebreni videmur restituisse: Cebrenidem autem Oenonen †) quis nescit? Quae

*) Praestat ibi scribi Asteropen Apoll. III. 12, 5 p. 107, 27: *Αἴσακος — ἔγημεν Ἀστερόπην τὴν Κεβρῆνος.* Tzetz. in Lyc. 224. p. 492: *τὴν αὐτοῦ γαμετὴν Μερόπην τὴν Κεβρῆνος*, cui *Στερόπην* sic reddendum esse, ut Servio in Georg. I. 138. p. 193 pro Sterope reddidit Meropen Munckerus in Hygin. 192. p. 320, non perspexit Staverus in Hyg. l. d. cf. Munck. in Fab. 84. p. 160. add. Etym. Magn. p. 502, 51 *Στερόπης τῆς Ἄτλαντος.* Clem. Alex. Adm. p. 20 B. et Steph. Byz. p. 62, 15. Zonar. p. 106: *Ἀστερόπης τῆς Ὠκεανοῦ.*

**) Ut Apollod. III. 12, 5. Schol. Il. XXIV. 497. p. 644, 9: *Ἀρίσβην τὴν Μέροπος τοῦ Περκωσίου.* Eust. XII. 96. p. 894, 33. Heyn. in Apollod. l. d. p. 758.

***) Ut Steph. Byz. p. 119, 9 et Eustathius l. d.: *θυγατρὸς Μάκαρος ἢ Μέροπος.*

†) Vid. Schol. Bern. Lucan. l. infra not. 19b. affer. Schol. Paris. et Vindob. 58. p. 21. Heins. in Sabin. Epist. III. 89. p. 862. Bachet. l. d.

Alexirhoen et Asteropen eodem patre natas nominis celebritate longe superavit primum ab Apolline amata et vaticinandi arte donata (Ov. Ep. V. 139. cf. Sabin. Epist. III. 47), deinde utramque fortunam, quam Paridis coniugium attulit, constantissime experta. Quo posito fundamento placet in altero versu agnoscere eum errorem, quo II. 18, 30: „Num fugere minus“ in Burmanni codice priore cum scriptum est, inde hanc adhibere correctionem:

Num minus Idaeo lusisti mala sub antro
Supposita excipiens, Nai Cebreni, manu?

Quarum mutationum altera, cuius auctor extitit Marklandus ap. Burmann. p. 451. a. quamvis longe aliud sequutus, comprobatur exemplis, quae sunt apud Heins. in Ov. Her. XI. 19. p. 148. Broukh. in elegiae, de qua quaerimus, v. 90. p. 225 et Santen. in IV. 11, 13. p. 897. Burm. in Lotich. Eleg. V. 19, 123. p. 390; altera praeclare firmatur testimonio Lucani IX. 972: „Adspicit — Unde puer raptus coelo: quo vertice Nais Luserit Oenone: „nullum est sine nomine saxum.“ In quo loco quod solito librariorum errore*) peccatum est in Voss. 1. Vrat. 7: luxerit, id olim Burmannus p. 684 his tueri sustinuit: „Si luserit placet, explicandum: concubuerit cum Paride. nam ipsa Oenone apud Ovidium V. Ep. 12: servo nubere Nympha tuli. Unde possit nupserit. Sed ego luxerim praeferrem, ut intelligat montem seu molem nativam, ut Ovidius ibid. v. 61 vocat, ex qua vidit Paridem cum Helena advenientem et in qua v. 71 ruptique sinus et pectora planxit“. Quasi vero Oenonae luctum, quem morte finitum esse scriptorum consensus testatur, illo temporis momento circumscribi verum sit, quo illa „implevit sacram querulis ululatibus Iden: Illinc has lacrimas in sua saxa tulit“. Sed idem nuper pugnavit Usenerus in Mus. Rh. XIX. 1. p. 150

I. p. 403 sq. Dresem. l. d. Mueller. in Tz. Lycophr. 57. p. 356. not. 3 add. Bandur. Antiqq. Libr. VII. p. 861.

*) Ut v. 908: Si quis donatis lusit serpentibus infans. Vrat. 2. 5. 7. Guelf. 12 luxit. Sen. Hippol. 449: nunc luxus rape. Gron. lusus. Flor. cursus. Martial. VIII. 32, 3 et iis locis, quos Tzschuckius in Pomp. Mel. Vol. II. P. I. p. 603, nos in Subsecivorum capite I. p. 2 contulimus.

haec argumentatus: „Lucanus IX. 972: quo vertice Nais Luserit Oenone. Atqui non illud tempus, quo pulcherrimi viri coniugio frui Oreadi licuit, carminibus poetarum celebratum invenimus, sed illud tempus, quo repudiata Oenone Paris Helenae complexibus illigatus fuit, atque illud, quo Paridem mortifero vulnere affectum infelix coniux suo auxilio fraudavit. Quo recte spectant duo scholia codicis Bern. 370, quorum prius lemmatis loco scriptum habet ipsum hoc luxerit. Verum omnium maxime mira haec res est, quod quae vox sola potest pro vera haberi, ea iam ab Oudendorpio ex Voss. 1. enotata ita delituit, ut doctorum hominum intentionem et curam effugeret". Quae aliter a doctissimo viro scripta esse vellem. Quid enim? num par fuit nec de Vratislaviensi commemorari nec de Burmanno eius ipsius sententiae, quam Usenerus tuetur, auctore? Oreadem autem nominari, quae fuit Nais ac luctum confundi cum atrocitate? Etiam hoc narra mihi: cum Heinsii, cui vertice Nais Usta sit scribere visum est, tum Oudendorpii, qui Scholiastam Naidem dici Oenonen nondum Paridi nuptam interpretatum sequutus est, auctoritas ex voluntate sensuque subito impetu existimantis omnino improbanda atque illudenda, circumspectione aliqua et accurata consideratione non tuenda fuit? *) Quid multa? qui recte pronuntiasse sibi videtur quid de Oenone Graeci Latinique poetae omnium maxime praedicare soliti sint, veteres fabulas non ita recognovit, ut aut de Pro-

*) Nimirum et hoc ad verticis mentionem parum accommodate tradiderunt Nicander ap. Parthen. 4. p. 156, 5: *ἐπειδὴ Ἑλένην ἔγημεν, ἡ μὲν Οἰνώνη μεμφομένη τῶν πραχθέντων τὸν Ἀλέξανδρον εἰς Κεβρῆνα, ὅθεν περ ἦν γένος, ἀπεχώρησεν* et Conon Narr. XXIII. p. 133, 22: *οἴκαδε ᾔει* et qui praeclare concinere videtur cum Heinsii sententia, Quintus Sm. X. 270 sq. 412: *Οἰνώνη — οὔτι μετὰ Τρωῇσιν ἐοῦσα Κώκυσεν, ἀλλ' ἀπάνευθεν ἐνὶ σφετέροισι μελάθροις Κεῖτο βαρυστενάχουσα παλαιοῦ λέκτρον ἀκοίτεω.* 438: *ὑπνώοντος ἐνὶ μεγάροισι τοκῆος Καὶ δμώων πυλεῶνας ἀναῤῥήξασα μελάθρων Ἔκθορεν.* 458 *Ἵκετο δ' ἐμβεβαυῖα δι' οὔρεος, ἧχι καὶ ἄλλαι Νύμφαι Ἀλεξάνδροιο μακρὸν περὶ κωκύεσκον,* Tzetzesque in Lyc. 61. p. 357: *τετρωμένον τὸν Ἀλέξανδρον — θεραπεῦσαι βουλομένη ἡ Οἰνώνη ἐκωλύθη παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς* et ad fidum potius, quam atrocem Oenonae animum celebrandum veteres consenserunt Bachet. l. d. I. p. 457. Io. Tz. Antehom. 237: *Τὴν ἐγὼ αἰνέω ἠδ' αὖτ' ἔξοχον ἀμφαγαπάζω, Ὡς Εὐάδνην Ἄλκηστίν τε καὶ Ἀντιόπειαν Τὴν Θεανώ τε καὶ Οἰνώνην καὶ Λουκρετίην τε.*

pertio expediret aut hoc recordaretur non verticem, sed fontem signum mansisse singularis illius luctus. Sic enim est apud Statium in Silvis I. 5, 21: „procul hinc et fonte doloso Salmacis et viduae Cebrenidos arida luctu Flumina et Herculei praedatrix cedat alumni", ubi non Hesperien vel potius Asteropen, sed Oenonen (*χήρην* Quint. Sm. X. 286) dici primus docuit Heinsius in Sabin. l. d. assensusque est Oberlinus in Vib. Seq. Ind. Misc. v. Oenone cf. p. 238. Quae quidem flumina non temere interpreter (vid. not. 20) num in iis fuerint, quae commemorat Euripides Iph. Aul. 1294: *Ἀλέξανδρον οἰκίσαι ἀμφὶ τὸ λευκὸν ὕδωρ, ὅθι κρῆναι Νυμφᾶν κεῖνται* cf. Apul. Met. X. p. 736. Sed revertamur ad lusus Oenonae. Videndum enim est de iis, quae in medium attulit Weberus p. 760. Et primum quidem quae in Vossiano libro leguntur: Oenonen) in quo colle Oenone, uxor Paridis, primo Nais inter nymphas"*) inde, quod extat in Guelferbytano: colle est, in Berolinensi tertio: „Paridis sit prima a Naide nympha inter alias nymphas rapta", intelligitur in hanc sententiam scripta fuisse: „in quo colle Oenone uxor Paridis fuit, primo Nais" (Idae nympha inter alias nymphas rapta"), ut Oenone (Voss.) primo Nais inter Nymphas, deinde Paridis coniux in illo colle fuisse vel (Berol.) prima Nais, Idae nympha, inter alias rapta" sive mavis: „prima a Paride inter alias nymphas rapta fuisse dicatur"; quae autem in Lipsiensi sec. leguntur: Luserit) ludum simulans se praecipitavit, cum rapta esset a Paride", quum hoc comminisci: luxerit) luctum simulans se praecipitavit, cum rapta esset a Paride Helena" ipso fabularum consensu vetemur, aut hanc recipiunt interpretationem: ludum simulans se praecipitavit**) quum a Paride rapta esset" id est amore Paridis correpta esset***), aut grammatici sunt iis abusi, quae

---

*) Oenone uxor Paridis, quae primo Nais Nimpha fuit" Oud. p. 756.

**) In amorem, ut Plaut. Trinumm. II. 1, 30. Oudend. in Apul. Met. VIII. p. 509 sq. Iacobs. in Theocr. III. 42. p. 120 Kiessl.

***) Cf. Callimach. Ep. 31, 5. Burm. Anth. Lat. II. p. 493 — nam illud rapta in corrupta verti vetat Berolinensis liber.

de Oenonae exitu prodidit Lycophron 57 [19b]) vel iis, quae de Aesaco, Cebrenidis Nymphae Alexirhoae filio eodemque Cebrenidis Asteropes, ut supra diximus, amatore atque eadem,

---

19 b) Quem unum testem dedit Bachetus l. d. p. 457 cf. Dederich. Obss. in Dict. Cret. IV, 21. p. 408 add. Is. Tzetzes p. 358 sive Eudoc. Viol. p. 314. 329: *ἑαυτὴν συναναιρεῖ — κατὰ τόνδε τὸν Λυκόφρονα καταπεσοῦσα τοῦ πύργου* et Io. Tzetz. Posthom. 597: *θάνε - ὡς Λυκόφρων, ἀπὸ πύργου* idemque in Anteh. p. 14 Schir.: *κατὰ δὲ Λυκόφρονα ἀπὸ τοῦ πύργου πεσοῦσα* cll. Schol. Bern. Lucan. l. d.: saxo se praecipitavit. Similem exitum quaerentem Phaedram Seneca facit Hipp. 260: „An missa praeceps arce Palladia cadam?“ Sed operae pretium est in medium afferre, quae ex codice Bernensi 370 enotata litteris et humanissime et doctissime scriptis mecum communicavit Usenerus iamiam Scholiorum Lucani recognitione non vulgarem laudem meriturus. Qui haec consignavit: „luxerit enóne ab hac Paris dilectus est: qui cum a Philoctete (cod. qui cũa filioctete lineola, quae litterae u imposita est, erasa) occisus esset acceptum vulnus herbis quibusdam animaverat rursusque eum passa est mori, cum ille receptò spiritu nominaret Helenam cum suspirio (cod. cũ suspiria).“ Rem ad Oenonae existimationem maxime insignem, cum Parthenii et Cononis narratione discrepantem ex Alexandrini cuiusdam scriptoris elegia sumptam esse praeclare suspicatur Usenerus: ipse an Callimachum potius quam Philetam vel Hermesianactem auctorem dicam, dubito cf. fr. 219. p. 263: *Τεθναίην, ὅτ' ἐκεῖνον ἀποπνεύσαντα πυθοίμην* (Conon. l. d. p. 133, 28: *τὴν δὲ μήπω πεπυσμένην τὴν τελευτὴν μετάμελος ὅμως δεινὸς εἶχε.* Parthen. p. 156, 16: *ἀθυμήσας ὁ Ἀλέξανδρος ἐξέπνευσεν*). Illud quidem non temere videor affirmare ex eiusdem poetae carmine (*περὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ ποταμῶν?*) manavisse, quod de Cebrenidis fluminibus luctu aridis prodidit Statius. Sed alterum scholion subiectum esse Usenerus addit hocce: „luserit Oenone nympha Cebrenis (cod. nĩ facelebrif luminis) filia Paridi quondam nupta, cum ille Helenam rapuisset, diu flevit et irata (cod. rapui ſet diu. Fleuit irata) occulte filium suum mittit ad Graecos (cod. grecos) dicens Ilium capi non posse nisi Palladium fuisset ereptum. quae tamen cum Paris esset occisus, saxo se (cod. saxo |||| se) praecipitavit.“ Quae satis congruunt cum Tzetza in Lyc. 57. p. 357 et Eudocia Viol. p. 314. 330: *ὃν Κόρυθον — διὰ τοὺς τῆς Ἑλένης γάμους ἐπεισάκτους ἀγριωθεῖσα ἔπεμψεν ἡγησόμενον τοῖς Ἕλλησι τοῦ ἐπὶ Τροίαν πλοῦ* et Scholiastae Paris. p. 21: *τὸν ὁδηγὸν τῶν Ἑλλήνων κατὰ τῆς πατρίδος.* Vind.: *μηνύτην καὶ προδότην τῆς πατρίδος.* De Palladio autem aliter Conon Narr. XXXIV. p. 139, 1 et Servius in Aen. II. 166. p. 133: Helenus apud Arisbam captus a Graecis est et indicavit coactus fata Troiana: in quibus etiam de palladio dixit. — Alii dicunt Helenum non captum, sed dolore, quod post mortem Pari-

qua Oenone inclaruit, arte noto*) retulit Servius in Aen. V. 128. p. 325, quem neglexit Bodius Nott. Cr. in Myth. p. 103: Esacus (codd. Eserius, Eserus, Eseris) Priami filius fuit: hic se praecipitavit de muro nec periit et cum hoc saepius faceret, deorum miseratione in avem conversus est, quae ad imitationem praecipitandi quasi idem facit saepe mergendo" et Mythogr. II. 176. p. 134, 33: „Aesacus (Hesurus Mai.) filius Priami fuit. Hic se praecipitavit e muro nec periit. Et quum saepius hoc faceret, deorum miseratione in avem versus est, quae imitatione pristina adhuc idem facit". Sed liberum de re ancipiti unicuique esto iudicium, quamquam leviorem illorum Scholiastarum fidem etiam ea res facit, quod quae in Vratislaviensi tertio adscripta sunt: sine nomine) quodlibet erat famosum vel nullum erat, in quo non fuisset a Paride scriptum et sculptum nomen amicae", temere addita sunt — liquet enim a Lucano hoc dici: montium, qui illic erant, nulli suam fabulam defuisse —; illud quidem certum est atque evidens Scholiastarum verba spectare ad Oenonae lusum et amores, non luctum. Ergo quemadmodum *Μαίρας χορὸς*, *Ἠοῦς χοροί* vocabantur (Sieb. in Paus. VIII. 8, 1. p. 224) et *Διὸς πέσσοι* (Cratin. Archil. IV.), ita in Troiano agro praeter alia loca fabulis inclyta, quae recensuimus not. 20, is locus visebatur, in quo Nais Oenone luserat. Quem Idae locum verticem dicit Lucanus, saxa Oenonae Ovidius, Propertius Idaeum antrum, de quo recte statuisse video Lennepium quamvis Lucani immemorem. Qui in Ov. Her. V. 74. p. 192: sua saxa, inquit, vocat, quae Idaeum antrum Propertius II. 23, 95: Cum quibus Idaeo legisti poma sub antro Subposita excipiens, Nai, caduca manu, ubi quin Oenone significetur equidem minime dubito." Denique idem statuisse videtur Titus Stroza Eleg.

---

dis Helena iudicio Priami non sibi, sed Deiphobo esset adiudicata, in Idam montem fugisse atque exinde monente Calchante productum de Palladio pro odio prodidisse." Nimirum hoc quoque nonnulli utroque Paridis coniugio confuso tradiderunt Helenae *ἐξ Ἀλεξάνδρου Κόρυθον ἢ Ἕλενον* filium fuisse Anecd. Par. III. p. 437, 18.

*) Munck. in Hygin. 91. p. 171 sq. Euphor. fragm. 150. p. 152. Schol. Paris. Lycophr. 224. p. 60 *Αἴσακος — μάντις*.

p. 993: „Qualis apud Xanthum nemorosa sedit in Ida Oenone socias inter Hamadryadas“.

Quibus ita deliberatis hoc amplius censeo in vitio esse nomen Idae v. 91. Cuius nominis bis positi et interiecta Hamadryadum Silenorumque mentione positi: „Quamvis Ida = pastorem dicat amasse Atque inter pecudes accubuisse deam. Hoc et Hamadryadum peccavit turba sororum Silenique senes —. Num minus Idaeo lusisti poma sub antro Supposita excipiens, Nai Cebreni, manu?“ excusatio est nulla. Unde profeci ad suspicandum ut ab Homero et Hesiodo atque Agathia aliisque Idam,[20] ab Virgilio et Silio XV. 59 Simoentem fluvium (Simoentiam rupem Pontan. Philipp. ad Faust. Ep. p. 377), a Quinto Smyrnaeo urbem Dardanum (Anal. p. 19), ita a Propertio Callimachi, puto, sive *Συναγωγὴν τῶν ποταμῶν* (fr. p. 223) sive aliud carmen sequuto Heptaporum fluvium illius amoris testem narratum fuisse hoc modo:

Quamvis Heptaporus pastorem dicat amasse,

quo modo scriptum legimus I. 20, 4: Crudelis Minyis dixerit Ascanius (de quo Gronovium etiam in Sen. H. Oet. 460 explicasse fugit Burmannum Prop. p. 183). Facile autem intelligitur vulgatiora nomina Idae montis et Paridis pastoris

---

20) Cerd. in Virg. Aen. I. 622. p. 114. B. Anal. Prop. p. 19. add. Schol. Io. Tzetz. ad Ex. in Il. p. 151, 12: *ἐν τῇ Ἴδῃ μιγεῖσα.* Io. Diacon. Alleg. in Hes. p. 606, 33: *Ἴδης ἐν ὑπωρείαις.* Quae apud Aelianum N. A. VIII. 11. p. 187, 2 in codd. Med. Mon. leguntur: *καὶ βουκολεῖν μὲν αὐτὸν ἐν τῇ Ὄσσῃ φησίν, ὡς ἔδησεν τῇ Ἴδῃ τὸν Ἀγχίσην* (*ἔδεισε τῇ* Aug. *ἔδησε* Par. 3. *ἐν τῇ* Vat. Par. 2), ea alii aliter correxerunt: *ὥς ποτε ἐν τῇ Ἴδῃ* Gessn. *ὡς ἐν πιδηέσσῃ τῇ* Gron. *ὡς ἐκεῖ ἐν* Buttm. *ὡς ἔτι καὶ ἐν* Stackhous. *ὡς Ὅμηρος* Reisk. *ὡς ἐν τῇ* Iac. Equidem dubito, an praestabilior sit haec scribendi ratio: *Ἴδης ἐν τῇ ὕλῃ τὸν Ἀγχίσην*, ut apud Mythographum est I. 184. p. 56, 11: in Idae silva (Lact. Stat. Theb. I. 278 cod. Mon. in Ida silva = Myth. II. 198. p. 139, 32. III. 15, 11. p. 256, 29. Dar. Phryg. VII. p. 153, 1). Lucian. D. D. XX. 1: *νέμει δὲ τῆς Ἴδης ἐν τῷ Γαργάρῳ.* Cf. Koen. Greg. Cor. p. 474 ac Wernick. Tryphiod. 324. p. 293 sq. Alc. Mess. Anth. Pal. VI. 218, 2 *Ἴδης.* Pal. *ὕλης* cf. Qu. Critt. de Anth. Gr. nostr. p. 11. Ov. Ib. 195: ab Ida. Berol. ab hibla. Nonn. II. 701. p. 82: *Κορυβαντίδος ὕλης*, ubi Theb. Parad. p. 384 cf. Qu. l. d. scripsimus *Ἴδης* immemores XIV. 253. p. 400. XVI. 212. p. 450.

(Anal. p. 18. Attii fr. Teleph. 1. p. 183: postorque Ilius. Hor. Carm. I. 15, 1. Prop. II. 2, 66. Sil. VII. 437. 465: Phrygis — fastus pastoris et Idam. Val. Flacc. I. 549. Sid. Apoll. IX. 114. XI. 80. Apul. Met. X. p. 736: „Paridis Phrygii pastoris") nocuisse Heptapori (ydaparim cod. Hamb.) vocabulo a paucis memorati idque eo magis, quod et eptaporus exarari soleret et litterae d et t frequentissime permiscerentur.[21]) Ac praeclare nostrae sententiae suffragatur Plinii exemplum N. H. XXXVI. 14, 23: heptaphonon. Ricc. itaphonon. Ut ad persuasionem apposite docuisse videamur a vero descitum esse his deinceps gradibus: eptaporus, itaporus, idapar̄, ydaparim, ida parim (pastorem).

Heptapori autem, a quo Musam Heptaporen nominasse videtur Epicharmus ap. Schol. Hes. Opp. p. 25, 21 et Cram. An. Ox. IV. p. 425, 4 cf. Eudoc. Viol. p. 294: *Ἀσωποῦν, Ἑπταπόρην — καὶ Ῥοδίαν*, mentionem fecerunt Homerus Il. XII. 19. Hesiodus Th. 341 et Schol. v. 338. p. 505, 9. Nonnus III. 186: *Δάρδανος — Δαρδανίην εὔπυργον ἐπώνυμον*

21) Quarum rerum alteram demonstrare licet his exemplis: Plin. l. d. Bamb. eptaphonon. Ricc. itaphonon (cf. Aelian. l. not. 20 d. Ἴδης. ἕδης. Dion. Perieg. 819. Ἰδαίῳ. Sant. ἠ δ' ἕ ω). Macrob. Somn. I. 6, 45. p. 46 Bamb. Fris. Salisb. Rhedd. eptas et 46. p. 52 Fris. Rehd. Berol. eptadi. Lact. Stat. Theb. III. 198. Monacc. eptaphyle et 39 eptapilos. Martial. III. 81, 1. Put. Voss. Gud. exaphoris. IV. 51, 2. Thuan. Voss. exaphoro. IX. 59, 9. Pal. exaclinon. VI. 65, 1. Thuan. Put. Voss. exametris, quod praeteriit Corssenius App. Litt. Lat. I. p. 52. Isidor. XIX. 1, 23. p. 584. Guelph. 1. exaremos id est hexeres. XVI. 12, 5. p. 504 execontalibus id est hexecontalithos. Alterius autem rei, quam significavimus Lexid. V. p. 15 sq., documento sunt Claud. R. Pros. III. 140. Idam. Mediol. Aetham. Leid. Vat. Barthol. Aethnam cf. v. 86. Aetnae. Pulm. Idae. Liv. XXXVI. 25, 3: „regionem Oetae spectat." Meadd. Lovv. eo de spectat. Cul. 110 Cadmeis. Colb. Cathmeis. Prop. I. 10, 16 tardas. Neap. tartas. IV. 5, 40 putet. Ment. pudet et alibi, ut infra VII. 3 dicetur, Edonis: Itonis, Calydoniae: Clitoriae, grata: cruda, ut Martial. VII. 1, 1 crudum. Wolfenb. scutum. Ov. Ib. 354 Talai. Sarran. Danai et Rem. Am. 570: littora foeda. Heins. foeta, de qua mutatione infra VI. 3. not. 30 plura afferentur. Martial. II. 17, 3 sutor. Voss. sudor. Paneg. ad Pis. 44: tu rapis omnem. codd. dura. Virg. Aen. X. 449: laudabor. Bigot. laetabor et quos locos congessimus Quaest. de Tanusio IV. p. 28. Unde corrigenda est sententia Hertzbergii I. 8, 21. p. 31.

ἄστυ χαράξας Ἰδαίην ἀροτῆρι διαγράψας κόνιν ὁλκῷ Καὶ ῥόον Ἑπταπόροιο πιὼν καὶ ῥεύματα Ῥήσου. Strab. XIII. p. 602 sq.: *Ἑπτάπορος δὲ — ἑπτάκις διαβαινόμενος — ἐπὶ Μελαινὰς κώμην ἰοῦσι* (Eust. Il. XII. 20. p. 889, 62 *ὁ καὶ Πολύπορος*) et XII. p. 554. Plinius N. H. V. 30: „ceteri Homero celebrati Rhesus, Heptaporus, Caresus, Rhodius vestigia non habent" (de qua quidem re alios dissentire diximus Theb. Parad. p. 173.). Ex quibus locis de Heptapori fluvii cursu existimanti praesertim contentione Quinti Smyrnaei (VIII. 97. Anal. l. d.) et Nonni facta, quum Dardanum urbem Aeneae paruisse auctores certos habeamus Strabonem XIII. p. 592, de quo Eustathius Il. II. 819. p. 353, 3: *λέγει ὅτι παρώρεια Τροίας ὑπὸ τὸν Αἰνείαν, ἣν Δαρδανίην ἐκάλουν,* et Dionysium Hal. I. 46. 47. Heyn. Exc. XVII. ad Aen. II. p. 435, verisimile videtur esse quosdam poetas ita statuisse, ut apud Heptaporum fluvium Venerem narrarent Anchisae coniugio Aeneam enixam esse v. Lact. Stat. Theb. I. 575: „morem habent poetae, ut ex diis genitos super fluminum ripas memorent esse conceptos." Serv. Aen. I. 617. p. 97 = Myth. I. 217. p. 68, 10. II. 195. p. 139, 3: „Aeneas circa Simoin fluvium natus est. Deae enim vel Nymphae enituntur circa fluvios vel nemora." Barth. Claud. IV. Hon. 128. p. 586. Theb. Parad. p. 217. Stat. Theb. IX. 322: „Crenaeus — cui virides cunabula ripae" cf. Wess. Diod. III. p. 238, 56 et Herod. II. 170. p. 299. Spanh. Callim. Del. 41. p. 357. Utrum autem seni Venus nupserit Anchisae an iuveni, in diversum trahunt scriptores. Namque Acusilaus ap. Schol. Il. XX. 307. p. 562, 28 (Sturz. fr. 28. p. 221) et Arsen. Viol. p. 134 = Hist. XII. 34. p. 6, 4 Leutsch.: *χρησμοῦ ἐμπεσόντος, ὅτι τῆς Πριαμιδῶν ἀρχῆς καταλυθείσης οἱ ἀπὸ Ἀγχίσου Τρώων βασιλεύσουσιν, Ἀγχίσῃ καὶ παρῃκμακότι συνῆλθε.* Aliter dicunt ii, quos sequutus est Servius Aen. II. 649. p. 167 et Myth. II. 195. p. 139, 9: Anchises gloriatus dicitur de concubitu Veneris; quod quum Iovi Venus questa esset, emeruit, ut in Anchisen fulmina mitterentur; sed Venus eum cum fulmine posse vidisset interimi, miserata iuvenem in aliam partem detorsit; Anchises tamen afflatus igne coelesti semper debilis vixit" et Hyginus, qui quo capite recenset eos, qui

formosissimi fuerunt, 270, Iasioni subiungit Cinyram et Anchisen cf. Philostr. Ep. 39. p. 19 et Boiss. p. 110, Nonnus XV. 210. p. 424: *Ἴκελος Ἀγχίσῃ ῥοδοειδέϊ, τοῦ ποτε Κύπρις — ἐνόμευεν ὀρεσσινόμων στίχα ταύρων* (quae referunt Theocriti versum XX. 35: *Κύπρις — Φρυγίοις ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν*). Hymn. Hom. Ven. 55: *Βουκολέεσκεν βοῦς δέμας ἀθανάτοισιν ἐοικώς*. Schol. Il. XI. 5. p. 300, 43: *ὅλη ἡ Τροία καλῶν ἀνδρῶν, Γανυμήδους, Ἀγχίσου* cf. Dio Chrys. XXXIII. p. 458, 21: *καὶ ἄνθρωποι κάλλιστοι παρ' αὐτοῖς ἐγίγνοντο.*

Superest, ut de versu 89 (33) pauca dicamus. Namque nuper Kindscherus Mus. Rhen. XVII. 2. p. 225. Hauptii invento, quod praeclarum esse dixit, ita abusus est, ut hoc commentum auderet inferre: „Ipsa Venus furtim est corrupta libidine Martis.“ Qui quum „languidum et ad argumentandum inutile“ esse ait id, quod in codice Neapolitano legitur: fertur, non modo allatis locis Homeri Od. VIII. 269 et Ovidii Met. IV. 174, quo nimirum hoc constaret „adulteros imprimis latere studere“ (Dorv. Char. p. 231), omissis versibus eiusdem Homeri 325 et Ovidii 189 nec contentione illius sententiae: „quis tanto stuprorum examine quaerit“ cum verbis nescio quam belle positis: „furtim corrupta libidine Martis“ facta ac comprobata secum ipse pugnat, verum etiam arguit se latinae consuetudinis parum gnarum. Quam ne olim quidem defuerunt, qui parum compertam haberent: haec enim Servius Aen. IX. 82. p. 511: „sane quidam fertur reprehendunt, quod dicendo auctoritatem rei detraxerit.“ Aliud docent Ovidius Her. VII. 58: Perfidiae poenas exigit ille locus: „Praecipue quum laesus Amor, quia mater Amoris Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.“ Statius Theb. IX. 435: „Ille ego clamatus sacris ululatibus amnis, Qui molles thyrsos Baccheaque cornua puro Fonte lavare feror“ (cf. IV. 53: Saevus honos fluvio: „Stygias lustrare severis Eumenidas perhibetur aquis“). Tibullus II. 1, 39: Illi compositis primum docuere tigillis Exiguam viridi fronde operire casam: Illi etiam tauros primum docuisse feruntur.“ IV. 1, 48; Claudianus IV. Hon. 374. B. Get. 6: „Tiphys Incolumem tenui damno servasse carinam Fertur. — stupuere superbae Arte viri

domitae Symplegades et — cunctis faciles iam puppibus haerent.“ Ruf. II. Praef. 17. Horatius Carm. I. 16, 13. III. 5, 41. Propertius III. 12, 15: „Qualis Amazonidum — Thermodontiacis turma lavatur aquis. Qualis et Eurotae Pollux et Castor arenis — Inter quos Helene nudis capere arma papillis Fertur“ et II. 2, 63, de quo loco infra dicetur, alii, quos commemoravit vir maximae curae et singularis subtilitatis Marklandus Stat. Silv. V. 1, 33. p. 343, qui „primus observasse poeticam hanc elegantiam“ sibi visus hoc tamen non addidit ferri idem esse atque ab omnibus praedicari sive communi fama celebrari cf. Orell. Hor. Carm. I. 7, 23. p. 55. Bos. Exerc. Philol. p. 81 sq. Hac autem re patefacta licet, quod licere et Hertzbergius p. 218 et ipse Hauptius negavit „memorabilem Neap. discrepantiam fertur pro quamvis“ iam Lachmanno probatam in ordinem recipere:

Ipsa Venus fertur corrupta libidine Martis;
Nec minus in coelo semper honesta fuit,
Quamvis Heptaporus pastorem dicat amasse
Atque inter pecudes accubuisse deam.

Quibus „apte quadrare Euripidis illa Hipp. 456: „ἀλλ᾽ ὅμως ἐν οὐρανῷ Ναίουσι κοὐ φεύγουσιν ἐκποδὼν θεούς“ adnotavit Valckenarius v. 451. p. 216. a, ante Valckenarium, id quod ipsum Burmannum fugit p. 450, Scaliger in Prop. p. 478.

3.

Libet iam LVCANI locum IX. 970 sq., quo planius coarguamus Scholiastae Vratisl. errorem supra p. 96 patefactum, paucis enarrare. Visebantur enim in Troiano agro praeter Anchisae latentes thalamos (de quibus modo 2 explicavimus) Hesiones scopuli (v. 970, quem locum omisit Staverus Feriarum cap. XII. p. 808), deinde Ganymedis ἁρπάγια (Burm. Virg. Aen. I. 28. p. 21, qui neglexit Lucani v. 972), tum is locus, in quo Oenone Nais lusisse ferebatur (cui famae Propertium et Lucanum assensos esse p. 92 sq. comprobavimus), eiusdemque Nymphae et Paridis sepulcrum commune contestatum a Strabone, quo loco indicavit Dresemius in Ioseph. Isc. VI. 885. p. 164, XIII. p. 596: μέχρι Κεβρηνίας· τάφον τε γὰρ Ἀλεξάνδρου δείκνυσθαί φησιν (Δημήτριος) αὐτόθι

καὶ Οἰνώνης cf. Quint. Sm. X. 362. 458 sq. 486: περὶ δέ σφισι σῆμα Ἐσσυμένως τεύξαντο· θέσαν δ' ἄρα δοιὼ ὕπερθεν Στήλας, αἵπερ ἔασι τετραμμέναι ἄλλυδις ἄλλη.

Imprimis autem inclaruit Alexandrea, ubi Paris iudex sederat: sic enim vocat Stephanus Byz. p. 72, 1, quem testem dant Bodaeus in Theophr. H. Pl. III. p. 253. Meursius Lycophr. 93. p. 1181. Erhardus Petron. 138. p. 849. Munckerus Hyg. 92. p. 174. not. 1. Drakenborchius Sil. VII. 447. p. 372: ἔστι καὶ τόπος ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ Ἀλεξάνδρεια, ἐν ᾧ φασι τὸν Πάριν διακρῖναι τὰς θεὰς, ὡς Τιμοσθένης, praeter Stephanum Strabo XIII. p. 470: ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀλεξάνδρειαν, ὅπου τὰς θεὰς κριθῆναι φασὶν ὑπὸ τοῦ Πάριδος et Eustathius Il. XIV. 292. p. 986, 56, quos non praeterierunt Hemsterhusius in Lucian. D. D. 20, 1. p. 302. Vol. II. et Tzschuckius Mel. Vol. III. 1. p. 540. A Lucano autem recte vocari antrum, de quo dubitavit Burmannus p. 684: „suspecta potest esse vox antro, quia luce deas coeloque Paris spectavit aperto teste Ovidio Art. I. 247 et aliis“, et Diodorus docet XVII. p. 165, 43, quo usus est Staverus Fer. XV. p. 811: ἄντρον θεοπρεπὲς, ἐν ᾧ φασὶ κριθῆναι τὰς θεὰς ὑπ' Ἀλεξάνδρου et alii, de quibus parum quaesivit Begerus Thes. Brand. I. p. 44, diligentissime commentatus est Hemsterhusius l. d. p. 301 sq. laudatus Wesselingio Diod. l. d. Quamquam ne hic quidem omnia exsequutus est. Nam nec Lucani locum attulit aut Propertium II. 2, 65: „Cedite iam, Divae, quas pastor viderat olim Idaeis tunicam ponere verticibus“, quorum alteri adhibere operae pretium est nummum Antonini Pii descriptum a Smidsio in Scena Troica XXV. et Drakenborchio l. d., alteri marmor antiquum ab eodem Drakenborchio propositum, et nullam rationem habuit Demetrii Scepsii ap. Schol. Il. XX. 3. p. 530, 5 (quem locum qui commemoravit, non recte indicavit Tzschuckius l. d. p. 541): ἔστι δὲ οὗτος (ὁ θρωσμὸς) ἐν Ἰλίῳ, σταδίων πέντε τὴν περίμετρον μεταξὺ Σιμοῦντος τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς Ἰλιέων καλουμένης κώμης, ὅπου καὶ αἱ θεαὶ κριθῆναι δοκοῦσι περὶ κάλλους. Ὀνομάζεται δὲ Καλλικολώνη, ἐπεὶ τῶν πέριξ τόπων ἐπισημότατός ἐστιν, cuius clivi amoenitas fontium perennitate et pratorum viriditate (θεοῖς δὲ αὐτὴν ανατίθησιν

ὡς πλήθουσαν λιβάσι καὶ λειμῶσι Schol. l. d. 53. p. 532, 20) simillima fuit ei loco, in quo Paridem habitasse scripserunt Euripides Iph. A. 1294 et Apuleius Met. X. p. 736. Ut in mentione iudicantis Paridis sic vallem, antrum, verticem afferri videamus, ut in ludentis Oenonae mentione antrum et verticem id est secretam Idae rupem, ut apud Claudianum est (cf. Heins. in Eutrop. II. 279. p. 333. Prop. I. 2, 11: „in solis — arbutus antris"). Reliqui memorant Idaea nemora Sen. Ag. 730. silvas Sil. VII. 464. nemorosas valles Idae Burm. Anth. Lat. I. 147. p. 103. Ἰδαῖον κευθμῶνα, νάπος, λέπας Hemst. l. d. p. 301, ipsam Idam, ut Schol. Il. III. 325. p. 112, 34 et XVI. 341. p. 423, 32. Bachet. I. p. 408 sq. Rhoetam Idam Sidonius XI. 80.

Postremo in eorum locorum, quos non sine nomine fuisse ait Lucanus versu 937, numerum adscribere licet Paridis incunabula Mandram sive Amandram vel Amandrum; illud enim placuit Wesselingio Hierocl. Synecd. p. 664 freto cum aliis scriptoribus, qui aliquot locis „a caulis boum atque ovium nomen haesisse" docent, tum Cedreno: εἰς ἀγρὸν Μανδρῷ (Μανδρῷ Bernh. in Suid. l. infra affer.), hoc et Vindingio in Dict. Cret. I. 7. p. 42 et L. Dindorfio, qui comparatione Malal. II. p. 36, 14 κώμην (τῆς Λυκαονίας) λεγομένην Ἀμάνδραν et Chron. Pasch. p. 71, 9 facta in Malal. V. p. 72, 7 et Steph. Thes. I. 2. p. 21. C. auctoritatem sequendam duxit Malalae l. d.: Πρίαμος εὐθέως μετωνόμασεν αὐτὸν Ἀλέξανδρον καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν ἐν ἀγρῷ ὀνόματι Ἀμάνδρᾳ γαλακτοτροφῆσαι παρὰ γεηπόνῳ τινί et Tzetzae Alleg. in Matrangae Anecd. I. p. 8, 232: χωρίον Ἄμανδρον καλούμενον τὴν κλῆσιν, ὃ νῦν καλεῖται Πάριον omissis et Anecd. Par. II. p. 387, 31: Περσεὺς — ἐλθὼν εἰς Ἄμανδραν et p. 197, 20: ἐν ἀγρῷ τινὶ ὀνόματι Ἀμάνδρῳ γαλακτοτροφεῖσθαι, Suidaque II. 2. p. 123, 2 (quem aliud sequuti cum Malala et Cedreno contenderunt Daceria in Dar. Phryg. 7. p. 153. not. 36 et Hemsterhusius l. d. p. 303): Πάριον — ἐκεῖσε γὰρ ἔπεμψεν αὐτὸν Πριάμος ὁ πατὴρ τρέφεσθαι· τὸ πρὶν δὲ ἐκαλεῖτο Ἀμάνδρα ὁ τόπος et Manasse, quem attulit Dresemius in Ioseph. Isc. III. 156. p. 66. Ut Amandra vocabulum videatur non eo errore scriptum esse, quo invenimus Ἀπειρεσία in Eudoc.

Viol. p. 220 pro *Πειρεσία* Spitzn. de indice Argon. p. 8, *Ἀμυκάλαις* pro *Μυκάλῃ* apud Scholiastam Aristid. p. 476. Fromm. aliaque, quae exprompserunt Dobreus Adv. ad Antiph. de Herod. nece p. IV. Dobs. et Frommelius l. d. p. 246, sed ei generi nominum adscribendum, de quo sunt quae perstrinximus Theb. Parad. p. 473 a, *Δρυάς* et *Ἀδρυάς*, *Ῥύψ* et *Ἄρυψ*, *Ῥύπη* et *Ἀρύπη* Cram. Ox. II. p. 98, 4. 116, 25 conf. *Κιδαλίη* et *Ἀκιδαλίη*, *Πειρήνη ἀπὸ Ἀπειρηνός τινος*, *Καρικόν* et *Ἀκκαρικόν*, nisi fallit Lennepius Animadv. ad Coluth. I. 10. p. 47 a Meinekio Steph. Byz. p. 60, 8 neglectus et quae in medium attulit Meinekius Del. Anth. Gr. p. 110, *Κῖρις* et *Ἄκιρις*, *Παισὸς* et *Ἄπαισος*, *Ταβύριον* et *Ἀταβύριον*, *Σπληδόνα* et *Ἀσπληδόνα*, quamquam hoc, quod in postremo loco positum est, ut simile nomini *Στερόπη*, *Ἀστερόπη* supra p. 91 allato, ita dissimile reliquis esse dicet is, qui sequitur Piersonum in Moer. p. 35.

4.

Verum iis, quae de Troianorum rebus supersunt dicenda, in Emendationes Propertianas dilatis iuvat consectari, quae materiae supra IV. 1 tractari coeptae sunt adiunctiora. Exordiamur autem a LACTANTIO in Stat. Theb. II. 436 loco hocce:

Tantalus Iovis et Plotidis Nymphae filius.

Quocum congruere Scholiastas testis est Barthius p. 508: „Tantalus, Pelopis pater, filius Iovis et Plotidis Nymfae, ut scribunt iidem nostri cum Lutatio suo. Mater tamen Tantali aliter aliis vocatur, ut Pluto Hygino 155." Lactantii locum neglexerunt Bachetus Ov. Ep. II. p. 327 sqq. Burmannusque Met. VI. 172. p. 397 ac Naekius Val. Cat. Ecl. p. 181, postremo Theissius nova quaedam de proverbio *Ταντάλου τάλαντα* commentus Progr. Ciz. 1864 p. 7; qui non neglexit Munckerus Hyg. 82. p. 158 cf. in Anton. Lib. 36. p. 159 nec matrem Tantali Pluto etiam a Pausania II. 22, 4 et Nonno I. 145. p. 16. VII. 119. p. 208. XLVIII. 742. p. 1290. Photioque Bibl. p. 570, 23 Hoesch., quibus iam adiicio Io. Tzetzam Ex. Il. p. 68, 22, dici addidit et Lactantio hoc reddendum esse: „Plutonis nymphae" perperam censuit. Neque enim

dubium est, quin apud Lactantium et Barth. Scholiastas illud vitium insederit, quo Plotam afferri videmus cum ab aliis tum a Nonni interprete p. 17, Berkelio in Anton. Lib. l. d. Natale Com. VI. 18. p. 633: „hunc Eusebius Iovis et Nymphae Plotae filium narravit in secundo Evangelicae Praeparationis, cum tamen Ioannes Diaconus et Didymus Iovis et Plutus Nymphae filium fuisse arbitrentur," a Burmanno autem hoc poni l. d.: „Nonnus Πλωτοῦς filium facit." Plutidis igitur nomen hic olim scriptum fuisse affirmo:

Tantalus Iovis et Plutidis Nymphae filius.

Quod nomen contestatum esse doceo duobus locis Recogn. S. Clem. X. 21. p. 318 A. T. II. Galland.: „Taygeten (Iupiter vitiat), Electram, Maiam, Plutiden (scrib. Plutidem), Atlantis filias, ex quibus genuit — ex Maia Mercurium, ex Plutide Tantalum." 23. p. 318. B: „Pluten (scrib. Plutidem) Atlantis filii sui adulterat filiam, ex qua natum sibi filium Tantalum damnat", quibuscum praeterquam quod omissa Plutidis et Tantali mentione, ceterum praeclare concinunt Hyginus P. A. II. 21. p. 470 et Mythographus I. 234. p. 73, 8. add. Schol. Il. XVIII. 486. p. 507, 1 et Eust. p. 1155, 52. Itaque Πλουτίς nomen adscribendum iam est in Steph. Thes. VI. p. 1243. D, ubi ab Hasio propositum invenimus nomen Πλουτιάς, quod legitur in Iahn. Spec. Epigr. p. 25. n. 15: „Servilia M. P. L. Plutias." Adscribendum etiam Πλουσία Tzetz. Hes. Opp. p. 25, 17 et An. Ox. IV. p. 424, 32 et Eudoc. Viol. p. 294 (Arat. fr. VI. p. 456): Ἄρατος — Μούσας τέσσαρας λέγει Διὸς τοῦ αἰθέρος καὶ Πλουσίας νύμφης. Plotidem Cretensem commemorat Merula in Ovid. Rem. 453. p. 745.

Hinc autem pergo ad emendandum HYGINI locum fab. 155:

Tantalus ex Plutone Himantis filia.

Quem locum in vitii suspicionem adductum a Scheffero, non item a Bacheto l. d. p. 329, postquam Claviger Hist. Prim. Graec. I. p. 236 hac ratione correxit: „Dimantis (scrib. Dymantis) filia," quam probasse videtur Siebelisius Paus. II. 22, 4. p. 217, Schwenckius autem Eph. Antiq. 1840. p. 918 sq. hoc modo: „Hyantis filia" (quorum consilia si percepta habuis-

set Buntius, vix futurum fuerat ut ad huius commenti temeritatem prolaberetur p. 121: „fortasse legendum: Plutone Nympha, Oceani filia“), ipse interposita Recogn. Clem. ll. dd. auctoritate sic reparari iubeo:

ex Plutone Atlantis filia.

Itaque in Himantis nomen hic quidem (similiter atque in Ovidii Fast. III. 659 codice 43 in nilanis) Atlantis nomen vertit, apud Lactantium Stat. Theb. III. 521. Mantus: „Mopsus Apollinis et Himantis filius.“ Bod. in Myth. II. 86. p. 91 cf. Burm. Catal. Argon. v. Mopsus. Nec dissimulo iam de Scholiasta Theocriti XIII. 25. p. 360, 6 sive de CALLIMACHO, si Heynio credis in Apollod. III. 10, 1. p. 682. fr. 380. p. 296: *τὰ δὲ ὀνόματα τῶν Πλειάδων εἰσὶ ταῦτα· — Πρῶτις, Παρθενία, Μαῖα* quaeri posse an *Πρῶτις* olim *Πλουτίς* fuerit, quod videmus similiter atque apud Servium Aen. I. 744. p. 112: „Priadas vocant, quod Prionis filiae esse dicantur“ factum esse *Πρῶτις* illud quidem non suspectum Burmanno Ovid. Met. VI. 174. p. 397 aut Meinekio Del. Anth. Gr. p. 129 not. (*Πρωτίς*). Quod ipsum nomen qui ita comprobat, ut Protidis, quae Hipponactis mater fuit, nomen apud Suidam I. 2. p. 1066, 3 *Πρωτίδος*, non *Πρώτιδος* scriptum carere vitio neget, Dindorfius Steph. Thes. VI. p. 2139. C, dum et Pliadem illam et filium Euxeni et Aristoxenae (Iustin. XLIII. 3, 7. Plut. Sol. 2. Athen. XIII. p. 576. A) commemorat, praeceptum oblitus est Lobeckii Path. XI. 8. p. 510 atque illa exempla: *Φίλτις: Φιλτίς. Νῖκις: Νικίς. Τῖσις: Τισίς. Λῦσις: Λυσίς*, quae scienter complexi sunt Lobeckius l. d. p. 511 et Meinekius Coni. de Anth. Gr. p. 212. Suffragatur autem nostrae coniecturae Servius in Georg. I. 138. p. 194: „alii quinque dicunt his nominibus Pytho, Synecho“, quae nomina parum discrepare videntur cum illis, quae prodidit Theocriti Scholiasta *Πλουτίς* et *Στονυχία* (Stonuchia Burm. l. d.) vel potius *Στονύχεια*, quod numeris Callimachi convenientius est: illaborata enim mutatio haec est: Pluto, illa: Stonycho iis locis, in quibus pro Stonyche Ischomache, pro Ischomache autem Symache inveniri infra docebimus, excusata. Alterum quidem horum nominum omisit Dindorfius Steph. Thes. VII. p. 821. D, utrumque Lobeckius Aglaoph. p. 733 sq.

Path. II. 12. p. 45 sq. Propertius autem, de quo in alio capite explicabimus, ambigi potest utrum Stonycho dixerit an Stonyche.[22]

Cap. VI.

1.

Ipsa Atlantis mentio hortatur, ut nomen vetustate paene oblitteratum eiusdem LACTANTII ope in lucem proferamus. Haec enim leguntur in commentariis Stat. Theb. II. 280:

mala aurea, quae Hesperides custodiebant Aegle, Aretusa, Hesperie.

Sic quidem haec scripta inveniuntur in Lindenbrogii et Crucei exemplaribus satisque placuerunt Munckero Hyg. p. 3 et Fulgent. Virg. Cont. p. 755. not. 7, qui verborum ordinem leviter immutavit: Hesperie, Aretusa, atque iis, qui alterum nomen perpoliverunt sic scribendo: Arethusa, Barthio, Heinsio, Heynio ll. infra affer. Longe aliud est in codicibus Monacensibus, quorum alter (B) praebet: Arethusa, Esperethusa, alter (A) Erethusa, Hesperethusa. Qua auctoritate convincere licet rem cum ab omnibus tum a Munckero Hyg. p. 20 sq. Heynio Apollod. II. 5, 11. p. 414. Fischero Ind. Palaeph. v. Ἑσπερίδες. Bodaeo Theophr. H. Pl. VI. p. 595 et IV. p. 338 sq. Spanhemio U. et P. N. VI. 5. p. 331 sq. Hefftero Eph. Antiq. 1834. nr. 84 sq. falso creditam ac leviter traditam. Namque Hesperidum altera tantum abest ut recte nominetur Ἑσπερίη, ut ab scriptoribus praeter Apollonium

---

22) Stonycho et Stonychia, ut *Χαρίκλεια* et *Χαρικλώ* cf. Charicla Apul. de Orth. 29. p. 9. Carista Cantabr. Ovid. Met. II. 636. *Γύριννα* et *Γυριννώ* Toup. in Longin. fr. III. 4. p. 511. Lobeck. Path. IV. 8. p. 224. *Μέλισσα* et *Μελιξώ* Aglaoph. p. 735. *Μελανθώ* et *Μελάνθεια* Gaisf. in Procl. Hes. Op. et D. 491. p. 303, *Θαλλώ* et *Θάλεια*. Stonychia et Stonyche autem, ut *Ἑλίκη*, *Ἑλίκεια* vid. Mein. Anal. Alex. p. 46. Lobeck. Paral. IV. 10. p. 321. *Καλύκη* (Heins. Ovid. Her. XIX. 133. p. 284. Sturz. Pherecyd. p. 155. Klein. Stesich. fr. 54. p. 104 sq.) et *Καλύκεια* (sic enim scribendum est apud Scholiastam Pind. Ol. II. 147. p. 82: *ἄλλοι δὲ καλυκίαν φασί*). *Ἐρίφη* Nonn. XXI. 81. p. 560 et *Ἐρίφεια* Munck. Hyg. 182. p. 301. *Χιόνη* et *Χιόνεια*, de quo in Emendd. Prop. dicetur, et quae plura praetereo.

Rhodium, apud quem Ἑσπέρη extat IV. 1427, omnibus dicta inveniatur Ἑσπερέθουσα. Quod nomen vocabulorum Φαέθων et Φαέθουσα multorumque exemplorum (Bernh. Dionys. Perieg. 456. p. 640 sq. Keil. Nom. Propr. 39) similitudine firmum ac dignissimum, quod in Steph. Thes. III. p. 2094. B. subiiceretur voci Ἑσπερέθοντα ab Hesychio I. p. 1464 sic proditae: Ἑσπερέθοντα· ἕσπερον, ἑσπέριον, ne ipsi quidem satis intellectae, non modo a Lactantio contestatum iam videmus, verum etiam a Mythographo II. 161. p. 130, 17: „Atlantis autem filiae Aegle, Erethusa, Hesperethusa“ Servioque in Aen. IV. 484. p. 296: „Hesiodus has Hesperidas Aeglen, Arethusam et Hesperusam — dicit“, quem locum et alios et Schefferum Hyg. p. 2. not. 2. Heinsium l. infra affer., Lionum fugit paulo rectius scriptum esse a Natale Comite VII. 1. p. 690: „Atlantis filiae Aegle, Arethusa, Hespertusa“ Micylloque in Hyg. p. 2. not. 3, rectissime scriptum video a Mosero in Nonn. XIII. 351. p. 279: „Aegle, Arethusa et Hesperethusa“. His autem adiungendus est Scholiasta Clem. Alex. p. 100: ἡ δὲ Ἐρύθεια καὶ Ἑσπερέθουσα βοῶπις, ὥς φησιν Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος, qui quidem aut exemplar confusione nominum Ἥλιος (Bast. et Schaef. Aristoph. Plut. p. XLII.) et Ἡσίοδος deformatum sequutus est aut imprudens Apollonium nominavit pro Hesiodo huius versus, nisi quid me fallit, auctore:

Αἴγλη τ' ἠδ' Ἐρύθεια καὶ Ἑσπερέθουσα βοῶπις.

Markscheffelius quidem in Hes. fragm. (cf. p. 400) ne Servii quidem locum in medium attulit.[23])

Hinc autem maxime consectarium hoc est, ut nomen Arethusam, ut est apud Servium, vel potius Erethu-

---

23) Eiusdem Hesiodi de Callisto locum (Lact. Narr. Fab. II. 6. p. 797 sq.) tractavimus in Epistola de Varrone Atacino p. 7. 8. In quo eodem libello p. 14 quae de Varronis illo versu: „Tiphyn (at) aurigam celeris fecere carinae“ disputavimus, ea iam confirmare licet auctoritate Heinsii in Virg. Aen. IV. 629. p. 581: versus mendosus est et claudicat, ni restituatur: „Typhin ut aurigam celeris f. c. De Argonautis est sermo et forte versus ad Varronem Atacinum est referendus.“ Etiam hoc adiiciam vocem in codice Dorvilliano Procli in Hes. Opp. p. 4. not. 14 proditam: Ῥήσεις Ἡσιόδου μουσοπνόων στομάτων non esse receptam in Steph. Thes.

sam, ut est apud Lactantium et Mythographum, eo modo, quo Aretiadem apud Plinium et Martianum Capellam factam esse Arethusam demonstravimus Theb. Parad. p. 106, locum statuamus occupasse nominis Ἐρύθεια sive Ἐρυθηΐς; sic enim vocat Apollonius l. d. Quibus ita praemunitis ac stabilitis facile persuadere videmur Fulgentio Virg. Cont. p. 755, cuius haec verba in codice Leidensi glossae loco adiecta „corruptissime legi" docti homines affirmant: „Quatuor Hesperides dictae sunt id est Eglo, Hesper, Medusa, Eretusa" (Aegle, Hesperie, Medusa, Arethusa Munck. Hyg. p. 3. not. 4) et Mythographo III. 13, 5. p. 248, 42: „Quatuor enim, ait (Fulgentius), Hesperides dicuntur Aegle, Hesperis, Medusa et Phaetusa (L. N. Eglo, Hesper — et ferusa)" non ea reddenda esse, quae iussit Heinsius in Ovid. Met. XI. 114. p. 753 laudatus ille Valckenario in Eur. Hipp. 742. p. 243 sq.: scribendum ex Servio: „Aegle, Hesperusa, Arethusa", verum haec, quae nondum discretis nominibus Hesperis, Medusa additaque futili illa interpretatione: „quatuor Hesperides — quas nos Latine studium, intellectum, memoriam et facundiam dicimus" consignata fuerant: „Tres Hesperides — Aegle, Hesperethusa, Erytheis, (Erythea);" in Apollodori autem loco II. 5, 11: μετὰ τοῦτον δὲ Ἑσπερίδες ἐφύλαττον Αἴγλη, Ἐρύθεια, Ἑστία, Ἐρέθουσα, cuius integritati melius, quam Heinsius, Munckerus, Bodius in Mythogr. p. 101, consuluit Natalis Comes his l. d. propositis: „Aegle, Erethusa, Vesta, Erythia", nomina male dirempta: Ἑστία Ἐρέθουσα in hanc speciem coniungenda ac reconcinnanda esse: Ἑσπερέθουσα. Postremo non iam dubium est, quin HYGINO Geneal. p. 2: Hesperides Aegle, Hesperie, Aerica Heinsius l. d. vere restituerit nomen Erythia (quod ab Munckero in medium allatum tamquam sua cura repertum, ut solet, iactat Buntius p. 26), alterum nomen autem, quod antequam litteris e et c (id est Σ) confusis fieret Hesperie, fuisse videtur Hesperisa (erica): Ἑσπέρουσα (ut apud Servium), ad fidem reliquorum scriptorum sic expleatur: Hesperethusa, ut apud Lactantium: Aegle, Erythia, Hesperethusa.

2.

Ex nomine Aegle et ex Servii eo loco, in quo Pytho sive Πειθώ (Sturz. Pherecyd. p. 161) pro Plutone Hesperide nominatam invenimus p. 106, gradum facimus ad Gratias, quas matre Autonoe natas esse quidam credunt freti LACTANTII in Stat. Theb. II. 286 testimonio hocce:

„Gratiae — Iovis et Autonoes filiae, Veneris famulae.“

Quum enim in Lindenbrogii Cruceique exemplaribus haec legantur: „nomina autem Gratiarum sunt tria Pasithea, Aglaie, Euphrosine, Iunonis et Harmiones filiae“ (nec id nomen improbavit Munckerus in Hygin. Gen. p. 13, verum Eunomies praetulit Barthius, Eurynomes Sevinus ap. Burm. in Anth. Lat. I. 77. p. 55), longe alio dirigit codicum auctoritas. Namque haec extant in AB: „Sunt autem tres Pasithea, Aglaie (Agiale A. Aegiale B et cod. Lindenbr. et Mythogr. codd. AN), Euphrosyne (Euprosina A. Euprosine B), Iovis et Autonois“ (au . . . . . is B; nam litterae aliquot in margine positae vetustate aboleverunt), in Lindenbrogii codice Antonois. Neque aliter scriptum invenerant id nomen Falkenburgius in Nonn. p. 1349: „alii ex Iove et Autonoe natas fabulantur“ et Natalis Comes IV. 15. p. 415: „alii Iovis et Autonoes illas filias esse tradiderunt.“ Quid igitur? placetne sic statuere, ut quemadmodum Eurynomen, Ancaei matrem, ab Scholiasta Apollonii I. 162. p. 21. Burm. Cat. Argon. v. Ancaeus [p. VII.] Autonoen dictam invenimus, ita Eurynomen, quam plerique Hesiodum sequuti Gratiarum matrem perhibent (Burm. Anth. l. d. Theb. Parad. p. 260 sq. Osann. Cornut. 15. p. 270), eodem Autonoes nomine a quibusdam appellatam fuisse arbitremur? A qua nova fingendi atque adeo vitio velamenta quaerendi ratione longe abhorret animus. Licet enim in medium afferre rem a doctis hominibus parum perceptam nec a Muellero quidem Orchom. p. 178. not. 6 aut Lobeckio Aglaoph. p. 398 sq. accuratius enarratam. Namque „Iunonem a veteribus Gratiarum matrem factam fuisse“ Coluthi allato hoc versu 87: Ἥρην μὲν Χαρίτων ἱερὴν ἐνέπουσι τιθήνην docuit Barthius Adv. XXXIII. 11. p. 1522, cui qui intenderunt, negant patere „an ex Iove Iuno pepererit Gratias“, Burmannus Ovid. Met. III. 269. p. 193 et Staverus Hyg. p. 13. not. 4. Nec

Iovis fecerunt mentionem, qui fefellerunt Bodium in Myth. p. 45 atque ipsum Cornuti XV. p. 57 sq.: *τὴν δ' Ἥραν ἄλλοι διδόασιν αὐταῖς μητέρα* interpretem Osannum p. 271, non item Schraderum Animadv. ad Mus. IX. p. 189, Coluthus altero loco v. 171: *Φασί σε, μῆτερ Ἄρηος, ὑπ' ὠδίνεσσιν ἀέξειν Ἠϋκόμων Χαρίτων ἱερὸν χορόν* et Nonnus XXXI. 185: *Μητέρα Πασιθέης ζυγίαν θαλαμηπόλον Ἥρην*. Fecit vero Mythographus I. 132. p. 42, 26: „Iuppiter tres filias habuisse legitur cum Iunone, famulas Veneris, quarum nomina sunt Pasithea, Aglaie, Euphrosyne" (codd. Aegiale. eugiale. cod. Bern. ap. Usener. de Schol. Hor. p. XXIV.: „graciae i. e. Pasithea, Dosithea, Eyale"). Nimirum quod Vulcano (Cup. Obss. II. 1. p. 146 sq. Munck. et Stav. Hyg. p. 12. not. 3), idem intelligitur Gratiis accidisse, ut ab aliis Iunonis, ab aliis Iovis et Iunonis filiae dicerentur. Quae quum ita sint, pro explorato habeo nomen istud Autonois in hunc modum dissolvendum esse: aut Iunonis. Unde sublata abstersaque, qua nihil frequentius incidit,[24]) macula sic emendatum eum locum exhibere licet:

Sunt autem tres: Pasithea, Aglaie, Euphrosyne, Iovis et Iunonis filiae, Veneris famulae.

Illud in incerto relinquo, utrum Autonoes nomen semel conflatum causa fuerit additae subinde voculae et an verba: Iovis et Autonois arguant haec olim scripta fuisse: „Iovis et Eurynomae aut Iunonis filiae."

3.

Vix iuvat abire a Lactantio, sed veniendum est ad AETNAE scriptorem, cuius memoriam attulerunt quaestiones I. 5. p. 21. 24. et IV. 1. p. 62 agitatae. Quae enim leguntur v. 80:

Hi Tityon septem stravere in iugera foedum,

Hauptio in Prooemio Ind. Lectt. Berol. Aestiv. 1854. p. 7 haec

---

24) Vid. Heins. Ovid. Her. XIX. 166. p. 286. Schwarz. Plin. Pan. LXX. 6. p. 344. Goerenz. Cic. Fin. II. 8, 23. Beier. Off. II. 20, 69. Quae autem de nomine Iunonis varie depravato hic disputaturos nos esse promisimus Electt. e Lact. p. 19, ea iam Emendationibus Propertianis fuerunt destinanda.

disputandi materiam praebuerunt: „In scriptis libris Cantabrigiensi Helmstadiensi Rehdigerano non septem invenitur, sed poena. Quod quum ferri non posse Itali intelligerent, septem illud posuerunt, quod omni probabilitatis specie caret. Cur enim poeta Homeri illa ἐννέα πέλεθρα, quae omnes retinent qui hanc fabulam commemorant (commemorant autem plurimi), in septem iugera mutare voluerit nulla excogitari potest causa. Quare debebat potius poena, quod codices habent, ita mutari, ut constans in hac fabula numerus restitueretur. Quod fieri potest facillime: scribendum est enim: Hi Tityon stravere novena in iugera foedum. Postquam semel poena scriptum erat, fieri non potuit quin verba traiicerentur, quo carminis numeri constarent. At hercle ipsa haec mutatio „omni probabilitatis specie caret.“ Concedatur enim a Propertio scriptum fuisse: „stravere novena in iugera foedum“: ecquidnam tam et invidiosum et incredibile dictu est, quam hoc: extitisse olim homines adeo imperitos carminumque, quibus „Aonii turba novena iugi frequentatur“, expertes, ut nec intelligendis his vocibus: novena in iugera essent pares et tantum abesset ut nimiam, si diis placet, vocabuli istius insolentiam ac difficultatem levarent simul et rei tritissimae notitiam denuo inculcarent hac correctione: novem per iugera, cuius auctores suasoresque haberent notissimos quosque poetas,[25]) ut perplexum quiddam et ad intelligendum minime apertum expromerent: „stravere poena in iugera foedum“, subinde, quum id, quod dubium est ac maxime incommodum, pro perspicuo ac vero colerent servarentque religiosissime, numerorum integritati hac arte consulendum censerent: Hi Tityon poena stravere in iugera foedum? Quid porro inertius proferri potuit ac fractius versu in hunc verborum ordinem concluso: „Tityon stravere in iugera foedum“? Qualem versum in

---

25) Virgilium Aen. VI. 596: „per tota novem cui iugera corpus Porrigitur.“ Tibullum I. 3, 75: „Porrectusque novem Tityos per iugera terrae.“ Ovid. Am. III. 12, 25: „per spatium Tityon porreximus ingens.“ Heins. Met. IV. 457. p. 281. Siebelis. Paus. Vol. V. p. 44. Prop. III. 5, 44: „Num — Tityo iugera pauca novem?“ Cf. Matron. ap. Athen. III. p. 73. E. Mein. Phil. Exerc. I. p. 13: *Καὶ Τιτυὸν εἶδον λίμνης ἐρικυδέα γόγγρον — ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο τραπέζας.*

seriem politissimi carminis inferre vetamur comparatione horum versuum: „Aurea securi quis nescit saecula regis. Quum domitis nemo Cererem iactaret in arvis. Venturisque malas prohiberet frugibus herbas. Annua sed sacrae complerent horrea messes“ multorumque, quos ante mentionem Tityi positos non vacat congerere, videturque vehementer improbasse Scaliger, qui „legi iussit: stravere in iugera fusum, non autem foedum“, non ignarus, puto, ille, quantum inter hunc locum interesset et tales versus, qualem Ovidii habemus Am. III. 12, 25: „Idem per spatium Tityon porreximus ingens“ aut quem supra p. 62 Aetnae carmini v. 80 reddidimus: „Sollicitant malo te siccum, Tantale, plena.“ Quid, quod nemo adhuc plane et perspicue expedivit de sententia vocis foedus? nisi forte Wernsdorfius negotio suo cumulate satisfecisse videtur his p. 104 sq.: „Ascensius explicat deformem aut propter incontinentiam aut propter magnitudinem, sicut a Virg. Georg. IV. 395 turpes phocae vocantur“ aut utilia nostro instituto proposuisse Barthius in Stat. Theb. III. 21. p. 671, quidquid impium est, id foedum dici interpretatus. Iam vero quid de ea re dicemus, quod qui „ullam excogitari posse negat causam, cur poeta Homeri illa ἐννέα πέλεϑρα in septem iugera mutare voluerit“ (quem quidem poetam saepe reconditiores cum aliorum Alexandrinorum tum Euphorionis cf. fr. 145. p. 150 litteras sectatum esse novimus), idem affirmat Italos in supervacuum — licuit enim generi in vulgatissimis fabulis maxime acquiescere solito ponere vel ipsum illud: novena in iugera (novem per iugera) aut, si cui Statii exemplum Theb. IV. 535: centeni Aegaeonis aequare aut superare collibuisset, novenum in iugera — et temere ausos esse id comminisci, quod legitur in libris olim impressis: „Tityon septem stravere in iugera“? Hic iam mallem pugnaret aliquis Italos homines hoc errasse, ut „Tityum hepatian sive hepaticum stratum in iugera foedum“ facerent illum „Tityon septem stratum in iugera foedum.“ Quamquam aliud quiddam in illo errore subesse infra aperiemus. Nec hoc non inique aut incaute scriptum est: „poena ferri non posse Itali intellexerunt.“ Qui enim Italos eo temeritatis provectos esse pronuntiat, ut inventum vocabulum poena novo exemplo

in septem verterent, is et verecundius et rectius potuisse videtur sumere illos ausuros fuisse, si in vetustissimis exemplaribus lectum fuisset: „Tityon stravere poena in iugera foedum", interpretari Tityum supplicio suo foedatum aut, si utique emendatione aliqua opus visum fuisset, hoc proferre: „Tityon poena stravere — foeda" vel, id quod recte dici Hertzbergius ait in Prop. II. 20, 31. p. 160, Tityi poenam — foedam vel etiam Tityon, coenam — foedam (ut Stat. Theb. IV. 538: Tityonque alimenta volucrum. Cul. 238: Tityos — iacet alitis esca. Paulin. Nolan. Paneg. p. 828. A: „Aeternam Tityon funesti vulneris escam." Sen. Thyest. 12: „pabulum monstro iacet"); neque enim haec deteriora sunt illo versu, qui placuit Hauptio: „Tityon stravere in iugera foedum" aut minus probabiliter ficta, quam id, quod eidem poetae versu 76: „Sub terris nigros viderunt carmine Manes" reddendum esse idem Hauptius p. 6 sibi persuasit: „nigro viderunt agmine manes."

Verum his et talibus omissis tempus est ut integra quaestione ipsi exploremus, quid verum sit. Igitur „habent codices poena." Quo utendum esse initio et fundamento argumentationis inde manifesto liquet, quod poetae institutum non hoc tulit, ut spatiosi artus Tityi narrarentur, ut in illo Ovidii loco Am. III. 12, 23: „Nos pedibus pennas dedimus, nos crinibus angues. Victor Abantiades alite fertur equo. Idem per spatium Tityon porreximus ingens Et tria vipereo fecimus ora cani", sed ut supplicium eius et dirissimum et vero perpetuum non dubie monstraretur; in hanc enim formam narrationem pertexi videmus: „vates — Mentiti Stygias undasque canesque. Hi Tityon poena stravere in iugera foedum; Sollicitant malo te siccum, Tantale, plena Sollicitantque siti — idemque rotant Ixionis orbem", quae forma similis est Senecae Ep. XXIV. p. 69 Elz.: „dicam vanos esse inferorum metus nec Ixionem rota volvi — nec ullius viscera et renasci posse quotidie et carpi." Quare in hoc quidem loco ipsa illa novem iugerum mentio non magis requiritur, quam apud Statium Theb. XI. 12: „Quantus Apollineae temerator matris Averno Tenditur: ipsae horrent, si quando pectore ab alto Emergunt volucres" et in altero loco,

quo legentium animus victo potius (Lact. Theb. p. 59 B. Quint. Smyrn. III. 392), quam punito Tityo advertitur, I. 709: „Tu Phryga submittis citharae; tu matris honori Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis“, similiterque Ovidius memorat „Pythona tot iugera ventre prementem“, idem Statius autem centum per iugera campi Explicitum“ (Barth. in Theb. I. 568. p. 190). Ad id ipsum autem, quod in codicibus est, satis congruere video illud vocabulum, quod ab Italis temere excogitatum esse ait Hauptius. De cuius vocabuli origine quam verissime explicaturo proponenda sunt, quae de Tityi poena litterarum monumentis variant. Etenim quum plerique humi porrecto tradant appositum vulturem vel duos vultures sibi succedentes,[26]) aquilam afferri video a Galeno apud Glycam Ann. I. p. 211, 21: *Τὸν Τιτυὸν παράγει ὁ Γαληνὸς — ἐν μὲν τῇ διαγνωστικῇ αὐτοῦ ὑπὸ ἀετοῦ λέγων αὐτοῦ*

26) Vulturem memorant Serv. Aen. VI. 595. p. 389. Lact. Theb. I. 710. Myth. II. 104. p. 110, 10. Macrob. Somn. I. 10, 12. p. 65. Lact. Inst. VII. 21, 5, vultures Serv. l. d. Myth. I. 13. p. 4, 31. Schol. Ov. Ib. 183. p. 47. Anth. Gr. ap. Dous. Not. in Catull. c. II. p. 559: *Τιτυὸν κατὰ γῆς δύο γῦπες ἔδουσιν.* Lucian. Luct. 8: *ὑπὸ γυπῶν ἐσθιόμενος.* Eudoc. Viol. p. 396: *τὸ ἧπαρ κειρόμενον ὑπὸ γυπῶν.* Glyc. Ann. l. supra d. Greg. Naz. carm. III. p. 356. B. Gall.: *Δαπτόμενόν τ' ὄρνισιν ἀγήραον ἦτορ ἀλιτροῦ.* Nec constans fama est latinorum poetarum Claud. R. Pros. II. 341: lasso de pectore vultur. Gigantom. 25. Anth. Lat. III. 92, 21 (534). Paulin. Nol. Paneg. p. 828. A. Seneca Ag. 18: „tondet ales avida fecundum iecur.“ Thyest. 756. Hipp. 1233. Oet. 622. Boethius de Consol. III. Metr. XII. 38. p. 784: „Vultur — non traxit iecur“ (quem ab Abreschio ad Aesch. Sept. 1036. p. 87. Add. et Meyero oportuerat componi cum Ovidio Ib. 171: „Unguibus et rostro tardus trahat ilia vultur“ et Anth. Lat. 179, 2: „vultur — pectus trahit intimasque fibras“ et Ambrosio de Tobia 12. ap. Peerlk. Virg. I. p. 423: „Echidna fecunda poenis viscera trahens“) idemque Seneca Thyest. 10: „Visceribus atras pascit effossis aves. Et — Plenum recenti pabulum monstro iacet“ et Herc. Oet. 947: „Effodiat avidus hinc et hinc vultur fibras.“ 1070: „Increvit Tityi iecur, Dum cantus volucres tenet.“ Statius Theb. VI. 753: „quantus Stygiis Tityos consurgat ab arvis, Si torvae patiantur aves“ et XI. 14. Lucretius III. 984. 993 et quos testes dederunt Cerda in Aen. VI. 597. p. 692. Dempsterus Claud. Ruf. II. 515. p. 108. Ciofanus Ov. Met. IV. 456. p. 280. Heinsiusque 457. p. 281. Broukhusius Tib. I. 3, 75. 76. p. 72 sq. Burmannus Anth. Lat. III. 92, 21. p. 548. Munckerus et Staverus Hyg. 55. p. 119 sq.

κατεσθίεσθαι τὸ ἧπαρ, ἐν δὲ τῷ περὶ ἠθῶν ψυχῆς μονοβίβλῳ ὑπὸ γυπῶν. 18: κατὰ μὲν τὸν Γαληνὸν ὑπὸ ἀετοῦ εἴτε καὶ γυπῶν τὸ ἧπαρ ἐσθίεσθαι, quam rem nescio unde compertam attulit Dresemius in Ioseph. Isc. IV. 202. p. 126.[27]) Sunt etiam, qui a communi fama aves memorantium adeo dissentiant, ut serpentem Tityo (ut Pirithoo Mythogr. I. 48. p. 18, 27) additum referant, ut Hyginus 55: „serpens ei adpositus est, qui iecur eius exesset, quod cum luna recrescit", serpentes, ut praeter Scholiastam Pindari: Τιτυοῦ δὲ — ὄφεις τὰ σπλάγχνα ὑπτίου κειμένου κατεσθίουσιν ἀνακαινιζόμενα ἀεὶ κατὰ τὸ Προμηθέως ἧπαρ, quem cum Hygino contendit Munckerus p. 119, Scholiasta Aristid. Panath. p. 158, 3 (conf. Valg. p. 202): Τιτυὸς δὲ τῇ τῶν ἐγκάτων ὑπ' ὄφεων τρώσει κολάζεται conf. Anth. Pal. III. 14, 3. p. 63: θηρσὶ δὲ βοῤῥὰν Καὶ πτανοῖς ἐπὶ γᾷ εἴασε (Ζεὺς) νῦν ὁσίως. Quidam ipsa Apollinis tela iecinori infixa poenam fuisse volunt, Nonnus Narr. ad Greg. Invect. II. 31. p. 171: καὶ νῦν, φασὶ, κολάζεται ἐν τῷ Ἅιδῃ ἔχων τὰ βέλη ἐμπεπαρμένα ἐν τῷ ἥπατι („sagittis traiectum pectus habet" Bill. p. 632) atque Eudocia Viol. p. 396: διό φασιν αὐτὸν ἐν τῷ Ἅιδῃ ἔχειν τὰ βέλη ἐνδιαπεπαρμένα καὶ κολάζεσθαι ἐκ τούτου[28]) et quos omisit Westermannus Mythogr. p. 386, 13, Suidas II. 2. p. 1158, 7 et Glycas l. d. 19: κατὰ δέ τινας ἄλλους τοξευθῆναι αὐτὸν κἀντεῦθεν ἔχειν τὰ βέλη ἐμπεπαρμένα τῷ ἥπατι. Quae quum ita sint, non dubito quin a grammatico quopiam de iis, qui Hygini librum diligentius legissent, interpretandae vocis poena gratia olim adscriptum fuerit serpente, inde, quum alterum illud de loco motum esset, posteriores de duobus remediis id, quod lenius esset, eligere sibi visi vulgatiorem famam paululum intra veri modum immutando maluerint Tityum, quem nossent πουλυπέλεθρον Quint. Smyrn. III. 396. εἰς πλέον πολυμήκη Eust. Od. VII. 324. p. 1581, 58. μεγαλοσώματον XI. 575.

---

27) Cf. Voss. in Catull. p. 126. Hemst. Lucian. D. D. I. 1. p. 252. Vol. II. Erhard. Petron. fr. p. 867, denique Bochart. II. Hieroz. II. 2. p. 157 sq., a quo cum alia posita sunt tum haec Theophylacti verba: ἐπὶ νεκρὸν σῶμα συνάγονται ὀξέως οἱ ἀετοὶ, οἱ γῦπες δηλαδή.

28) Quem quidem locum Glossae Labb. p. 66: „ἐνδιαπεπερημένος Transfixus" adhibere fugit Dindorfium Steph. Thes. IV. p. 1030. A.

p. 1699, 65. ὑπερμεγέθη Apollod. I. 4, 1. p. 6, 18 cf. cap. I, 5. p. 24, dicere in septem iugera stratum, quam novum poenae genus prodendo verba: „Hi Tityon spente stravere in iugera foedum", quia „fieri non potuit, quin verba traiicerentur, quo carminis numeri constarent", in hunc modum reconcinnare: „Serpente hi Tityon stravere in iugera foedum" (id est foedatum), illi quidem et doctiores et modestiores Frommelio, qui serpentium mentionem a Scholiasta Aristidis factam: ὑπ' ὄφεων τρώσει adeo miratus est, ut avem vel hac portentosa arte: ὑπ' ὄρνεως βρώσει repararet p. 60, quam rem silentio transmisit Dindorfius p. 158.

Ergo examinata litterarum fide evidens est omnes veritatis numeros habere vocabulum poena. Quod quam in partem spectare iam dicemus? Recte enim intelligi non solum supplicium Tityi (Sen. Thyest. 9. Hipp. 1234. Med. 746. Claudian. R. Pros. II. 334), sed et ipsum iecur, poenae causam et materiem, et vulturem et serpentem, per quem poena exigatur, vel ex eiusmodi locis colligitur, quales sunt apud Salmas. Dosiad. Ar. p. 261. Obrecht. Dict. Cret. I. 5. p. 26. Scalig. Varr. L. L. p. 216. Drak. Liv. VI. 27, 3. p. 240. Schulting. Calpurn. Decl. XII. p. 808 et ex Senecae Thyest. v. 86: „me pati poenas patet, Non esse poenam" et Propertii IV. 11, 27: „si fallo, poena sororum, Infelix humeros urgeat urna meos" cf. Sen. Hipp. 1231: „Saxum seni perennis Aeolio labor." Dilucet res inde, quod supra intellectum est caput in hac causa esse hoc, ut nullo umquam die ab alite Tityum saevissime vexari desitum esse cognoscatur et percipiatur. Quare ea sententia maximo opere consectanda est, quae proxime accedat ad id, quod expressius significarunt Virgilius Aen. VI. 597: „Immortale iecur tondens fecundaque poenis Viscera" et Seneca Ag. 18: „tondet ales avida fecundum iecur". Hipp. 1234: „Meumque poenae semper accrescat iecur" [29]). Qualis

---

29) Add. Thyest. 11: „qui — nocte reparans quidquid amisit die, Plenum recenti pabulum monstro iacet." Script. de Monstr. I. 47. p. 15 cod. B: „vultorio iecur in epulas praebet, quod absumptum die nocte in poenas renascitur." Cf. Manil. IV. 666: „In poenas fecunda suas parit horrida tellus." Sen. Ag. 706: „Fecunda in ignes Hecuba." 835: „Morte fecundum — draconem" cf. Martial.

sententia „effici potest facillime"; quod enim praebet codicum consensus omnium: Tityon poena — foedum (simile Ovidii verbis Rem. 569: Ille habet in reditu navim: mare semper iniquum Cogitet et damno litora foeda suo" cf. Wopkens. in Septim. I. 21. p. 13), id melius et distinctius fit unius litterulae mutatione:

Hi Tityon poena stravere in iugera fetum.

IX. 101, 9. Claudian. Gigantom. 25: Viscera nascuntur gravibus certantia poenis. Ciof. Ovid. Met. IV. 456. p. 280. Burm. Anth. l. d. 21. p. 548. Hinc assiliam ad eum Curtii locum, cuius memoriam mihi attulit et ipsa vox poena toties scripta et iniuriosa ista sepultura Corycì supra IV. 5. p. 74 narrata. Haec enim III. 35, 17 leguntur: „Ceterum dii tantae fortunae proditorem sepulturae celeriter debita poena persequuti sunt." De quo nec Zumptius vere expedivit his: „proditorem superi ultores ex emendat. Codd. sepulturae, quod in edd. cancellis circumscribitur" nec ante eum Toupius Emend. in Suid. P. III. p. 576: „tantae fortunae proditorem sepultae, celeriter debita p. p. s. Ita legendus iste locus. Vulgo sepulturae, quod viros doctissimos admodum torsit. Nos recte emendavimus fortunae sepultae. Hor. Carm. II. 2, 2 terris abditae, quod perinde est." Scilicet quum omnes tum hos fugit pervagatissimus ille error proditorem sepulturae scribentium pro proditorem insepultae", de quo errore satis est commemorasse Drak. Liv. V. 27, 6. p. 219 et Arntz. Sedul. II. 169. p. 122 et 235. p. 132, quorum doctrina in Emendd. Prop. nobis proderit ad Prop. III. 21, 36 emaculandum. Invenimus autem non modo insepultam mortem apud Senecam de Tranq. 14, sed etiam insepultam sepulturam apud Ciceronem Philipp. I. 2 illud quidem sic dictum, ut innuptae nuptiae fr. trag. inc. 29. p. 280 Both., quae ipsa exempla in medium attulerunt explanaruntque Rittershusius Oppian. Cyn. I. 260. p. 30. Iensius Lucian. Merc. Cond. 39. p. 558. Vol. III. Lobeckius Paral. III. 3, 2. p. 230. Quid autem, ut iam Toupium aemulemur valde asseveranter loquutum, magis perspicuum et evidentius his verbis: „di tantae fortunae proditorem insepultae sepulturae — poena persequuti sunt?" Similem medelam Hygino 4: „Ino suos candidis, Themistonis pullis opposuit" adhibere hanc: „pullis opertos opposuit" satius fuit Tollio (cf. Nauck. Eur. fragm. Inus p. 383) et qui eius Munckerique doctrina perfruitur, Buntio, quam proponere: „pullis operuit." Quo ipso verbo usus est Hyginus in eodem capite: „ei dixit, ut filios suos candidis vestimentis operiret," sed in capite 1: „a nutrice decepta, quod eis vestem perperam iniecerat." Eiusdemmodi, ne plura afferam, emendatione Propertii locum II. 25, 40 restituendum esse in Emendd. Prop. obtinebimus.

Qua mutatione nihil est promptius: declarant ea exempla, quae in medium attulimus V. 2. not. 21. [30]) Recte autem quamquam insolentius fetus poena Tityus dicitur propterea, quod quum „respirent plenis incendia pristina fibris“ (Ioseph. Isc. IV. 205 cf. Sen. Thyest. l. d.), sibi poena semper ipse est, ut est in Symposii carmine v. 5 (p. 390. T. III. Wernsd. cf. Burm. Anth. l. d. p. 546 sq. Lact. et Macrob. l. not. 26 d. Bochart. l. d. IV. 28. p. 631, 62) nec poena umquam effetus est; nam Virgilii verba Aen. VII. 452. (Burm. p. 195 et v. 338. p. 185): veri effeta senectus mutuari libuit in Tityum, qui in iis numeratur, qui Ἔγκυον ὠδίνουσιν ἑὸν μόρον ἐντὸς ἔχοντες Maneth. I. 159 „pectore numquam fesso“ Baden. Sen. Thyest. 807. p. 389. Ne enim repetam, quae ad illustrandos Silii locos, in quibus legitur feta furore Megaera, fetus Gradivo mentem Cato, contulerunt Heinsius et Drakenborchius in X. 14. p. 493 et XVII. 380. p. 867, apud Claudianum Fesc. 65 invenimus: „plena laurearum, Imperio feta domus“ sic positum, ut ab Virgilio Aen. IV. 229: gravidam imperiis belloque frementem Italiam“ et Ausonio Epigr. IV. 4: imperiis gravidas — Pannonias cf. III. 4, quos locos Heynius p. 629 inter se contendit, non item Heinsius Ov. Fast. III. 238. p. 172 aut Merrickius Tryphiod. 386. p. 336 (idem immemor Anth. Lat. 1087, 16. p. 69: „gravidus bellis Pergama solvit equus“ et Virg. Aen. II. 238), apud Silium autem XIII. 494: „gravida arcanis Cymes anus“ et 542: „noxa gravido — populo“, quae aliis latinorum poetarum exemplis explanarunt Heinsius Val. Flacc. II. 161. p. 166 et Drak. Sil. VI. 155. p. 299. cf. Dres. Ioseph. Isc. I. 107. p. 11. Burm. Quint. Decl. XII. 13.

---

30) Addere iam licet Ovid. Met. XIV. 103: „loca foeta palustribus undis. Menard. foeda. Seren. Sammon. 13. v. 201: „foetae cum lacte capellae. ed. Lips. foedae et ut omittam Prop. IV. 9, 22 foeta - terra. Aurant. foeda, Anth. Lat. III. 82, 19. p. 533: „per foeta procellis Aequora“ cod. Voss. persaeda id est per foeda procellis“, cui contra alterum, quod Wakefieldum in Lucret. V. 258 sequutus tuetur Meyerus p. 17, favit Heinsius, qui idem Ovidio Rem. l. d. reddi voluit damno littora foeta conf. Reines. Var. Lectt. III. 18. p. 675. Burm. Prop. l. d. p. 879.

p. 254 et Val. Flacc. V. 22. p. 408, nobis satis est comparasse cum Nonno Paraphr. Ioann. VIII. 24. p. 92: Εἰςέτι μαργαίνοντες ὁμιλήσητε βερέθρῳ Ἀμπλακίην μεθέποντες ὁμόχρονον· — Θνήσκετε δυσσεβίης ἐγκύμονες.

Neque ex his ita expositis non illud intelligi necesse est falso apud PROPERTIVM II. 16 (III. 20), 31 cum ab omnibus tum ab Hauptio proditum esse hoc:

Atque inter Tityi volucres mea poena vagetur
Tumque ego Sisyphio saxa labore geram.

Perplacuerat igitur alterutra harum, quas doctorum hominum cura et subtilitas protulit, interpretationum: „mea poena, inquit poeta, idem atque ego punitus. Possis tamen cum Vulpio ipsos vultures intelligere. Sic El. IV. 11, 28: poena sororum Infelix humeros urgeat urna“ (Hertzb. p. 160). Fidem vestram oro, grammatici: rationisne est eum dicere punitum vagari, quem humi supinum iacere per novem iugera porrectum cum ii dicunt, quos supra nominavimus, tum Claudianus III. Cons. Hon. 159: „rupta si mole Typhoeus Vinclis prosiliat, Tityos si membra resolvat“ et Statius Theb. XI. 12: „Quantus — Averno Tenditur, ipsae horrent, si quando pectore ab alto Emergunt volucres immensaque membra iacentis Spectant“ (quo loco uti oportuerat Gatakerum in Antonin. IV. 3. p. 93 sq. de verbo extendendi parum certo iudicio pronuntiantem)? Alterum illud autem quam incredibile, quam absurdum: novas puniti hominis volucres vagari inter Tityi volucres! Quare tanta rerum foeditas discutienda et pellenda est praesentissima ope hac:

Atque inter Tityi volucres mea poena novetur.

Cuius versus sententia concinit cum Statio l. d.: „volucres — membra iacentis Spectant, dum miserae crescunt in pabula fibrae.“ Similiter autem scribendo variatum invenio apud Silium VII. 141: vacant incepta. Rom. novat cf. Burm. Ovid. Met. IV. 504. p. 284 et XI. 566. p. 791.

4.

Pergo ad enarrandum eiusdem PROPERTII de Argynno, Agamemnonis deliciis, locum III. 5, 52 (IV. 7, 22), quem cum

eo loco, quem modo emaculavimus, comparatum p. 278 sq. in hanc speciem:

Sunt Agamemnonias testantia litora curas,

Quae notat Argynni poena Athamantiadae

reformavit Hertzbergius, reformatum exhibuerunt Hauptius et interposito Schneidewini Philol. I. p. 376 nomine Keilius. Nequicquam: quid enim profecisse eum censes, qui et rem ut certam confessamque — nam Argynnum Athamantis nepotem fuisse omnes auctores sunt — ita parum ad notitiam pertinentem contulerit ad diluendam aquarum commemorationem, qua cum in illa de Paeti interitu elegia tum in ea ipsa parte cum maxime opus esse videatur, et id retinuerit, quo nihil non modo suspiciosius, sed incredibilius dici potuerit: poena atque adeo morte miserrima dignum fuisse Argynnum, quem fama scit fuisse innocentissimum? Quae qui non expendit quanti essent discriminis Hertzbergius, haec tamen ut vir spectatissimae integritatis et non vulgaris subtilitatis confessus est p. 278. 280: „Scripsimus, quod historiae dictabant, Athamantiadae. — De fabula ipsa Argynni valde discrepare videntur auctores veteres, quamvis — leviter solum rem tangant. — Restat tamen aliquid scrupuli in voce poena, de qua nihil nunc constat.“ At enim perspicua est Argynni fabula constatque inter omnes. Qui aliter sentiunt aut dicunt, experiantur iam consentientium ad unum omnium scriptorum nervos atque vires. Haec enim Athenaeus XIII. p. 603 D: *Ἀγαμέμνονά τε Ἀργύννου ἐρασθῆναι λόγος ἰδόντα ἐπὶ τῷ Κηφισῷ νηχόμενον, ἐν ᾧ καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν (συνεχῶς γὰρ ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ ἀπελούετο) θάψας εἵσατο καὶ ἱερὸν αὐτόθι Ἀφροδίτης Ἀργυννίδος.* Stephanus Byzantius p. 114, 8: *Ἄργυννος — ἐρώμενος Ἀγαμέμνονος Βοιωτὸς, ὃς ἀνιὼν εἰς τὸν Κηφισὸν τελευτᾷ· ἀφ' οὗ Ἀργυννίδα τὴν Ἀφροδίτην ἐτίμησε.* Clemens Alexandrinus Admon. p. 24 B: *Φανοκλῆς δὲ (ἱστορεῖ) ἐν Ἔρωσιν ἢ Καλοῖς Ἀγαμέμνονα τὸν Ἑλλήνων βασιλέα Ἀργύννου νεὼν Ἀφροδίτης εἵσασθαι ἐπ' Ἀργύννῳ τῷ ἐρωμένῳ* (cui iam adiicio Scholiastae vera haec p. 108: *τῆς Ἀργύννου Ἀφροδίτης ἐπικληθείσης ἀπὸ Ἀργύννου τοῦ Ἀγαμέμνονος*). Plutarchus Gryll. 7. p. 221. Vol. XIII.: *ὁ δ' Ἀγαμέμνων τὴν Βοιωτίαν ἐπῆλθε κυνηγετῶν τὸν Ἄργυννον ὑπο-*

φεύγοντα καὶ καταψευδόμενος τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πνευμάτων εἶτα καλὸν καλῶς ἑαυτὸν βαπτίζων εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην ὡς αὐτόθι κατασβέσων τὸν ἔρωτα καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἀπαλλαξόμενος. Quae quidem testimonia aut universa aut pleraque attulerunt deinceps Parrhasius in Claudian. Rapt. Pros. II. 136. p. CL. Leopardus Emendd. IV. 4. p. 67 sq. Grut. Lamp. T. III. Holstenius in Steph. Byz. p. 44 Meinekiusque p. 114. Passeratius, Marcilius ap. Burmann. p. 545 (qui quod Pollucis testimonium sic loquitur, ut Muretus p. 147, id quamvis ab Hertzbergio quoque significatum nos tamen videmus nullum), Scaliger p. 506, Broukhus. p. 284, Hertzberg. p. 279, Simsonus Chron. A. M. 2812. p. 308, Bachius in Phanocl. fragm. 5. p. 204. Muellerus Orchom. p. 215. not. 1, Schneidewinus l. d. p. 378 sq. (Meinekio l. d. p. 115 laudatus), ut tamen vitia, quae in Plutarchi Stephanique locis inveterarunt, a nullo eximerentur. Et Plutarcho quidem (cuius sententiam in diversum trahunt Scaliger ac Broukhusius, quam esse statuerit Schneidewinus, non licet nunc exquirere) quum recte atque ordine haec liqueat dicta esse: τὴν Βοιωτίαν ἐπῆλθε κυνηγετῶν, non item illa: τὴν Βοιωτίαν ἐπῆλθε — καταψευδόμενος τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πνευμάτων εἶτα καλὸν καλῶς ἑαυτὸν βαπτίζων εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην, verum est sive sublata illa errorum notissimorum quasi congerie εἶτα: καταψευδόμενος τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πνευμάτων ἤργει sive damno, quod vox καὶ peperit, reparato: καὶ ἤργει καταψευδόμενος id reddi, quod legitur apud Lucianum Prom. 16. p. 152. Vol. I.: ἠργοῖμεν ἄν, cuius vocabuli optimo interprete licet ipso Propertio uti: „Hoc iuvene amisso classem non solvit Atrides.“ De Stephano Byzantio autem nec Turnebo assensus, qui verborum ἀνιὼν εἰς τὸν Κηφισόν memor videtur haec scripsisse Adv. XXVI. 33. p. 942, 44: „Argenus — cum classis in Aulide staret ventis reflantibus adversis in littore Boeoto cecidit in Cephisum amnem submersusque est, cum eum navi subisset“ nec Meinekio: „νέων pro ἀνιών? εἰς enim pro ἐν noster saepius dixit“ sic statuo, ut sive prava litterarum appellatione ἀνιὼν (ἐνίχων, ut apud Libanium Vol. IV. p. 832, 13 ἐνηχεῖν) sive turbis per illam, quam monstravit Bastius in Greg. Cor. p. 368 et Comm.

Pal. p. 779, notarum *ων* et *χ* similitudinem ortis in eo loco *ἀνιών* prodi coeptum esse, qui deberetur voci *ἐννήχων*[31]): *ἐννήχων εἰς τὸν Κηφισόν*, quae integra esse et Libanius l. d. Galenusque iis locis, quos attulit Hasius Steph. Thes. III. p. 1114 C. ac Schaeferus in Schol. Apoll. Rhod. IV. 937. p. 307 docent et inde apparet, quod et *ἐνάλλεσθαι τῷ ἀσκῷ* et *ἐνάλλεσθαι εἰς τὸν ἀσκόν* dici invenimus Hemsterh. in Schol. Aristoph. Plut. 1130. p. 431 et *ναῦν ἐνορμίζειν λιμένι* et *εἰς λιμένα* Gramm. Hermann. p. 360: *κατάγω τὸ εἰς λιμένα τὴν ναῦν ἐνορμίζω*, alia multa.

Ex quibus ita propositis intelligitur quicunque de Argynno memoriae prodiderunt, eos Phanocle potissimum auctore stetisse. Quod ipsum Hertzbergii solertia non magis p. 279 investigavit, quam p. 280 eas res, quae Aulidis classibus iniquae et Argynni in Cephiso amne extincti mentioni simul factae propiores videntur esse et adiunctiores. Quod enim ne nunc quidem docti homines perceperunt et circumspectione aliqua et accurata consideratione tuiti sunt, id nova asseveratione affirmandum est atque inculcandum: veterum scriptorum hunc fuisse consensum, ut et Cephisum et Ismenum[32]) dicerent olim in mare erupisse et erupisse apud Aulidem. Nam et Statius Theb. VII. 348: „propellentemque Lilaeam Cephisi

---

31) Alterius vitii origini monstrandae idonea haec commemorare attinet: *ἀνίας* pro *ἐννοίας* scriptum apud Philonem Vol. II. p. 21. *ἀνέβαλε*: *ἐνέβαλε* Schaef. Long. I. p. 339. *ἐμπεπλεγμένων*: *ἀναπεπλεγμένον* Athen. XII. p. 525. E. de quo in Emendd. Prop. dicetur. *ἐνοίστρησε*: *ἀνοίστρησε* Boiss. Theophyl. Dial. p. 172. not. 2. *οὐδέν*: *οὐδ᾽ ἄν* Aen. Gaz. p. 236. *ἀνίκμοις*: *ἐνίκμοις* Psell. Daem. p. 20. Diod. XIX. p. 341, 72: *ὡς ἂν τέτταρσι.* Wess. *ὡς ἂν ἐν.* Himer. Or. XXV. 4. p. 816: *φαρέτραν ἡμμένος*, quod fieri *φαρέτραν ἐνημμένος* iussimus Theb. Parad. p. 403.

32) De Ismeno subtiliore quaestione explicavimus Theb. Parad. p. 170 sq., quae iam iis, quae de Cephiso amne exploravimus, certiora fiunt. Reddamus autem, quod in illo loco omissum est: dubitari posse, an apud Apuleium Met. IV. p. 263: „corpus reliquum veste linea diligenter convolutum mari celandum commisimus“ nomen Ismeni reparandum sit; nam pro Ismenos et Menos scriptum invenimus in Chronico Anonymi p. 281. D. Galland. (Theb. Parad. p. 128), ut in codice Vindob. Philos. CLXXI. ap. Schubart. p. 300. Ephem. Antiq. 1842. *Μηνιός*, et Ismarus in eo Hygini loco, de quo dictum est in Parad. p. 173.

glaciale caput, quo suetus anhelam Ferre sitim Python amnemque avertere ponto" Scholiastaque p. 708: „copia aquae, quam draco potabat, exhaustus fluvius tardior veniebat in mare" et Plinius Nat. Hist. IV. 7, 12: „Locri deinde Epicnemidii — per quos amnis Cephisus defertur in mare" et Nicephorus Gregoras VII. 7. p. 251: *διὰ μὲν Ἀσωποῦ τέμνων τὴν Ἀττικὴν ἄχρι θαλάττης, διὰ δ' Ἰσμηνοῦ τῇ τῆς Εὐβοίας θαλάττῃ σπενδόμενος περὶ τὰ τῆς Αὐλίδος προαύλια, ἔνθα πάλαι τοὺς ἐπὶ Τροίαν ναυστολοῦντας Ἕλληνάς τε καὶ ἥρωας τὰ πρῶτα προςεσχηκέναι τε καὶ αὐλίσασθαι λέγουσιν* et quo auctore usum esse Nicephorum docuit Boivinus p. 1210, Ptolemaeus III. 15: *συμμίσγει τῷ τε Ἀσωπῷ καὶ τῷ Ἰσμηνῷ τοῖς ποταμοῖς κατὰ τὴν Βοιωτίαν.* Mira haec adeoque ad fidem difficilia, ut exprobrarentur, non ratione aperirentur, visa non modo Muellero Orchom. p. 483 (cuius doctrina satis placuit Bernhardyo in Dionys. Perieg. 440. p. 636), verum etiam Meinekio Vindic. Strab. p. 140 et 243 illi quidem parum memori eorum, quae et de Ismeno et, ut alia nunc transeam nomina, de Inacho Theb. Paradox. p. 170 sqq. et 236 sq. deliberavimus. Nec vero obscurum est ea ex interioribus litteris manavisse, quas ipse Phanocles et Euphorion exprompsissent, Argynnique fabulam peculiariter pertinuisse ad illustrandam memoriam Cephisi, qui ab initio per Boeotiam, qua Copais palus (Plutarch. l. d. cf. Cruc. in Vib. Sequestr. p. 99) appellatur, in Euboici freti oram nomen suum pertulisse crederetur. Quid, quod eodem aptissime refertur Aulidis mentio natae patre Euonymo, filio Cephisi? quae mentio extat apud Stephanum Byzantium p. 147, 3: *Αὐλίς· πόλις Βοιωτίας — ἀπὸ τῆς Αὐλίδος τῆς Εὐωνύμου τοῦ Κηφισοῦ*, cui adiunxit Meinekius Eustathium Il. II. 496. p. 265, 9: *ἀπὸ Αὐλίδος θυγατρὸς Εὐωνύμου τοῦ Κηφισσοῦ*, non item Didymum p. 80, 43: *ἀπὸ Αὐλίδος τῆς Εὐωνύμου τοῦ Κηφισοῦ.* Quod restat de Plutarchi loco absolventibus dicendum: tria ipsius Agamemnonis lavacra veterum fabulis et carminibus celebrata fuisse iam in confessum venit. Quorum prima fuerunt illa, quibus in Cephiso Argynni amorem expugnatum (cf. Schrader. in Mus. 245. p. 82 sq.) cavillatur Plutarchus —

Cephisi autem simillimam naturam atque Dirces (Theban. Paradox. p. 187 sqq.) habitam fuisse et Plutarchus significat et Philostratus Imagg. II. 8. p. 66, 25: *Μέλητα ὡς Κηφισοῦ καὶ Ὀλμειοῦ ποτιμώτερον* et Anthol. Pal. IX. 128, 3 cf. Imagg. II. 19. p. 85, 17: *ὁ μὲν ποταμὸς Κηφισὸς Βοιώτιός τε καὶ οὐ τῶν ἀμούσων* —, altera ea, de quibus memoriae prodidit Philostratus Her. II. 18. p. 300, 7: *ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἐτρώθησαν καὶ λουτρὰ τοῖς τετρωμένοις μαντευτὰ ἐγένετο, πηγαὶ θερμαὶ ἐν Ἰωνίᾳ, ἃς ἔτι καὶ νῦν Ἀγαμεμνονείους καλοῦσιν οἱ Σμύρναν οἰκοῦντες.* Tertium fuit funestissimum illud, quod a tragicis poetis decantatum dicit Eustathius Epist. 7. p. 331, 19: *ἐγγὺς Ἀγαμεμνονείων τὰ τοιαῦτα λουτρά εἴ γε μικροῦ καὶ θανάσιμα.* 33)

Ergo manifestum est ab iis, qui Athamantiadae nomen redintegrarunt, hoc constanti famae dandum fuisse, ut pro poena memorarent fana: „Qua nota Argynni fana Athamantiadae.“ Nomen ei templo fuisse *Ἀργύννιον, Ἀργύννειον* edocuit Meinekius in Steph. Byz. p. 114, 8, quod idem Argynni monumentum et fanum fuisse si velim iis exemplis comprobare, quae de solenni Graecorum more (Clem. Alexandr. Admon. p. 29 A. Davis. in Clem. Hom. X. 9. p. 703. not. 4. E. Mueller. Add. ad Tzetz. Lyc. p. 286) explicaturus destinaveram alteri Thebanorum Paradoxorum volumini, multos circa unam rem ambitus fecerim. Nec magis libet quodam vicario studio hoc potius edisserere, quam tenui distent discrimine vocabula poena et fana. Nam quid plura pro aliena caussa argumenter? Repudiandum enim omnino est istud Athamantiadae. Quod audacius, quidquid contradicit Hertzbergius p. 279, atque

33) Cui mentioni subnectere libet *Ἀγαμεμνόνια φρέατα*, quae proverbii loco dici solita sunt Zenob. I. 6. p. 2. cf. Erasm. Adag. II. 6, 60. p. 368: *Ἀγαμεμνόνια φρέατα· ἐπὶ τῶν μεγάλων ἔργων· ἱστοροῦσι γὰρ τὸν Ἀγαμέμνονα περὶ τὴν Αὐλίδα καὶ πολλαχοῦ τῆς Ἑλλάδος φρέατα ὀρύξαι.* Eustath. Il. IV. 171. p. 461, 13. Apostol. I. 33. p. 9, apud quem est *ἐπὶ τῶν ἐλευθερίων*, ut apud Arsenium Viol. p. 15. Hesych. I. p. 32, ut eadem laude Agamemnon insignis fuerit, qua qui regnum condiderat, Danaus Falkenburg. in Nonn. IV. 254. p. 1318. Plin. Nat. Hist. VII. 56, 57: „puteos Danaus ex Aegypto advectus in Graeciam, quae vocabatur Argos Dipsion“, quae hac ratione emaculanda arbitror: „qua vocabatur Argos.“ vid. Theb. Paradox. III. 4. p. 306.

incautius illatum esse videtur vel propterea, quod nec Athamantis vocabulum notissimum in aliis locis I. 20, 19. III. 21, 5 conf. IV. 6, 15 labem traxit ullam et aquae nobilissimae mentio, qua vel maxime opus esset ad situm litoris curis Agamemnonis conscii designandum, ita abolevit, ut rerum ad famam insignium testatarumque — dico autem Cephisum Argynni natatu atque obitu, inde Argynnidis Veneris templo inclytum — expressa vestigia extarent nulla, verbum maneret, quod non modo non significantius narrantis esset, sed perobscurum et in inenodabilem ambiguitatem implicatum: „Sunt Agamemnonias testantia litora curas, Quae notat Argynni poena Athamantiadae.“ Deinde quum non negem id vocabulum positum esse Propertii consuetudini convenienter (qui duobus eiusdem herois nominibus usus et hunc sumpsit ordinem: Thiodamanteo proximus ardor Hylae. Non sic Leucippis succendit Castora Phoebe. Iam Pandioniae cessat genus Orithyiae. primo Cepheia somno Libera iam duris cotibus Andromede et illum: „Tu licet Antiopae formam Nycteidos — referas“ I., 4, 5 sanavit — Phoenicis Chiron lumina Phillyrides II. 1, 60. Helles Athamantidos urbes III. 21, 5), nequit tamen dissimulari, si quis Argynnum Athamantis nepotem potius, quam Leuconis filium velut hoc modo vocet: Quae Leuconiadae sancta sepulcra notant, tanto deteriorem orationem fieri, quanto pueri aquis intercepti famae adiunctior sit commemoratio Copaidis sive Leuconidis paludis (Steph. Byz. p. 401, 16: ἡ λίμνη Κωπαΐς, ἣ ἐλέγετο Λευκωνίς. Muell. Orchom. p. 64. 214), quam Athamantii campi (Paus. IX. 24, 1. Muell. l. d. p. 161). Sed ne quid in reprehendendo alieno invento per calumniam rimari videamur, concedatur iam recte sumptum esse nomen Athamantiadae. Quod non est dubium, quin secundum Groningani libri fidem, in quo est nota Argivis, oportuerit sic poni: Qua nota Argivis fana Athamantiadae; sic enim Propertius dixit Ixioniden, Menoetiaden, Oiliden, Atridam, Iasida, Inachida, Athamantida, Tantalida, Aeetinen (I. 1, 24. Anal. Prop. p. 15). Sin simul alterum nomen praeferendum vocemque aquae consensu omnium codicum tutam retinendam ducis, licet certa, quae in Gronin-

gano et Neapolitano extant, vestigia: „minantis aquae sic persequi, ut a discrepantia eorundem librorum, quae cernitur II. 23, 72 (III. 32, 22), ubi Neap. tenet: „Tanta tibi miserae, quanta meretur, erit“, Groninganus: „quanta mineris, pervenias ad hanc emendandi rationem: „Qua notae Argynni fana merentis aquae.“

Et haec quidem hactenus: minutius enim et scrupulosius iam omnia videmur scrutati atque exsequuti esse, quae docti homines coniectando inchoarunt. Quos equidem affirmo nodum, ut aiunt, in scirpo quaesivisse. Licet enim quae dispersa manent in libris contra vitia incorruptissimis: qua Neap. Groning. Ment. al. nota Groning. Argynni (agynni Neap. argivi Ment.) arginni Voss.[34]) poena Neap. Groning. Ment. al. natantis Ment. Voss. sic colligere, ut hic reconcinnetur versus:

„Qua notae, Argynni poena natantis, aquae“ vel hic:

„Qua, nota Argynni poena natantis, aquae.“

Testantur, inquit poeta, Agamemnonias curas litora, qua aquae sunt notissima natantis Argynni poena. Quam veram rationem esse quominus docti homines perspicerent, obfuit non intellecta vis et potestas vocis poena. Quam iam ratione aperire licet, non coniectura explanare. Habemus enim quem in medium afferamus, locum Martialis hunc III. 64, 1:

Sirenas hilarem navigantium poenam
Blandasque mortes gaudiumque crudele,
Quas nemo quondam deserebat auditas,
Fallax Ulixes dicitur reliquisse,

quem locum his p. 193 Scriv. explicatum: „hilarem poenam, quia per voluptatem illiciuntur in fraudem“ praeterierunt tamen, qui „poenam in malo ac labore poni, qui instar supplicii sit et qui voluptati opponatur, et in omni cura, quae torqueat“, edocuerunt Gronovius Obs. II. 9. p. 218 et in Sen. Hipp. 439. p. 247 sq. Burmannus in Ov. Trist. II. 507. p. 539 sq. Cortius in Lucan. VIII. 395. p. 331. Wernsdorfius in Maximian. El. III. 18. p. 333 illi quidem ne Claudiani quidem memores Ruf. II. 405: „Felix illa manus, talem quae prima cruorem

---

34) Cf. Arcad. p. 63, 3: ἄργυννος (scrib. Ἄργυννος), τύραννος. Lobeck. Path. IV. 5, 1. p. 228.

Hauserit et fessi poenam libaverit orbis", ubi quod Claverius adscripsit p. 99: „sic Eutropius dicitur Eoum crimen", memoriam affert versus Prop. I. 11, 30 (Anal. p. 33): „Ah, valeant Baiae. Crimen amoris aquae". Nihil autem similius fingi potest, quam quod Martialis dixit Sirenas hilarem navigantium poenam, Propertius Cephisi aquas notam Argynni natantis poenam; sic enim apud Athenaeum l. d. est: *Ἀγαμέμνονα Ἀργύννου ἐρασθῆναι λόγος ἰδόντα ἐπὶ τῷ Κηφισῷ νηχόμενον, ἐν ᾧ καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν (συνεχῶς γὰρ ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ ἀπελούετο) θάψας εἵσατο καὶ ἱερὸν αὐτόθι Ἀφροδίτης Ἀργυννίδος*, ad quem ipsum honorem non obscure spectat vox nota sic posita, ut a Claudiano Id. VII. 37: „Quodsi notus amor provexit in astra Laconas." Ov. Pont. III. 1, 51 sqq. Sen. Herc. Oet. 1605. Prop. II. 19, 31. Davis. in Cic. N. D. II. 40. p. 262. cf. Markl. Stat. Silv. V. 3, 110. p. 387.

Superest, ut controversias disceptemus, quas etiamnum inter se docti homines habent de altero PROPERTII loco hocce II. 7, 8 sive III. (IV.) 18, 30:

Hic olim ignaros luctus populavit Achivos,
Atridae magno cum stetit alter amor.

Satis est autem sententias afferri Lachmanni: „Recte Vulpius de Chryseide intelligit, cuius amor, *λοιμοῦ* et *μήνιος* causa, magno sane Achivis stetit; sed quae de Argynno adiicit, nugae sunt. Speciosius Clytaemnestra huc referri poterat. Sed putidum est — per numeros indicare amores Agamemnonis: primus Clytaemnestra vel Argynnus, alter Chryseis, tertius Cassandra et sic porro. Repono: altus amor," atque Hertzbergii: „Argynni amor ita obscurus est, ut aliud agentem Prop. de hoc cogitasse nequaquam sit existimandum. Restat ergo, ut primum Clytaemnestrae indicare voluerit." Evidens est, quantum eruditissimorum virorum subtilitati nocuerit non rite explorata Argynni fabula Plutarchique locus non ea, quam supra ediximus, ratione expolitus. Non enim iam latet quosdam poetas Troiani belli tempora fortunamque inauspicatis Agamemnonis amoribus, in quibus Clytaemnestrae coniugium nullo pacto potest numerari, sic circumscripsisse, ut Argynni curam Graecis Aulide profecturis, Troia

potituris Chryseidis ademptae dolorem gravissimam moram attulisse dicerent. Itaque minime fraudandus sua laude est Passeratius, quem sequuti sunt Vulpius (ap. Lachm. p. 309) et qui indigno silentio ab omnibus praeteritus est, Ouwensius Noctt. Hag. III. 15. p. 482: „Amor Chryseidis alter amor est Agamemnonis, quum primus fuisset Argynni.“ Ceterum quantopere de Aulide classi Graecorum iniqua fama variaverit, documento est Seneca, de quo vid. Gronovius Med. 622. p. 501. Heyniusque in Apollod. I. 9, 23. p. 200.

Cap. VII.

1.

Ipsa fabulae similitudine inductus ab Argynno venio ad Brimo et ea, quibus enarratis opus est ad explanandum PROPERTII locum II. 2, 57 (5):

Fulva coma est longaeque manus, et maxima toto
 Corpore et incedit vel Iove digna soror —
Qualis et Ischomache Lapithae genus heroine
 Centauris medio grata rapina mero.
Mercurio talis fertur Boebeidos undis
 Virgineum Brimo composuisse latus.

Etenim non tantum „certissimam artis criticae regulae parum attendit“ Hauptius (in ipsum auctorem enim iam ea verba, quae leguntur in Indice Lectt. Berol. Hib. 1854. p. 11, transferre licet per argumentationem in nota 19 p. 86 positam), verum etiam commenticiae rei locum concedere non destitit. Nemo enim veterum scriptorum Brimo latus Mercurio composuisse aut tradidit aut potuit ipso Brimus nomine addito tradere;[35] quae res autem tam inter se pugnant, quam per-

35) Documento sunt et ii, quos praeter alios commemorarunt Thryllitzschius Muellerusque in Tzetz. Lyc. 698. p. 745 et Hertzbergius in Prop. p. 92 et, ut Callimachum, de quo infra p. 133 aliquid suspicabimur, nunc omittamus, Tzetzes Schol. in sua ipsius Homerica p. 41: *τῆς Περσεφόνης Ὀβριμοῦς καὶ Βριμοῦς κληθείσης διὰ τὸ ἐμβριμήσασθαι τῷ Ἑρμῇ ταύτην βιαζομένῳ* et Scholiasta Par. Lyc. 1176. p. 243: *διὰ τὸ ἐμβριμήσασθαι τῷ Ἑρμῇ*, quae concinunt cum Etym. M. p. 213, 51 sive Eudocia Viol. p. 87: *Ἑρμῆν ἐρασθέντα — θελῆσαι βιαίως μιχθῆναι· ἡ δὲ ἐνε-*

petua — haec enim constans fama est — virginitas deae et vitium ei a Mercurio illatum? nihil enim valent, quae Turnebus Adv. XI. 16. p. 337, 6 protulit: „grammatici Graeci — negant Mercurio cum ea stupri consuetudinem fuisse: quod nec plane dicit Propertius, etsi id fortasse significat. In quo, ut puto, alios auctores sequutus est.“ Verum ne illam quidem rem, quam et Turnebus p. 337, 16 et Lachmannus omisit, idem doctus iam tandem exploratam attulit: certas quasdam partes ac numeros pulchritudinis poetam sic exsequutum esse, ut comam et manus v. 5 laudaret proceritatemque et incessum comparatione Iunonis et Palladis (omitto enim nunc versus 9 et 10) monstraret, inde virgineum latus ac nudum omne corpus praedicaret v. 11—14, quem quidem ordinem inversum video a Publio Spinula de Porcia p. 989: „Ischomache sicut Centauris grata rapina Componit, sicut casta Minerva l a t u s. Et Iovis ut coniux i n c e d i t m a x i m a toto Corpore; longa m a n u s totaque fulva c o m a est.“ His autem rationibus tam certis tamque illustribus primum eo adducimur, ut quemadmodum in Aetna carmine i m p o s i tam pro i m p l a c i dam insedisse memorabili similium exemplorum copia obtinebimus in Emendatt. Prop., ita nunc affirmemus apud Propertium p o s uisse id factum esse, quod fuerat p l a cuisse. Nimirum apud incautiores librarios, ut assolet, adeo praevaluit recordatio notissimi illius versus: „Has certe pluresque canunt, Neptune, poetae Molle l a t u s l a t e r i c o m p o s u i s s e t u o“, ut nec a litteris tā, cā (vid. not. 6) et cū [36]) permutandis

βριμήσατο αὐτῷ· ὁ δὲ φοβηθεὶς ἀπετράπη et Tzetzes Lyc. 698. p. 745 et 1176. p. 945: τῷ Ἑρμῇ βιάζοντι αὐτὴν — ἐνεβριμήσατο καὶ οὕτως ἐκεῖνος ἐπαύθη τοῦ ἐγχειρήματος atque Arnobius V. 35. p. 194: „quid sibi velit Brimo verbum?“ cf. 20. p. 182: „nec fremitum continere tempestatemque irarum valens, ex continua passione Brimo deinceps ut appelletur assumpsit.“ Quibuscum conferri consentaneum est Phrynichi et Hesychii illa: βριμός, χαλεπός. βριμούμενον, ὀργιζόμενον, quae nuper reconcinnavit M. Schmidtius Philol. XX. 2. p. 353. Quod superest, idem atque apud Propertium peccatum est a librariis apud Arnobium V. 20 cf. Orell. p. 307 sq. et VI. 6. p. 206: „de Philopatre quem edidit p r i m o“, ubi „alii B r i m o inepte“ Orell. Vol. II. p. 490. v. quae supra I. 4. p. 13 congessimus.

36) Versus, quem posui, Ovidii est, quem aliorum locorum comparatione illustrarunt Heinsius Her. XIX. 138 et Broukhusius Tib. I. 5, 8

abhorrerent et quod invenerant primus, id contrario fere incepto, ac v. 50 (3, 43) Priamus factum est Priamo et IV. (V.) 11, 40 proavus proavo, ut in Emendatt. Prop. evincemus, iam nomini Mercurio adiungerent: „Mercurio fertur Virgineum primo composuisse latus", quum ipse poeta castissimae virginis famae et vere et egregie consuluisset hisce:

Mercurio — fertur Boebeidos undis
Virgineum Brimus tam placuisse latus.

Qui idem nihil, quod ad „obscenius excitandam Mercurii naturam" (Cic. N. D. III. 22) peculiarius valuisse videretur, afferre potuit, quam visum ipsum virgineum latus, quode existimatur vel ex iis locis, quos exprompserunt Savaro in Sidon. Apoll. Carm. XI. 38. p. 134 sq. et Erhardus in Petron. 130. p. 803 ac Rupertius in Iuvenal. VI. 36. p. 242 cf. Nonn. XV. 228. p. 426: *νέος ἡμερόφοιτος ἔχων ἀκόρητον ὀπωπὴν Ἀσκεπέων ἐδόκευεν ἐλεύθερον ἄντυγα μηρῶν.* Easdem igitur narratur Mercurius voluptatis illecebras habuisse, quas, ne plures afferam, et Iupiter (*χρόα πάντα δόκευεν — Καὶ Διὸς αἰθερίοιο νόος μετανάστιος ἕρπων Νηχομένῃ Σεμέλῃ συνενήχετο* Nonn. VII. 263. p. 216) et Actaeon (*Λουομένης ἐνόησεν ὅλον δέμας Ἰοχεαίρης* V. 304. p. 158. 437. p. 166. Theb. Parad. p. 379. cf. XV. 248. p. 426) et Agamemnon Argynnum in Cephiso natantem conspicatus: lavantem enim in Boebeide viderat Pheraeam deam. De qua mentione operae pretium est proponere, quae disputavit Lobeckius Aglaoph. p. 1213: „Prop.: Mercurio et sanctis fertur Boebeidos undis Virgineum Brimo composuisse latus: vix enim dubitari potest quin Brimus vocabulo dea demonstretur Pheraea Boebeidi vicina eademque ab Atheniensibus ac Sicyoniis et Argivis culta, quam alii Proserpinam interpretantur, alii

laudati Burmanno in Prop. p. 238 cf. in Anth. Lat. V. 83, 25. p. 563. De ea autem permutatione, quam diximus, vid. Drak. Liv. IV. 44, 10 cf. Prop. II. 2, 35 contulerunt. codd. Heins. et Burm. sec. cum tulerint. 11, 5 cum adspexit. Heins. et Burm. pr. conspexit. et 8, 23 (Hertzb.) cum: tam. III. 4, 39 consimili. Groning. cum simili. add. II. 10, 3 tam graciles. cod. Passer. tum. 13, 24 tam foedo. Exc. Mod. tum. 25, 11 tam certa. Reg. tum. Weidner. Crit. Scriptionum Spec. p. 15 Progr. Colon. 1864.

Hecaten aut Dianam vid. Spanhem. Callim. Dian. 259." [37]) Boebeidis igitur undis „dea silvarum venatu fessa solebat Virgineos artus perfundere" (ut est apud Ovidium Met. III. 163), unde consentaneum est id, quod libri praebent: satis, in codicibus Heins. et Mentel. nec incommode et probabilius, quam ab Hauptio, immutatum sic: sanctis, a Burmanno autem, qui Calderini commento: sais plus iusto tribuit, ad nomen Ossaeis deductum iam ad formam minus protritam revocari hancce:

suetis — Boebeidos undis.

Ut est apud Apuleium Met. XI. p. 802: „sueto lavacro traditum — purissime circumrorans abluit" (cf. Athen. l. 1. d: *συνεχῶς γὰρ ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ ἀπελούετο.* Nonn. XIII. 460. p. 378: *πολλάκις οἶδμα λαβοῦσα*) et in Anthologia Pal. VII. 494, 2: *Ἐν πόντῳ Σώδαμος ὁ Κρὴς θάνεν, ᾧ, φίλε Νηρεῦ, Δίκτυα καὶ τὸ σὸν ἦν κεῖνο σύνηθες ὕδωρ.* [38])

---

37) Cf. Serv. Virg. Ecl. III. 26. p. 113. Aen. IV. 511. p. 298. VI. 118. p. 361. Add. Schol. Vatic. Lycophr. 1179. p. 243: *Φεραίαν τὴν ἐν Φεραῖς τιμωμένην — ἡ αὐτὴ δὲ δηλονότι τῇ Ἀρτέμιδι ἡ Ἑκάτη.* Pal. 1180. p. 244: *ἐκ Φεραίας τῆς Αἰόλου καὶ Διὸς γεννηθεῖσαν.* Boeckh. Corp. Inscr. 1837. p. 12. Schoemann. de Hecate Hesiodea Opusc. II. p. 241. not. 54, qui Lobeckium l. d. praeteriit cf. Sturz. Pherecyd. p. 163. Parum discrepat, quod venantem deam memorant fortasse Callimachum, de quo supra 1 extrem. dicimus, sequuti Tzetzes Lyc. l. d.: *βιάζοντι αὐτὴν ἐν κυνηγεσίῳ ἐνεβριμήσατο* et Etym. M. et Eudoc. ll. dd.: *Ἑρμῆν ἐρασθέντα ἐπὶ κυνηγεσίαν ἐξιούσῃ θελῆσαι βιαίως μιχθῆναι.* Illud quidem notissimum ex venatu, cui Diana comitibus Nymphis studeret, Satyros et Panes, lascivum genus, amorum suorum occasiones petisse avidissime, de quo quod extat Callimachi testimonium ap. Schol. Theocr. IV. 62. p. 178, 14, id restituendi copia erit in libro Emendationum, qua de Prop. III. 21, 36 explicabimus.

38) Cf. Long. Past. II. p. 61: *ἐπὶ τὴν συνήθη φηγὸν ἔρχεται.* III. p. 86: *ἐπὶ τὴν συνήθη τὴν ὑψηλὴν κομίσαι ἐκείνην πέτραν.* Dorv. Char. p. 211. Sen. Troad. 1069: „turris — Assueta Priamo", qui idem Hipp. 207: „non placent suetae dapes," quam rariorem formam esse docent Barthius Stat. Theb. II. 443. p. 509 sq. Heinsius Adv. II. 19. p. 365. Oudendorpius Suet. Aug. 23. p. 193 et Apul. Met. VI. p. 442. Bosscha in Apolog. p. 384. Alii eiusmodi aquas dicere consueverunt notas Cort. Lucan. V. 107. p. 582. Burm. Anth. Lat. III. 120, 2. p. 576 cf. Heins. Adv. I. 15. p. 152. Add. Sil. XVI. 533: sueti laboris. III. 413 certamen.

Nec tamen omittendum est Mercurio quoque ipsi gratam sedem fuisse urbem Pheras; sic enim est apud Callimachum fragm. CXVII. p. 235: Ἑρμᾶς ὅπερ Φεραῖος αἰνέει θεός, Ἐμμὶ τῶ φυγαίχμα, qui quaeri iam potest an his verbis: ἐμμὶ τῶ φυγαίχμα significet deae venatricis amatorem (Serv. in Virg. Aen. IV. 577. p. 302) minis et spiculo deterritum fuisse. Ceterum postquam sententiae integritati hac scribendi ratione: „Mercurio — fertur — tam placuisse" a nobis consultum est, non defuturos esse arbitror, quibus Burmanni inventum iam satis placeat illud quidem a Lachmanno p. 105 de levissima, ut iam dilucet, caussa improbatum: „particulam et, inquit, si abesse non posse meminisset Burmannus, nollet coniectasse: „Ossaeis vel Ossaeae." Horum autem, quae protulit Burmannus, utrum sit praestabilius, exemplis licet demonstrare Statii Silv. IV. 6, 18: „Nox et Erythraeis Thetidis signanda lapillis", Senecae Herc. Oet. 1204: „Ibera — turba pastoris feri" et iis, quae congessimus Valg. p. 54. 238 add. Goram. Obss. in Pindar. p. 21 Progr. Merseb. 1851.

2.

Verum nondum is locus satis explicatus est aut perpolitus. Et primum quidem quaerendum est de Pirithoi coniuge, quam omnes uno ore affirmant hic a Propertio commemoratam esse. Quam Hippodamiam vocant Homeri Il. II. 742 auctoritatem sequuti plurimi, ut Didymus Il. I. 263. p. 25a. 42. Ovidius Her. XVII. 247. Met. XII. 210. 224. Lactantius Narr. Fab. XII. 4. p. 870. Philargyrius in Virg. Georg. II. 456. p. 332. Lactantius in Stat. Theb. V. 262. p. 175. Mythographus I. 108. p. 111, 32 adduntque horum alteri Adrasti eam filiam fuisse, ut Scholiasta et Eustathius Od. XXI. 296. p. 1910, 6: Πειρίθους τὴν Ἀδράστου Ἱπποδάμειαν ἀγόμενος Hyginusque 33: „Hippodamiam Adrasti filiam" (quibus nunc non disputo utrum Acasti nomen, quod usurpavit Hertzbergius in Prop. p. 91, reddi praestet an de sententia Barnesii et Wesselingii in Diodor. IV. p. 315, 83 ac Bodii in Mythogr. I. 170. p. 155 Atracis conf. Electt. e Lactant. Theb. Comm. p. 24), alteri Butae, ut Diodorus l. d.: Ἱπποδάμειαν τὴν Βούτου (codd. Βύστου,

quod retinuerunt Natalis Comes Mythol. VII. 4. p. 721. Simsonus Chron. A. M. 2760. p. 262. Bachetus de Ovid. Epist. I. p. 151) et Scholiasta Il. l. d. *Ἱπποβότειαν* (*Ἱπποδάμειαν* Didym.) *τὴν Βούτα* (*Βουτάδα* Staver. in Hygin. p. 93. not. 8) et qui haec secus scripsit Dia, quae mater Pirithoi fuit, pro coniuge posita, Io. Tzetzes in Hesiod. Scut. 178. p. 628, 17: *Πειρίθους εἰς Θήβας* (scrib. *Ἀθήνας* vid. Theb. Parad. p. 447) *ἐλθὼν — ἔσχε γυναῖκα Δῖαν τὴν τοῦ Βουτάτου θυγατέρα*. Dissidet hinc Plutarchus Thes. 29: *γαμῶν ὁ Πειρίθους Δηιδάμειαν* (quem apertum errorem dicit Wesselingius l. d.), inde Lactantius in Stat. Theb. I. 106 sive Mythographus I. 170. p. 53, 7 (de quibus in Electis l. d. absolvimus): „Atrax — pater Hippocratiae", illi quidem id sequuti, quod in variandis nominibus semper scriptores tenuisse uberiore disputatione docuimus Theb. Paradox. p. 453: tantulo enim discrimine inter se seiunguntur Hippodamia, Deidamia, Hippocratia, quantulo Deidamia, Laodamia, Hippodamia, quae nomina invenimus addita Bellerophontis filiae Wesseling. in Diod. V. p. 395, 65. At Propertium communi scriptorum consensui refragatum Pirithoi coniugi nomen Ischomachae fecisse credunt dictitantque cum alii, ut Turnebus Adv. XI. 16. p. 337, 14. Bachetus l. d. p. 156. Leopoldus in Plutarch. l. d. p. 73, Bodius l. d., tum Propertii interpretes omnes assensi Scaligero p. 401: „Potest fieri, ut et illud nomen apud quosdam Mythographos habuerit," et qui Propertium imitatus est, Publius Spinula l. 1 d. Qui primum hoc dicant, quae tandem ratio fuerit novo cognomine eam augendi, quam constat nec arborum ramis (*ἰσχομάχην* enim Passeratius ait esse *ὀσχομάχην*) ipsam pugnasse (vid. cap. IV. 4) et *Ἐγερσιμάχην* verius vel *Ἀγχιμάχην* (*Ἀμφιμάχην*) fuisse, quam *Ἰσχομάχην*, id quod Bachetus l. d. arguit. Deinde illud expediant (subiiciam enim iam ipse isti opinioni aliquod adminiculum, cui nemo adhuc intendit): quum et simillimas quasque fabulas etiam a peritioribus scriptoribus confundi saepissime solitas esse minime obscurum ac dubium sit et per Wesselingium in Diod. IV. p. 278, 82 et Heynium in Apollod. II. 5, 5. p. 364 (illos quidem immemores Salvagnii in Ovid. Ib. 406. p. 99. Munckeri in Hygin. 31. p. 91. Spanhemii in Callim. Del. 102. p. 406) in confessum venerit

Hippolyten, Dexameni filiam, de qua haec produntur: Ἡρακλῆς ἐπανῆλθεν εἰς Ὤλενον πρὸς Δεξάμενον· τῆς δὲ τούτου θυγατρὸς Ἱππολύτης συνοικιζομένης Ἀζᾶνι συνδειπνῶν Ἡρακλῆς καὶ θεασάμενος ἐν τοῖς γάμοις ὑβρίζοντα τὸν Κένταυρον Εὐρυτίωνα καὶ τὴν Ἱππολύτην βιαζόμενον ἀπέκτεινεν (Diod. l. d.), vocari ab Apollodoro et Ioanne Pediasimo V. p. 352, 23 (Ruhnk. Epist. Crit. II. p. 284) Mnesimachen, Deianiram ab Hygino, cui adiicere licet Lactantium in Stat. Theb. V. 263 et Mythographum II. 162. p. 130, 27 et locupletissimum illius confusionis testem Philargyrium l. d.: „Inter Lapithas autem et Centauros bellum fuit propter Hippodamiam sive Deianiram“, ut omittam Recogn. S. Clement. X. 21. p. 317. D: „vitiavit Iupiter — Hippodamiam et Hesiönen, quarum unam Hippodamiam Olenus habuit“ —: harum igitur rerum ratione habita expediant, quo sive errore sive consilio factum sit, ut Ischomachae potius, quam Mnesimachae: „Qualis Mnesimache“ locus daretur, iidemque excusent spretam hanc testatorum vocabulorum multitudinem: Qualis et Hippodame (ipodame marg. Voss. tert.). Qualis et Hippocrate. Qualis et Hippobote. Qualis et Hippolyte. Qualis Adrastine et quod omnium maxime promptum et propositum fuit: Qualis et Atracias (Carr. in Valer. Flacc. I. 141. p. 41. Oud. Apul. Met. IV. p. 296). Nec illud quidem docere supersedeant, quam et apposite et perspicue ad declarandam Ischomachae originem subiunctum sit hoc: Lapithae genus aut quantum valeat illud heroine cum sententia praeclarum tum in ea sede positum, qua legentium animis vel maxime infigi videatur. Verum ut singulis verbis ratio constet ac perspicuitas: ipsa oratio Qualis et Ischomache — heroine omnino improbanda est: nec enim habet, quo innixa stet. Quam quidem docti videntur sic interpretari, ut hoc dictum esse statuant: qualis et Ischomache incessu fuit vel illud: maxima toto corpore est et incedit vel Iove digna soror aut Pallas et (est omnino talis), qualis Ischomache fuit facie id est sive specie seu ore et vultu eo, quem praedicavit certe Ovidius Met. v. 216: „Cinctaque adest virgo matrum nuruumque caterva Praesignis facie“ cf. Prop. III. 12, 15: „Qualis Amazonidum — turma lavatur aquis. Qualis

et Eurotae Pollux et Castor arenis — Inter quos Helene nudis capere arma papillis Fertur.“ Nam Spinulae l. d. rationem, cui Hauptius videtur potuisse assensum praebere, silentio praeteriri praestat. Equidem rectius hunc arbitror institui ordinem: „Maxima toto corpore est et incedit vel Iove digna soror — et (incedit talis), qualis it Lapithae proles.“ Ipsa autem quae desideratur mentio puellae incessus decore inter paucas insignis ex interioribus repetita fuit litteris, quas cap. V. 4 strictim attigimus. Haec enim prodidit Callimachus: *τῆς βασιλίσσης τῶν Ἀμαζόνων ἦσαν θυγατέρες, αἳ Πελειάδες προσηγορεύθησαν· πρῶτον δ' αὗται χορείαν καὶ παννυχίδα συνεστήσαντο παρθενεύουσαι.* De quo saltationis genere quae nostra cura investigata infra 3 in Itonidis mentione leguntur proposita recolenti ecquod nomen videtur convenientius a poeta poni potuisse, quam Pliadis nomen et Pliadis Stonyches? Quod nomen aliunde a nobis supra erutum nequaquam abdite latet in memoriis codicum: Hysomace Borrich. Burm. pr. Histomace Askew. hyscomachae Groning. hiscomachae Dresd. Isonache Voss. quart. Hisonitae Leid. pr. hisconice Ment. Quae veri vestigia manserunt, postquam et verbum it adhaesit nomini proprio fere sic posito: Qualis et is, Stonache (ischomacae Reg.). Qualis iit. it et. et it Stonyche (cf. Lucan. IX. 717: Et Scytale. codd. Burm. p. 662: Eschithalis) et littera t in litteram c (histomace. hyscomachae. hiscomache), inde pervagatissima (ut Schmitzius de aspiratarum graecarum latinarumque pronuntiatione Progr. Durens. 1863. p. 7. 17 dixit, nos in Cinnae commentariis copiosius dicemus) describentium licentia in ch (hischomachae Hamb. Ischomene Exc. Scal.) verti coepta est, ut qui recte scribendi studio duci solerent librarii (ut Neap.) laberentur ad consectandum prodendumque nomen Ischomache ipsum quidem et sincerum et notum usurpatumque cum a comicis poetis (Fix. Steph. Thes. IV. p. 709. D) tum a Xenophonte Oecon. 6. 7. Maximo Tyrio XXXVII. 4. p. 225. Columella XI. 1, 5. 15. 12, 3. 5 (apud quem in aliquot libris extare Symachus, Scomachus, Schomachus testatur Schneiderus p. 496. 556) ac Sorano Vit. Hippocr. p. 1297, 48: *ὥς φησιν Ἱστόμαχος*, quod *Ἰσχόμαχος* esse non suspicatus est Dindorfius Steph.

Thes. p. 696.D. Cf. Euseb. Chron. Anecd. Paris. II. p. 145, 17 Ἰσόμαχος. Scal. Ἰσχόμαχος.

Iam vero nihil aptius ac dignius, quod Pliadis nomini subnecteretur, fuisse quam Hippodamiae Thessalicarumque puellarum mentionem manifestum ex iis est, quae de Itonidis assiduis choreis (χορείαις καὶ παννυχίδι) quaerendo exsequuti infra, quo loco modo diximus, proponemus. Unde non dubium est, quin quod videmus ad hanc speciem: „(it Stona) che Lapithae eo modo deductum, quo apud eundem Propertium III. 22, 5 „Ortygie et visenda“ sic depravatum cernitur: Ortygie visenda,[39]) id olim scriptum fuerit: „Stonache et Lapithae“ (vel Stonacho et, cf. V. 4 et II. 1. p. 26). Verba autem haec: Lapithae genus, quae latius patent quam Atracis genus, et ea res, quod Centauros potius, quam Eurytionem Centaurum (Prop. II. 24, 31. Paus. V. 10, 2) nominatos invenimus, facile persuadent non unam Hippodamiam hic dici ab Eurytione eiusque sociis (Tzetz. Chil. VII. 6. p. 238. Val. Flacc. I. 141) raptam, sed heroinas a Lapitha prognatas: „Lapithae genus, heroinae“, quas Centauris gratam rapinam fuisse idoneos habemus auctores Diod. IV. p. 315, 86: ἐπιβαλέσθαι ταῖς κεκλημέναις γυναιξὶ καὶ βίᾳ μίσγεσθαι. Palaeph. 1. p. 270, 17: ἁρπάζουσι τὰς γυναῖκας αὐτῶν. Schol. Lucian. Conviv. 1. p. 45: οἱ Κένταυροι μεθυσθέντες εἶτα ταῖς τῶν Λαπιθῶν γυναιξὶν ὑβριστικῶς ἐπιθέμενοι. Schol. Pind. Pyth. II. 85. p. 320: οἴνου ἐμφορησάμενοι ταῖς τῶν Λαπιθῶν γυναιξὶν ἀκολάστως ἐφώρμησαν. Tzetz. Hes. Scut. 178. p. 628, 18: οἱ γοῦν Λαπίθαι ὑβρίζοντες εἰς τὰς Ἑλληνίδας γυναῖκας πόλεμον συνεκρότησαν ἀμφότεροι, ubi liquet intercidisse verba (Λαπίθαι) καὶ οἱ Κένταυροι (ὑβρίζοντες). Ovid. Met. XII. 224: „Eurytus Hippodamen, alii, quam quisque probarant Aut poterant, rapiunt.“ Lact. Narr. Fab. XII. 4. p. 870: „cum plurimi ex utraque parte ob raptum matronarum conci-

39) Quod. Anal. II. p. 12 inchoavimus, exsequemur in Emend. Prop. libro. Nunc satis est afferre Ovid. Fast. I. 359 noxae. codd. plurim. nox et. Mythogr. III. 6, 3. p. 176, 8: „ambrosiae nectare“, quem locum sic emaculasse: „ambrosia et nectare“ nobis rectius videmur, quam Propertium I. 13, 29: „Iove digna et proxima Ledae“ Naekius in Caton. Ecl. 26. p. 154 hoc modo: dignae proxima.

dissent." Hyg. 33: „Centauri conati sunt rapere uxores Lapithis" et Lact. Stat. Theb. V. 262. Mythogr. II. 108. p. 111, 39. Sidon. Apoll. Carm. V. 233. cf. Iacobs. Philostr. Im. II. 3. p. 417. Cui sententiae suffragatur non modo ipsa codicis Dresdensis et editionis Regii memoria (ab Hertzbergio quidem p. 91 non enotata): heroinae, sed etiam levissima fides vel optimorum librorum.[40]) Similiter autem dicta sunt: „Lapithae genus, heroinae, Centauris medio grata rapina mero" atque a Silio XI. 25: „Iam vero Eridani tumidissimus accola, Celtae Incubuere" et Ovidio Met. XV. 120: „Quid meruere boves, animal sine fraude dolisque? 116: „Quid meruistis oves, placidum genus?" Verum hoc amplius censemus ad ipsum vocabulum heroinae (hieroinae Groning. I. 13, 31), quo commode usus est Politianus Nutric. p. 267: „veteres, divum genus, heroinas", temere descitum esse ab insolentiore nomine Othreinae, in quo consignando apud Plinium N. H. IV. 10, 17. p. 286: Othryonei" fere idem erratum esse invenimus in codicibus Toletano et Parisino quarto: enoryonei, in Snakenburgii codice enoricaeni, in Riccardiano Onorhione; quantum enim differt inter eroine et enoryne, onorhine? Nam et Lapitharum praecipua sedes fertur Othrys mons (Cerd. Virg. Aen. VII. 675. p. 115. A. Oberlin. Vib. Seq. p. 350) et Othreinas Othryos alumnas (Sen. Herc. Oet. 1538) recte dici declarat Suidas II. p. 1016, 11 Νωνακρίνη λέγεται ἡ Καλλιστώ (vid. Epist. de Varr. Atac. p. 10). Ovidius Met. VIII. 537: Calydonides Eueninae id est „habitantes iuxta Evenum fluvium" Gloss. cod. Arundel. ap. Heins. p. 594 (cf. Eleg. ad Messal. 33: Inachis Acrisione. Heins. Her. VI. 103. p. 81) et X. 183: „Tae-

---

40) Nam et hic hyscomachae in Groningano, lapithe in Neapolitano, lapite in Groningano extat et 4, 6 pro Hermionae in utroque Hermione et 18, 19 pro Thamyrae thamire, thamyce, in Neapolitano 25, 86 pro Leucadiae locadie, IV. 1, 95 pro Cinarae cinare et 103 pro Libyae lybie, quod contra factum est I. 2, 15 Phoebe. Neap. phaebae. III. 10, 30 Lampetie. Groning. Lampetiae. Neap. lampathiae. 13, 11 Dirce. Groning. Dircae. IV. 3, 43 Hippolyte. id. Hippolitae. Quibus alia adiicientur in libro Emend. Prop., qua de El. II. 20, 23 (III. 23 b, 2) explicabimus.

narides Hyacinthus“ (cf. Heins. l. d. VIII. 72. p. 113), quod cum *Περγαμίδης* Anth. Pal. App. II. p. 755, 83 aliisque componere fugit Meinekium Coni. de Anth. Gr. p. 238 sq. cf. Anal. Prop. I. p. 7. III. p. 14. Nomen Othreine autem quamvis nusquam lectum proferre non dubitavimus propterea, quod *Ὀθρηΐς*, quod miror omissum esse a Lobeckio Path. XI. 12. p. 469, extat apud Nicandrum fr. 44. p. 52, 53 et 39. p. 49 sive Antoninum Lib. 13. p. 214, 5. 9 et 22. p. 221, 26: *Εἰδοθέας νύμφης Ὀθρηΐδος* (quod ab Heynio in Apollod. p. 97 in *Ὀθρυΐς* mutatum omnes silentio praeterierunt) et Apollodorum I. 7, 2. p. 12, 27: *Ἕλληνος δὲ καὶ Ὀρσηΐδος Δῶρος*, cui allato testimonio Scholiastae Plat. Conviv. p. 376: *Ἕλληνος καὶ Ὀθρηΐδος — Δῶρος* reddidit *Ὀθρηΐδος* Dindorfius Steph. Thes. V. Add. [p. 20].[41]) Quam Nympham alio nomine licuit appellare *Ὀθρύαν νύμφην*, ut est *Αἰγύα κύων* apud Lycophronem Meurs. Misc. Lac. IV. 1. p. 249. Meinek. Steph. Byz. p. 234, 16. Nec iam vereri subit, ne quis forte secundum optimorum codicum fidem: lapithe, lapite et eorum doctorum, quos Hertzbergius p. 91 dicit, exemplum maiora molitus: Lapithes genus heroines hive hoc: Lapithes — Othreinae Hippodamiam sumat narretque filiam fuisse Nymphae eius, a qua urbs Lapithe nominata fuisse videatur Steph. Byz. p. 412, 9: *Λαπίθη πόλις Θεσσαλίας, ὥς φησιν Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς.* Oberl. Vib. Seq. p. 404.

Ergo Propertii illum locum existimo in hanc sententiam antiquitus scriptum fuisse:

Fulva coma est longaeque manus et maxima toto
Corpore, et incedit vel Iove digna soror —
Qualis et it Stonyche et Lapithae genus, Othreinae,
Centauris medio grata rapina mero.

---

41) Similia sunt *Νηρηΐς*, *Νηρηΐνη* et *Ἀτρηΐς*, *Ἀτρηΐνη*, de quibus accuratius dicendi in libro Emend. Prop. locus erit, ubi nomina doctis hominibus parum adhuc cognita proferemus *Φηγηΐνη* et *Σαλμωνίνη*. Nunc adiiciam Lobeckium nomina *Φιλυρηΐς*, *Μεροπηΐς*, *Φυλληΐς*, alia, quae cum nomine *Ὀθρηΐς* comparare commodum est, exsequutum Path. p. 469 nullam fecisse mentionem Scholiastae Aeschin. de fals. leg. p. 387. Dobs.: *τὴν Φυλλίδα οἱ μὲν Φυλληΐδα — ὀνομάζουσι* cf. Heins. Ov. Her. XIII. 35. p. 173 sq.

Mercurio suetis fertur Boebeidos undis
Virgineum Brimus tam placuisse latus.
Cedite iam, divae, quas pastor viderat olim
Idaeis tunicas ponere verticibus.

3.

Reddamus iam, quod supra promisimus. Etenim Hauptius Prooem. Ind. Lectt. Berol. Aestiv. 1864 haec scripsit p. 6: „Pflugkius apud Euripidem Herc. Fur. 471 censuit scribendum esse *ξύλον — Μαινάλου*. Quippe recordatus erat Propertiani versiculi V. 9, 15: Maenalio iacuit pulsus tria tempora ramo Cacus. Sed veremur ne intempestive eruditissimus homo carminis illius meminerit, neque enim tuto colligitur poetas Latinos ubicumque topicis nominibus quorum causas ignoramus carmina sua ornaverunt secutos esse incognitas nobis rationes. exemplum rei praebet aliud eiusdem Propertii carmen I. 3, 5: nec minus assiduis Edonis fessa choreis Qualis in herboso concidit Apidano. tacent interpretes illi quoque qui verbosissimi solent esse. Bacchanalia autem per Thessaliam multum celebrata ex nullo nobis testimonio constat. neque constitit Propertio, sed cum nomine Graeco et versum suaviter finire vellet et descriptionis quasi veritatem augere (habent enim eiusmodi nomina hanc vim, ut veritatis specie fallant etiam ignaros regionum), non magnopere quaesivit quod rei accurate congrueret, verum confusis fortasse Thraca et Thessalia Apidanum commemoravit neque propterea magna vituperatione dignus est. similiter Herculi Maenalium ramum videtur tribuisse: certe nulla hoc fabula explicari potest."

De Pflugkii quidem commento hic mittamus. Acrius vero intendatur iudicio, quo de veterum poetarum carminibus videmus pronuntiatum esse. Est profecto hoc insigne documentum laesae, quam ipse Hauptius de Propertii maxime arte et doctrina habet conservatque sanctissime, opinionis. Itaque quo gravissima iniuria tanti viri disputatione conflata defendatur: quod negat ille ullo nobis testimonio constare de Bacchanalibus per Thessaliam multum celebratis, id falso negat. Quamquam Schoenius quoque quo loco montes vallesque Bacchicis sacris

nobiles recensuit[42]) id ignorat, quod pro comperto attulerunt Delrius in Senec. Med. 384. p. 485 et Cortius in Lucan. I. 674. p. 174 „in vertice Pindi solitas esse Maenades bacchari“, non obscure significat Sidonius Apoll. Carm. V. 233: „Haemonias dum flammant orgia matres.“ Pindi autem et Othryos montium fluviique Apidani, in quem influit Enipeus ex Othrye ortus, nominibus Thessaliae situm recte definiri satis constat.[43]) Ut cum Propertio satis congruat Lucani locus I. 674: „qualis vertice Pindi Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo“ sive Odonis scribi mavis Drak. Sil. IV. 778. p. 237. a. Meinek. Vindic. Strab. p. 91 cll. 241. Ne quis autem acrius hoc pugnet verum esse, quod praeter alios dicit Scholiasta Lucani 674. 675. p. 105: „Pindi) mons est Thraciae“ (de qua re infra explicabitur) et interesse aliquid inter Propertii locum et Statii XII. 224: „Nocte velut Phrygia cum lamentata resultant Dindyma, pinigeri rapitur Simoentis ad amnem Dux vesana chori“: Edonidem cum omnibus licuit concitatissimam quamque Baccham dicere tum Lucano et Propertio in eius regionis mentione versantibus, in quam ex Thracia sacra Bacchica delata esse fabulae docent (cf. Stat. Theb. IV. 654 sq.). Quod qui reprehendit, dicat iam „veritatis specie fefellisse“ etiam Virgilium Aen. XI. 659:

42) De Eurip. Bacch. Hab. Scen. cap. X. p. 119 sq. Quo loco idem omisit Caucasum Wernsd. Him. Or. XIII. 7. p. 596. Teumesum Stat. Theb. V. 92. Pangaeum Sil. IV. 778. Sen. Oed. 434. Ismara Sidon. Apoll. Carm. V. 496 sq. Stat. Theb. VII. 685, quem locum praetermisit Lobeckius Aglaoph. p. 290. 295, et IV. 385 et Vet. Schol. Barth. p. 1049. Ovid. Met. IX. 641. Cir. 165 ac Rhodopen et arva Strymonis Hor. Carm. III. 25, 12. Sidon. l. d. cf. Ovid. Met. XI. 3. Barth. Stat. IV. 379. p. 1047. Schrad. Obss. I. 4. p. 40. Haemum Stat. Theb. IV. 654.

43) Constat id cum aliunde (Oberl. Vib. Seq. p. 353. 350 et 106. 73) tum ex Senecae Herc. Oet. versu 492: „Nessus — quem gravida Nephele Thessalo genuit duci, Qua celsus astris inserit Pindus caput Ultraque nubes Othrys eductus riget“ Claudianique B. Get. 177: Nil Rhodope — nil profuit Haemus Odrysiis. — Macedo miratur Olympum More pererratum campi: gemit irrita Tempe Thessalus et — Oeten Sperchiusque et virginibus dilectus Enipeus Barbaricas lavere comas; non obiice Pindi Servati Dryopes“ et Apollonii Rhod. II. 514: ὅσσ' ἐνέμοντο Ἀμπεδίον Φθίης Ἀθαμάντιον ἀμφί τ' ἐρυμνὴν Ὄθρυν καὶ ποταμοῦ ἱερὸν ῥόον Ἀπιδανοῖο.

„Quales Threiciae cum flumina Thermodontis Pulsant et pictis bellantur Amazones armis“, cuius audaciam non aemulatus est Silius II. 73: „Quales Threiciae Rhodopen Pangaeaque lustrant Saxosis nemora alta iugis cursuque fatigant Hebrum innupta manus“ et IV. 778: „Edonis ut Pangaea super — It iuga“, aemulatus est idem ipse Propertius IV. 4, 69: „Illa ruit, qualis celerem prope Thermodonta Strymonis abscissos fertur aperta sinus“, in quo loco magnopere laboravit Scaliger p. 587, mediocriter Hertzbergius p. 440.

Et his quidem — nolumus enim partem ab Iacobo Quaestt. Epic. II. 6. p. 176 sq. inchoatam explere — compertum est nihil dixisse eum, qui sua ipsius doctrina confisus nec illud exquisivit, cur maluerit poeta „veritatis specie fallere“, quam nomine „rei accurate congruenti usus versum suaviter finire“ sive hoc modo: Qualis in Ismariis concidit aggeribus (Theb. Parad. p. 97. Claudian. Ruf. I. 120) sive illo: „Qualis et assiduis Edonis fessa choreis Concidit in ripis, herbifer Hebre, tuis“ et fortissime affirmavit „Propertio de Bacchanalibus in Thessalia celebratis nihil constitisse“. Audacius igitur hoc quam verius dictum; verum magis illud mirum tanti viri subtilitatem et sagacitatem hic adeo defecisse, ut ipse quoque ferret nominibus Ariadnae et Andromedae subiunctam mentionem Maenadis cuiuslibet sive Threiciae sive Thessalicae.[44]) Qualem mentionem longissime a politissimi poetae elegantia (illa quidem spectata I. 2, 15 sq. 13, 2. II. 2, 9. 11, 1 sq.) abhorrere intellexerat, ut ego arbitror, Titus Stroza his Propertii locum imitatus Eleg. II. p. 993 Gher.: „Qualis erat roseis inodorae vallibus Aetnae Virgineo lusu languida Persephone: Qualis apud Xanthum nemorosa sedit in Ida Oenone socias inter Hamadryades: Qualis pinifero confecta caede ferarum Procubuit Cynthi fessa Diana iugo: Talis Coppari peragratis Anthia campis Lassa sub umbrosis

44) Hom. Il. XXII. 460: μεγάροιο διέσσυτο μαινάδι ἴση. Prop. IV. 4, 70: „Illa ruit, qualis — Strymonis abscisso fertur aperta sinu.“ Sen. Herc. Oet. 244. 701. Cerd. Virg. Aen. IV. 301. p. 422 E. Blomf. Aesch. Sept. 494 Gloss. p. 153.

concidit arboribus.“[45]) Itaque eo sententia nostra inclinat, ut reparandum censeam nomen Thessalicae nymphae et ea pulchritudinis laude celebratae, qua insignis fuisse dicitur Tyro,[46]) et Ariadnae Andromedaeque fortunae tam dissimilis (sic enim ut statuam faciunt Propertii verba: „Nec minus — fessa“), quam fuisse tradit Cyrenen Pindarus Pyth. IX. 20: *κεράϊζεν ἀγρίους θῆρας — τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν παῦρον ἐπὶ βλεφάροις ὕπνον ἀναλίσκουσα ῥέποντα πρὸς ἀῶ.* Qualis fuit Iodama, Itoni filia, Thebae ex Iove mater, ut Theb. Parad. I. 4. p. 63 sq. diximus. Ut non dubitem nominis Edonis, quod omnes a Propertio positum esse credunt, hanc mutationem edicere:

Nec minus assiduis Itonis fessa choreis
Qualis in herboso concidit Apidano

et Homeri exemplo commendabilem et illaboratam.[47]) Nec

---

45) Pauciora mutuatos a Propertio, ipsi Broukhusio p. 12 incognitos adiicere licet Basilium Zanchium p. 1453: „Qualis Hylam Mysorum agris dum quaereret amens Alcides ripa concidit Ascanii“ ac Baptistam Pignam p. 240: „Fessaque, cum nequeat flammis male sana mederi, Concidit herboso semisepulta toro.“

46) Nonn. XLII. 117. p. 1084: *Θεσσαλίδος δὲ Τυροῦς οἶδας ἔρωτα*, praeter Tyro, ut de multis paucas addam, Dia (Munck. Hyg. 155. p. 269. Sturz. Pherec. p. 204 sq. Nonn. VII. 125. p. 208: *Περῤῥαιβίδι Δίῃ* et XVI. 245. p. 452. Etym. M. p. 668, 17. Anecd. Ox. I. p. 370, 5: *Ζεὺς ὁμοιωθεὶς ἵππῳ περιέτρεχε. — Δύαν.* Recogn. S. Clem. X. 23. p. 318. B), Dexithea, Atracis filia (Schol. Ovid. Ib. 472. p. 469. Merk. Burm. in v. 473. p. 119 cf. Lobeck. Aglaoph. p. 601 — perperam enim videntur vocare Dosithoen, Thesiphilen —), Phthia (Aelian V. H. I. 15 sive Eust. Il. I. 155. p. 71, 9. Athen. IX. p. 395. A; nam alia adiiciemus eo loco, quo de Lact. Stat. Theb. III. 191. Hyg. 11. 69 explicabitur —), Cyrene Hyg. 161. Sturz. l. d. p. 149. *φιλοσκόπελος* Nonn. XLIV. 317. p. 1156. Cf. Claudian. Eutr. II. 200: pulchrae — Thessalides.

47) Hom. Il. II. 696: *Δήμητρος τέμενος Ἴτωνά τε μητέρα μήλων.* Herodian. *περὶ διχρον.* p. 297, 22: *τὸ γὰρ ἰτέαι ἐκτέταται ποιητικῶς· ὥσπερ καὶ τὸ Ἰτῶνά τε μητέρα μήλων.* Brunck. in Apoll. Rhod. I. 551. p. 214, ubi quod in codice Guelpherbytano extat *Ἰρινίδος*, id a Piersono Veris. II. 6. p. 200 non explicatum fortasse dubitari potest an fuerit *Γυρτωνίδος.* Illaboratam autem eam, quam fecimus, mutationem diximus et propter exempla V. 2. not. 21 exprompta et memores Stephani Byz.

illud quidem latet non Bacchicas hic dici choreas (Barth. Stát. Theb. II. 615. p. 574 sq.) vel Palladias (Sen. Herc. Oet. 367) aut eas, quas a Catullo Epith. Pel. et Thet. 288 memorari docuimus Electt. Crit. p. 21 sq. et Valg. p. 335 sq., sed quas Dianae ductas esse ab „Amazonidum niveis post proelia turmis“ (Claudian. R. Pros. II. 64) scribit CALLIMACHVS Dian. 241:

Οὖπι ἄνασσα περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
Πρῶτα μὲν ἐν σακέεσσιν ἐνόπλιον, αὖθι δὲ κύκλῳ
Στησάμεναι χορὸν εὐρύν.

De quo loco Meinekius minus recte explicavit Diatr. p. 173 sq. ratus primum saltatam pyrrhicham (*ἐνόπλιον*), tum depositis armis choreas circa simulacrum deae ductas fuisse narrari hoc modo: *περὶ βρέτας ὠρχήσαντο Πρῶτα μὲν ἐν σακέεσσιν ἐνόπλιον.* Nec omnia expediit Bergkius Ind. Lectt. Hal. Hib. 1864. p. V., qui: „Pyrrhichae, inquit, varia erant genera; testatur hoc inprimis Athen. XIV. 631. A. qui postquam bellicam dixit saltationem pergit: *πυῤῥίχη Διονυσιακή τις εἶναι δοκεῖ* —: Callimacho autem licuit vocabulo *πρύλις* utramque saltationem, quam Amazones in Dianae honorem edebant, comprehendere. Sed *περὶ* solitarium duriusculum: fortasse igitur scribendum est ut Iov. 52: *Οὖπι ἄναξ, σὲ περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο*; *ἄναξ* similiter Aeschylus fr. 333. Pind. Pyth. XII. 3.“ Ut enim alia omittam, nec placent verba *ἐν σακέεσσιν ἐνόπλιον*, quorum alterutrum supervacaneum est, aut ipsum *σάκος*, quod parum congruit cum lunato agmine,[48]) et in partem longe

p. 342, 12: *χώρα Ἰτώνη ὑπὸ τὸν Αἷμον.* Holsten. p. 151 *Ἠδωνή.* Anon. de Incred. I. p. 321, 7: *Ἤτωνος ἐν Θεσσαλίᾳ.* Claudian. Pr. Cons. Stil. I. 123: aedonas hiemes. Medic. tert. al. Sithonias Medic. quart. Cir. 64 codd.: sidonum. Scalig. edonum.

48) Vid. Cerd. Virg. Aen. XI. 663. p. 630. Barth. Stat. Theb. V. 145. Heins. Claudian. R. Pros. II. 62. p. 576. Beger. Thes. Br. II. p. 319. Stat. Theb. XII. 528. Sil. II. 80. Claudian. Nupt. Hon. 33 peltata cohors. Suet. Ner. 44. Iul. Valer. Gest. Alex. III. 71. p. 205. Paus. I. 41, 7: *Ἀμαζονικῇ ἀσπίδι ἐμφερές.* Quint. Smyrn. I. 147: *Ἂν δ' ἔθετ' ἀσπίδα δῖαν ἀλίγκιον ἄντυγι μήνης Ἥμισυ πεπληθυῖα.* Nonn. IX. 172: *Ἀσπίδας ἐκρούσαντο — σιδήρῳ* cf. Ep. Crit. p. XI. Propter ipsas autem Thessalarum virginum saltationes Amazonicas non alienum est hoc addi: quales peltae fuerint, Aristotelem exposuisse in Thessalorum republica Schol. Eur.

aliam, quam quo spectavit Meinekius, quaeri iubent illa: *αὖθι δὲ κύκλῳ*. Quare nos sic statuimus, ut eo errore sublato, qui confusis litteris *α* et *οι* ad reliquarum partium depravationem pertinuit,[49]) hanc censeamus restituendam esse sententiam:

πρύλιν ὠρχήσαντο
Πρῶτα μὲν ἐν στοίχοισιν ἐνόπλιον, αὖθι δὲ κύκλῳ
Στησάμεναι χορὸν εὐρύν.

Rhes. 311. p. 476. Hinc digredior ad Callimachi locum ne a Meinekio quidem perpurgatum Dian. 213: *ἀσύλωτοι δέ σφιν ὦμοι Δεξιτεροὶ καὶ γυμνὸς ἀεὶ παρεφαίνετο μαζός.* Cui loco Hauptius Ind. Lectt. Berol. Hib. 1858. p. 7 *ἀσύζωστοι* reddidit, Bergkius l. supra d. p. IV. *εὔζωστοι*, nos *ἀθήλυντοι* (quod *ἀθήλωτον* scriptum est in *ἑρμηνείᾳ λέξεων* Maxim. Schol. p. 3 Morel.) reddendum esse alibi probabimus: nihil enim frequentius fuit confusione litterarum *σ* et *ϑ*, *η* et *υ* (ut Tzetz. Chil. XI. 721 *τῷ ζήλῳ.* codd. *σύλλῳ*). Sunt autem humeri *ἀθήλυντοι* similiter dicti atque *ἀθήλυντον στέρνον* Boiss. Steph. Thes. I. p. 827 A et *μαζοὶ ἀθηλέες*, de quibus multum quaesivit Wernickius in Tryphiod. 34. p. 86 sqq. (omisso Eustathio Il. II. 569. p. 289, 35: *οἱ παλαιοὶ εὑρεθῆναι φασὶν — τὸν Ἀχιλλέα Ἀθηλέα*, de quo ita est in Anecd. Par. III. p. 271, 1: *παρὰ τὸ μὴ θιγεῖν χείλεσι θήλης*) et, ne plura addam, a Nonno XV. 329. p. 432: *Θηλύνης δὲ σίδηρον.* XXIX. 80. p. 744: *βολὴν θήλυνεν ὀϊστοῦ*, a Statio Theb. VI. 723 illud: „tigrin inanem — fulvo quae circumfusa nitebat Margine et extremos auro mansueverat ungues.“ Cf. Maxim. Schol. in Dionys. Areop. p. 79: *ἀμάλθακτον*) *ἄθελκτον, ἀθήλυντον, ἀνδρεῖον.* Pachym. Paraphr. p. 54: *ἀῤῥενωπόν τινα — ἀνδρίαν ἄθελκτον, ἀθήλυντον*, unde corrigenda sunt, quae leguntur in Anecd. Par. IV. p. 97, 1: *Ἀθή· σκληρὸν, ἀδάμαστον, ἀνδρῶδες*: fidem facit Suidas I. p. 136, 10. Nec illud vidit Cramerus, quae p. 136, 10 protulit, spectare ad eum Dionysii Areopagitae locum, de quo Pachymeres p. 54 sq. scripsit: *ἀῤῥενωποῦ σημασία καὶ λέξις ἐπὶ γυναικῶν ἀνδριζομένων καὶ ἀῤῥενοφρόνων λέγεται* et Maximus l. d.: *ἰστέον δὲ ὡς ἐπὶ γυναικῶν ἀνδριζομένων ἢ ἀῤῥενοφανῶν εἴρηται* fere ipsis iis verbis usus, quae in codice Coisliniano extant: *ἰστέον δὲ ὡς ἐπὶ γυναικῶν ἀῤῥενοφανῶν καὶ ἀνδριζομένων εἴρηται* cf. Albert. Hesych. I. p. 550. not. 25. Etiam illud adiiciam p. 187, 18: *Ὀλμειός — ὡς Σπερχειός, ὁποιός, Ἀλφειός* restituendum esse *Ἐπειός* (vid. Theb. Parad. II. 3. p. 126), non *Πηνειός*, quod inferri voluit Cramerus.

49) Vid. Pors. Eur. Med. 44. p. 20 et Elmsl. Heracl. 164. p. 69. Bast. Comm. Pal. p. 769. Boiss. Plan. Met. p. 188 et Nic. Eugen. IV. 282. p. 230 et Philostr. Ep. 68. p. 177 sq. add. Poll. IV. 15, 108. p. 413. *στοῖχος.* Ms. *σίχος*, unde hunc patet extitisse errorum proventum: *σοιχ*: *σακ. στοίχοισιν*: *σακέεσσιν.*

Ubi vocabulum *στοῖχος* (sic enim Graeci vocant chori seriem Schneid. Xen. Conviv. II. 20. p. 77) ita positum est, ut ab Aeschylo Pers. 372: *τάξαι νεῶν μὲν στῖφος ἐν στίχοις τρισίν*, Clemente Alex. Strom. VII. p. 766. D: *παραδείσοις ἐξησκημένοις ἐκείνοις τοῖς ἐν στοίχῳ καταπεφυτευμένοις εἰς ἡδονὴν ὄψεως* (cf. Apoll. Rhod. I. 29: *φηγοὶ — ἑξείης στιχόωσιν.* Iac. Achill. Tat. I. 1. p. 396. VIII. 5. p. 938), Eustathio Opusc. XXIII. 13. p. 199, 22: *κατὰ τὴν φιλοσοφουμένην συστοιχίαν τὴν ἐκλέγουσαν μὲν ἐν στοίχῳ τὰ ἀγαθὰ, ἰδίᾳ δὲ τὰ μὴ τοιαῦτα σκορακίζουσαν* cf. Iulian. Caes. p. 10, 9: *ἐν κόσμῳ προῆγεν.* Boiss. Philostr. Her. p. 359. Fidem nostrae coniecturae faciunt Apuleius Met. X. p. 734 (quo teste usi sunt Cerda Virg. Aen. V. 585. p. 562. D. Meursius Lycophr. 249. p. 1210. Lindenbrogius Amm. Marc. XVI. 5, 10. p. 188, non item Muellerus Dor. II. p. 250. 336 sq.): puelli puellaeque — Graecanicam saltantes pyrrhicham dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant nunc in orbe rotarum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi“ (cf. Salm. Spart. Hadr. 19. p. 179) et, ut praeteream Platonem Legg. VII. 6. p. 796: *πανοπλίᾳ δὲ παντελεῖ κοσμηθεῖσα (ἡ Κόρη) οὕτω τὴν ὄρχησιν διαπεραίνει· ἃ δὴ πάντας μιμεῖσθαι πρέπον ἂν εἴη κόρους τε ἅμα καὶ κόρας* ac Dionysium Hal. II. 48: *παρθένος εἰς ἱερὸν ἦλθεν Ἐνυαλίου χορεύσουσα.* Lobeck. Aglaoph. p. 1096. not.), Statius (quem neglexerunt Oudendorpius Apul. l. d. et Iacobsius Philostr. Iun. Im. X. p. 647 sq. ipsi Merrickio in Tryphiod. 354. p. 316 sq. consideratiores) Scyreidum puellarum pyrrhicham his complexus Achill. II. 156: „Multiplicantque gradum, modo quo Curetes in actu Quoque pii Samothraces eunt: nunc obvia versae Pectine Amazonio, modo quo citat orbe Lacaenas Delia.“ De hoc autem saltationis genere, quod significavimus supra 2, memoriae prodidisse eum, quem sequutus est Propertius, Alexandrinum poetam, sive Callimachus is fuit sive Euphorio seu Rhianus, non dubio indicio intelligitur Simonidis Genealogi, de quo in Etymologico Magno p. 479, 48 haec leguntur: *φησὶ δὲ ὁ γενεαλόγος Σιμωνίδης Ἰτώνου θυγατέρας γενέσθαι δύο, Ἀθηνᾶν καὶ Ἰοδάμαν, ἃς ἐζηλωκυίας τὴν ὁπλομαχικὴν εἰς ἔριν τὴν εἰς ἀλλήλους χωρῆσαι καὶ ἀναιρεθῆναι τὴν Ἰοδάμαν ὑπὸ*

τῆς Ἀθηνᾶς et apud Tzetzam Lyc. 355. p. 554 (Eudoc. p. 322. Phavor. v. *Ἴτων* cf. Muell. not. 7): *αὐτὴν ἐθεοποίησαν οἱ Ἕλληνες καθάπερ καὶ τὴν πολεμικωτάτην Ἀθηνᾶν Ἰτωνίου μὲν ὑπάρχουσαν θυγατέρα, Ἰοδάμας*[50]) *δὲ ἀδελφὴν, ἣν Ἰοδάμαν ἀντιπολεμοῦσαν Ἀθηνᾶ ἀνεῖλεν, ὥς φησι Σιμωνίδης ὁ γενεαλόγος* cf. Beg. Thes. Brand. I. p. 480 sq. Naek. Choeril. p. 143. Ut ab Iodama liceat repetere Thessalorum consuetudinem pro bello nominandi saltationem, de qua Lucianus Salt. 14 (Muell. Dor. II. p. 250): *ἐν μέν γε Θεσσαλίᾳ τοσοῦτον ἐπέδωκε τῆς ὀρχηστικῆς ἡ ἄσκησις, ὥστε τοὺς προστάτας καὶ προαγωνιστὰς αὐτῶν προορχηστῆρας ἐκάλουν* cf. Meurs. Lyc. l. d. Heyn. Hom. Il. XVI. 617. p. 242 sq. Wernick. Tryphiod. 559. p. 434, unde Horatii versui Carm. I. 2, 37: „nimis longo satiate ludo“ lucem affundi indicavit Bernhardyus cf. Garat. Cic. Mil. 12. p. 195. Nonn. XVII. 156. p. 472: *Δυςμενέων ἤμησε γονὰς γαμψώνυχι χαλκῷ Τεύχων κῶμον Ἄρει.* Northmor. Tryphiod. 36. p. 91.

Cap. VIII.

1.

Perficiamus rem supra (VII. 3) inchoatam. Et primum quidem dicendum videtur esse de EVRIPIDIS verbis Herc. Fur. 470 sq. hisce:

Εἰς δεξιὰν δὲ σὴν ἀλεξητήριον
Ξύλον καθίει Δαιδάλου ψευδῆ δόσιν.

De quibus Hauptius l. d. reprobatis consiliis Bergkii et Pflugkii, quorum ille Vulcanum Daedalum vocari sibi persuasit,

---

50) Ubi pro *Ἰοδάμας* codices praebent *Ἰοδάμου*, ut apud Harpocrationem p. 61, 1 *κατὰ Νεαίρας* Marcianus pr. *νεαίρου* et apud Stephanum Byz. *Φθίου* pro *Φθίας* Holsten. p. 344, alia ap. Bast. App. Epist. Crit. p. 11. Meinek. Alciphr. I. 26. p. 101. Unde miror neminem (Meinek. Euphor. fr. 149. p. 152. O. Schneid. Nicandr. p. 57. not. 2) suspicatum esse Scholiastae Theocriti XIII. 7. p. 354: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος Φιλοδάμου καὶ Κύηκος* haec reddenda esse: *ὁ Ῥόδιος Θειοδάμαντος, Νίκανδρος δὲ Φυλοδάμης καὶ Κήϋκος.*

hic nomen *Μαινάλου* reparandum esse censuit, hac disputatione absolvit p. 7: „Egregiam et veram esse existimamus emendationem qua Hermannus hos versus restituit: *εἰς δεξιὰν δὲ σὴν ἀλεξητήριον ξύλον καθίει δαίδαλον, ψευδῆ δόσιν.* Nam quod Elmsleius obicit *δαιδάλεον* apud Atticos poetas inveniri, non inveniri *δαίδαλον*, neque si verum esset faceret momentum (nulla enim cogitari potest causa cur hoc vocabulum tragicae poesi minus convenire putemus, quam epicae et lyricae) neque verum esse Aeschyli versus docet Eum. 635: *ἐν δ' ἀτέρμονι Κόπτει πεδήσασ' ἄνδρα δαιδάλῳ πέπλῳ.* De quo autem maxime artificio aut ornatu Euripides cogitaverit cum *δαίδαλον* dixit Herculis *ἀλεξητήριον ξύλον* etsi certe declarari non potest, tamen non inepte putabimus obversatam esse eius animo clavam cui infixi essent clavi aenei vel ex alio metallo facti. Eiusmodi clavas gestasse Assyrios qui Xerxen sequebantur Herodotus narrat VII. 63 *ῥόπαλα ξύλων τετυλωμένα σιδήρῳ*, in quibus verbis explicandis Steinius mirabiliter lapsus est: evitavissetque errorem, si legisset quae Diodorus Siculus dixit III. 33 *ῥόπαλον τύλους ἔχον περισιδήρους.* Ne quis vero haec aliena putet utpote barbara, consimile est Homericum illud sceptrum *χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον.* tum cynicus philosophus Herculis simia ita describitur ab Alciphrone III. 55: *στελέχῳ πρινίνῳ ἐπερειδόμενος· ἦν γὰρ ἀντὶ τοῦ πυκνώματος τῶν ὄζων χαλκοῖς τισιν ἥλοις ἐμπεπαρμένην φέρων βακτηρίαν*". Haec est viri eruditissimi disputatio. Cui — mira fides — ipsa ea desunt, quae ad stabiliendam Hermanni sententiam non modo maxime idonea sunt, sed necessaria: dico autem eorum scriptorum testimonia, qui Herculis stipitem *χαλκοβαρῆ*, clavatum fuisse memorant. Sed institutum nostrum fert, ut rem altius repetamus diligentiusque, quaecunque de hac re monumentis litterarum variant, exsequamur ipsi convulsa tota Hauptii disputatione contrariae de Euripidis loco sententiae auctores futuri.

Constat autem Herculis clavam Homeri et Hesiodi carminibus fuisse indictam (Schol. Il. V. 404. p. 160, 44: *οὐδέποτε οἶδεν ὁ ποιητὴς Ἡρακλέα ῥοπάλῳ χρώμενον.* Hes. Scut. 122—140). Inde duplex fama: alteri a Stesichoro auctore eam mentionem repetunt (Wess. Diod. I. p. 28, 25. Lobeck.

Aglaoph. p. 403), alteri a Pisandro sive quis alius fuit Heracleae scriptor.[51] Nec de materie clavae non diversa utrique tradiderunt. Namque a Stesichoro stipitem memoratum esse testatur Megaclides.[52] Stesichorum sequuti sunt praeter eos, quos commemoravit Meinekius Exerc. in Athen. I. p. 25, Euripides l. d. et 995. poeta trag. p. 704 fr. *ἀδεσπ.* 344. Lucianus Quom. Hist. Conscr. 10. Plutarchus Lycurg. 30 *δέρμα καὶ ξύλον ἔχων.* Sextus Empir. adv. rhet. II. 105. p. 308. Cornutus 30. p. 188 sive Eudocia p. 218[53] et aliis vocabulis usi

---

51) Strab. XV. p. 688: *τῶν δὲ κοινωνησάντων αὐτῷ (Ἡρακλεῖ) τῆς στρατείας ἀπογόνους εἶναι τοὺς Σίβας σύμβολα τοῦ γένους σώζοντας τό τε δορὰς ἀμπέχεσθαι καθάπερ τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸ σκυταληφορεῖν καὶ ἐπικεκαῦσθαι βουσὶ καὶ ἡμιόνοις ῥόπαλον — ἡ τοῦ Ἡρακλέους δὲ στολὴ ἡ τοιαύτη πολὺ νεωτέρα τῆς Τρωικῆς μνήμης ἐστὶ πλάσμα τῶν τὴν Ἡράκλειαν ποιησάντων εἴτε Πείσανδρος ἦν εἴτ' ἄλλος τις· τὰ δ' ἀρχαῖα ξόανα οὐχ οὕτω διεσκεύασται.* Suid. l. infra affer. Diss. Expl. ad Pind. Isthm. V. p. 525 sq. Muell. Dor. I. p. 443 sq. Lob. Aglaoph. p. 403. Heinrich. Prolegg. ad Hes. Scut. p. LXX. Osann. Cornut. 31. p. 367. Politian. Nutric. p. 267: „Nec quae magnanimum nodosae robore clavae Instruit Alciden, nullum nomenque decusque Conciliat sterili Pisandri Musa Camiro."

52) Vid. Athen. XII. p. 512. F et Eust. Il. XXII. 444. p. 1279, 8: *τοῦτον — οἱ νέοι ποιηταὶ κατασκευάζουσιν ἐν ληστοῦ σχήματι μόνον περιπορευόμενον ξύλον ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ τόξα* (*τόξον* Eust.) *καὶ ταῦτα πλάσαι πρῶτον Στησίχορον,* quae a Luzacio Valckenarioque Eur. Diatr. XIX. p. 204. b. his numeris adstricta esse: *Ξύλον τ' ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ βέλη* incompertum habuit Bergkius fr. 54. p. 647.

53) Cornut. l. d.: *τάχα δ' ἂν ἡ λεοντῆ καὶ τὸ ῥόπαλον ἐκ τῆς παλαιᾶς θεολογίας ἐπὶ τοῦτον μετηνεγμένα εἴη — ξύλῳ μόνον ὡπλισμένον.* Eodemque modo plerique *λεοντῆν καὶ ῥόπαλον,* ut Dio Chrys. I. p. 14, 62. 64, 47 et VIII. p. 286, 30. Phil. Iud. p. 776 et Dio Cass. LIX. p. 931, 32. Herodian. I. 14, 16 et Anecd. Par. II. p. 380, 27. Philostr. Iun. Im. 12. p. 133, 12. Poll. IV. 117. p. 419. Diogenian. II. 57. p. 193 sive Apostol. II. 80. Io. Tzetz. Exeg. in Il. p. 23, 8. Lucian. Herc. 1: *τὴν διφθέραν ἐνῆπται τὴν τοῦ λέοντος καὶ τὸ ῥόπαλον ἔχει ἐν τῇ δεξιᾷ,* a quo de Omphale etiam clava Herculis instructa Quom. Hist. conscr. 10. Beg. Thes. Brand. III. p. 729 leviter dissentit Libanius Decl. IX. p. 348. D: *Λυδὴ τὴν λεοντῆν περιείλετο.* Donat. Ter. Eun. V. 7, 3: „quum ipsa calathum et colum cultusque femineos sagittis et clava leonisque tegmine mutasset", a quo scriptum fuisse: ipsi prave statuit Barthius Stat. Theb. X. 643. p. 1226. Add. Burm. Anth. Lat. II. 119, 79. p. 269 sq. Eckh. Doctr. Numm. III. p. 113.

auctor hymni Orph. 11, 15: *κλάδον ἐν χερὶ πάλλων*[54]) et Geminus Anth. Pal. II. p. 655. v. 1: *Ἥρακλες, ποῦ σοι πτόρθος μέγας;* ac Philippus p. 656. v. 4: *βαρύπους ὄζος ὁ θηρολέτης* et quos infra afferemus, Apollonius, Callimachus, Alciphron, praeter hos latini poetae, qui aut stipitem usurparunt, ut Seneca Herc. Fur. 1029. Ag. 838. (Hipp. 323 clava). Herc. Oet. 208. 1449. 1453 et quibus locis infra dicemus, truncum, ut idem Herc. Fur. 625 aut ramum, ut Propertius IV. 9, 15 et Statius Theb. XI. 48. Nec latet, quae eius clavae fuerit materies. Oleam enim affert Apollonius Rhodius IV. 1439: *στιβαρὸν δ' ἔχεν ὄζον ἐλαίης* cf. Cerd. l. d., oleastrum reliqui, ut Theocritus, Erycius.[55]) Quibus plenius edidit testimonium Pausanias II. 31, 13 hoc: *πρὸς τούτῳ τῷ ἀγάλματι τὸ ῥόπαλον θεῖναί φασιν Ἡρακλέα· καὶ (ἦν γὰρ κοτίνου) τοῦτο μὲν, ὅτῳ πιστὰ, ἐνέφυ τῇ γῇ καὶ ἀνεβλάστησε αὖθις καὶ ἔστιν ὁ κότινος πεφυκὼς ἔτι.* Rem Pausania auctore tradiderunt Natalis Comes VII. 1. p. 694. Coelius Rhodig. Lectt. Ant. XII. 19. p. 848 G. Cerda l. d. Galeus

54) De quo fugit commemorare, quos omisit Lobeckius Aglaoph. p. 1323, Salmasium Vop. Firm. 3. p. 700 et Capit. Anton. P. 12. p. 279 et Ex. Plin. p. 234. b. F et Dacerium Fest. p. 344 nihil differre clavam et *κλάδον* arbitratos, non fugit Cerdam Virg. Aen. VIII. 250. p. 187. A. D.

55) Theocr. XXV. 207: *ἐτέρηφι δὲ βάκτρον Εὐπαγὲς, αὐτόφλοιον, ἐπηρεφέος κοτίνοιο, Ἔμμητρον· τὸ μὲν αὐτὸς — σὺν πυκινῇσιν ὁλοσχερὲς ἔσπασα ῥίζης* (Schol. p. 449, 4: *Ῥόπαλον στερεόν. Σὺν τῷ αὐτῷ φλοιῷ δασέος ἀγριελαίας. Ἔμμητρον ἤγουν σύῤῥιζον* cf. Antiph. Vol. III. Com. Gr. p. 129) et v. 257: *ἀγριέλαιον* (Schol. p. 449, 44: *τὸ ἐξ ἀγρίας ἐλαίας ῥόπαλον* cf. Beckm. Aristot. Mir. Ausc. 52. p. 107) et, quem neglexerunt Cerda l. d. C. et D et Burmannus Val. Flacc. I. 634. p. 115 et Grat. Cyn. 131. p. 112, Erycius Anth. Pal. IX. 237, 4: *σκυτάλην ἀγριέλαιον* cf. Diod. l. not. 56 affer. — nam omitto Triclinium Schol. Theocr. XVII. 28. p. 419, 5 *πικρὰν ἀμυγδαλῆν* memorantem et Callimachum Epigr. XXXIV. *φήγινον ὄζον* — et Lucian. Dial. Mort. XI. 3: *εὐξάμην Ἀντισθένην ἀποθανεῖν, ὡς κληρονομήσαιμι τῆς βακτηρίας αὐτοῦ· εἶχεν δὲ πάνυ καρτερὰν ἐκ κοτίνου ποιησάμενος.* Schol. *ἐξ ἀγριελαίου* (ut Geopon. X. 86, 3. p. 779: *κότινον — τουτέστιν ἀγριελαίαν.* Paschal. Coron. VI. 18. p. 399 sq.), quem locum nec Bourdelotius satis explicavit nec Menagius Diog. Laert. VI. p. 8. Vol. II. (cf. Theocr. VII. 18: *ῥοικὰν δ' ἔχεν ἀγριελαίω Δεξιτερᾷ κορύναν.* Leonid. Anth. Pal. VI. 35, 3. p. 196: *εὐστόρθυγγα κορύναν*).

in Palaeph. 37. p. 47. Begerus Thes. Brand. II. 279. 112, in meris nugis numeravit Neapolis in Ovid. Fast. I. 575. p. 56 ille quidem non hoc assequutus ad vulgandam eam famam aliquo modo valuisse et eam rem, quod Herculis truncus *ἔμμητρος* fuisse crederetur[56]) et quod Plinius refert N. H. XVI. 43, 84. p. 60: „his autem maior ad firmitatem causa tempestivae caesurae, quam immaturae, quippe quum ex olea, durissimo ligno, cardines in foribus diutius inmoti plantae modo germinaverint“ atque Virgilius, quem attulit Galeus l. d., Georg. II. 30: „Quin et caudicibus sectis — mirabile dictu — Truditur e sicco radix oleagina ligno“ cf. Cerd. p. 291. Durissimum igitur lignum fuisse Plinius et hoc loco tradit et c. 40, 76. p. 54: „Omnibus, quae diximus, spissa firmitas. Ab his proxima est cornus — ilex item et oleaster et olea atque castanea“ et, cui certam iam videmur posse lucem affundere, GRATIVS Cyn. 127:

---

56) Vid. Schol. Theocr. et Antiphan. l.. not. 55 d., quorum hic: *Ἔμμητρον ἂν ᾖ τὸ ξύλον, βλάστην ἔχει.* Unde non dubito Diodoro Siculo XVII. p. 237, 10: *γυμνὸς ὑπαληλιμμένος, ἔχων πῖλον σύμμετρον — διὰ τὴν περὶ τὸ ῥόπαλον ἰδιότητα τὴν πρόσοψιν Ἡρακλεωτικὴν εἶχεν* pro *σύμμετρον* restituere *σύμμητρον* vel potius *ἔμμητρον* illud quidem et ab *εὔμετρον* (Dorv. Char. p. 551. Wyttenb. Ep. Crit. p. 232) et a *σύμμετρον* (Theb. Parad. p. 458) tenui discrimine seiunctum, *πῖλον* autem, quod Hemsterhusius Wesselingiusque *ῥόπαλον* fieri iusserunt (quam quidem vocem in eodem loco videmus manere incorruptam), nescio an tutius sit extendi in *ἀγριέλαιον*, quo etiam Cospi interpretatio: serto ducere videtur; namque „Hercules nunc populum capite praefert, nunc oleastrum“ Tertull. Cor. Mil. 7. Callim. fr. 414. p. 301. Paschal. Coron. VI. 18. p. 401 sq. IV. 2. p. 205. Nec magis dubito hoc affirmare iam olim illud vocabulum tantae fraudi fuisse grammaticis Schol. Aristoph. Plut. 586. p. 356, 22 et Suid. II. 1. p. 361, 18, ut et alieno loco adderent *εἰς τοὺς στεφάνους* (*ἀφίησί τε τοὺς πτόρθους ὥσπερ ἡ μύρτος, εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρους*) et comminiscerentur *καρπόν* (*ἀπὸ ταύτης λαβὼν καρπόν*), quod non extat apud Aristotelem Mir. Ausc. LII. p. 103: *ἀφίησί τε τοὺς πτόρθους ὥσπερ ἡ μύρτος εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρως, ἀπὸ ταύτης δὲ* (om. Schol. l. d.) *φυτὸν λαβὼν ὁ Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν.* Et huius quidem loci pristinus status fuisse videtur hic: *ἔμμητρον ἀπὸ ταύτης φυτὸν λαβών.* Ceterum *ἔμμητρος* unius Theophrasti interposita auctoritate in Steph. Thes. III. p. 843. C in ordinem receptum est.

Disce agedum et validis delectum hastilibus omnem.
Plurima Threicii nutritur vallibus Hebri
Cornus et umbrosae Veneris per litora myrtus
Taxique pinusque Altinatesque genistae
Et magis incomptus operae Lutoser agrestis
Termes: ab Eois descendit virga Sabaeis.

Quae enim verba codex tenet: incomptos opera lutores agestis, ea in comploratis numerari coepta Heinsio et Burmanno, quorum ille proposuit: „Et maris incomptus ripis oleaster agrestis Termes“, hic: „Et magis incomptus oleae nodosus agrestis Termes“, de reparanda oleastri mentione assensus hac arte restituenda arbitror:

Et magis incomptus superat truce ab Hercule gestus
Termes

idque eo probabilius, quod et redditur ipsum id verbum, quod simile illis nutritur. descendit vel maxime desideratur: superat (Tit. in Nemesian. Cyn. 115. p. 378. Cort. Lucan. II. 657. p. 298) sive superest (Burm. Ovid. Trist. II. 68. p. 506 et Val. Flacc. V. 237. p. 437) et sententiam atque orationem probant Virgilius Georg. II. 183: „tractu surgens oleaster eodem Plurimus“ et Claudianus R. Pros. III. 360: „Et magis enodos properat prosternere cedros“, et qui trucem Herculem nominarunt, Martialis IX. 26, 7. Statiusque Theb. XI. 46 cf. cap. I. 4. not. 2. p. 15. Gratio autem cum pino taxoque oleastrum componenti subiungere Scholiastam Barth. Stat. Theb. IV. 155. p. 950: Pineus stipes) clava pinea, quia tenax materia nec gravis. Indicat habitu et armis se demonstrasse cultores Herculis“ idcirco attinet, quod Burmannus Val. Flacc. I. 634. p. 115 his: „Pineam clavam Herculis fuisse ostendit Scholiastes —, quamquam id ex Statii verbis non necessario conficitur“ parum considerate arguit a grammatico id dictum esse, quod non est dictum. Aut iam omnes nunc pugnent ex piro silvestri — ut myrtum nunc omittam Schol. Stat. Theb. IV. 299, de quo infra 2 videbimus — factam fuisse Herculeam clavam (Prop. IV. 9, 39. Prudent. Hamart. 402), nunc narrent inauratam; nimirum huius sententiae testem profiteri licet Philonem p. 776 de Caligula haec referentem: *λεοντῆν ἐλάμβανε καὶ ῥόπαλον, ἀμ-*

φότερα ἐπίχρυσα διακοσμούμενος εἰς Ἡρακλέα, illius sententiae locupletissimum, si credere Burmanno atque Hauptio fas est, testem quem producam habeo Alciphronem III. 40. p. 125, 12: ῥόπαλον ἐξ ἀχράδος πεποιημένον μετὰ χεῖρας ἔχων, quem qui Cynicos philosophos „habitu et armis se demonstrasse cultores Herculis scytalosagittipelligeri" (Tertull. de Pall. 4) comprobavit Savaro Sidon. Apoll. Ep. IV. 11. p. 261 et Carm. XV. 197. p. 153 (cf. Oud. Apul. Met. XI. p. 769. Boiss. in Crat. Epist. p. 180. Mss. Reg. X.) non magis commemoravit, quam Lucianum Fugit. 14: ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχων et Vit. Auct. 8. Dial. Mort. XVI. 2: τὸ τόξον, τὸ ῥόπαλον, ἡ λεοντῆ. Sed quid plura in re evidenti argumenter? Neque ipse ille Scholiasta haec Statii verba II. 613: „Chromis Tyrii demissus origine Cadmi — audax iaculis et capti pelle leonis Pinea nodosa quassabat robora clava" interpretatus ullam intulit Herculeae clavae mentionem p. 576: leonis) quem ipse ceperat. Intellige in venatione ipsum leonem cepisse et decoriasse. Pinea robora) bene addidit nodosa. Nam pinus alioquin non apta talibus ob infirmitatem." Quae quum ita sint, aptissime videor memoria repetere, quae de Polyphemi clava scripsit Homerus Od. IX. 319: Κύκλωπος — μέγα ῥόπαλον — Χλωρόν, ἐλαΐνεον· τὸ μὲν ἔκταμεν, ὄφρα φοροίη Αὐανθέν cf. Eust. p. 1361, 25: τὸ δὲ ἔκταμεν οἱ ἀκριβέστεροι ἔσπασε γράφουσιν. ἐχρῆν γάρ φασι τὸν τηλικοῦτον Κύκλωπα καὶ αὐτόπρεμνον ἐκσπάσαι τὸ φυτόν. Eiusmodi autem stipitem non mirum est a multis robur appellatum esse (Vet. Schol. Stat. Theb. IV. 301. p. 1012: „clava seu robore"), ut ab Virgilio Aen. VIII. 320, Statio Silv. III. 1, 35. Theb. IV. 163. Valerio Flacco I. 634. II. 534. Seneca Herc. Fur. 800 et quos neglexerunt Cerda Aen. p. 182. D. 187. D. et Burmannus Val. p. 115, Martiale IX. 43, 4 et Nemesiano Laud. Herc. 112; nodosum robur autem (quale cernitur in Thes. Brand. I. p. 468. II. p. 112. 278 et in nummo ap. Drak. Sil. III. 33. p. 126) a Theocrito XVII. 31: σκύταλον κεχαραγμένον ὄζοις, Virgilio: nodisque gravatum Robur", Valerio II. l. d.: „vastos nodosi roboris ictus", Nemesiano l. d. ac Seneca Herc. Fur. 1119: „stipesque potens Duris oneret pectora nodis", a quo eodem usurpatur nodus

in Herc. Oet. 1661: „Hic nodus, inquit, nulla quem capiat manus, Mecum per ignem flagret, hoc telum Herculem tantum sequatur.“ [57]) Denique rem, quam satis multis exemplis ostendimus, plane declarant et Statius Theb. VII. 716: „iam fraxineum dimiserat hastae Robur“ et qui robur idem esse ac truncum, arborem in nodum curvari eam, quae

57) Idem Herc. Fur. 1118: „caedant humeros Robora fortes“ sic robora posuit, ut Ducas 22. p. 127, 21: ἐκφοβῶν τὸν κύνα διὰ τῶν ῥοπάλων ὡς Ἡρακλῆς et Statius Theb. II. 619: „Pinea nodosa quassabat robora clava“, ubi quod verisimiliter emendatum esse Duebnerus dicit: nodosae robora clavae, id ipsum invenio scriptum in Anth. Lat. V. 9, 9 (1624. p. 226): „Num tegit Alcides nodosae robora clavae“, et a Baptista Pigna, quo carmine virginem prae nimio Herculis amore in Rhopalon resolutam finxit p. 241: „retinet nodosae robora clavae Radice intorta, dicitur et Rhopalos“ cf. Politian. Nutric. p. 267: „nodosae robore clavae.“ Sil. VIII. 586: „quae Buxentia pubes Aptabat dextris irrasae robora clavae cf. XIV. 320 et Stat. Theb. VII. 716: „hastae robur“, quibus locis uti licuerat Cerdae Virgilii verba: „ramis saxisque molaribus“ p. 187. A secus interpretato. Etiam Valerium Maximum adiiciam II. 7, 8: „lictorum verberibus lacerandus, in acie acceptorum vulnerum nodosis ictibus cruore renovato“, qui plus sibi permisit, quam Propertius IV. 1, 25: „Verbera pellitus setosa movebat arator“ (cf. Lob. Aglaoph. p. 682 not.). Sil. XIII. 565: „saxosa incendia torquet.“ Sed stipitis nodi a Seneca sic memorantur, ut nodosus stipes in Thesei mentione ab Ovidio Her. X. 101 et in mentione Dioxippi a Curtio IX. 7, 29: „dextra validum nodosumque stipitem praeferebat“ similiterque ab Apuleio Met. I. p. 22: „Aesculapii baculo, quod ramulis semiamputatis nodosum gerit“, de quo vid. Pric. p. 144 cf. Schol. Theocr. IV. 49. p. 172, 20: ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὅτι κλάδοι καμπύλοι εἰσὶ καὶ ὄζους ἔχοντες πλείστους. Quod autem idem Seneca telum ait: non in armis modo (Virg. Aen. X. 319. Val. Fl. III. 169), sed etiam in telis clava recte numeratur Paul. Diac. Exc. p. 47: „Clava teli genus, qua Hercules utebatur.“ Iso in Prudent. περὶ στεφ. X. 285. p. 351: „lancea, hasta Herculis. baculus Herculis.“ Dac. Fest. p. 389. Ernst. Nep. Datam. XI. 3. p. 400. Stat. Theb. VII. 276: „Tela rudes trunci.“ IV. 302: „his tela sudes;“ omitto enim Senec. Herc. Fur. 1053. Oet. 1404 cf. 1453 et Fur. 1230 sq., verum perspicue Curtius IX. 4, 14: „de exercitu Herculis maiores suos esse memorant — pelles ferarum pro veste, clavae tela erant.“ De qua re vel ex iis existimari potest, quae de clavis a pastoribus gestari solitis infra in explicatione Prop. IV. 9, 15 proferentur. Cf. Stat. Theb. XI. 33: rustica tela (VII. 262: „pastoralia Fauni arma“). Markl. Silv. V. 2, 48. p. 359. De Prop. IV (V). 9, 39 in Emendationum libro dicemus.

curvatura nodos efficiat, docuit Marklandus Silv. II. 3, 2. p. 232 et Gratius Cyn. 138: „Numquam sponte sua procerus ad aera termes Exiit“ quaeque Burmannus in v. 131. p. 112 disseruit. [58]) Quare et Apollinem pastorem et Amycum Bebrycem baculo silvestris oleae usum fuisse perhibent Heins. Ovid. Met. II. 681. p. 149. Ex his autem ita propositis et deliberatis intelligitur, quid Hauptius erraverit in explicandis verbis Alciphronis III. 55: στελέχῳ πρινίνῳ ἐπερειδόμενος· ἦν γάρ ἀντὶ τοῦ πυκνώματος τῶν ὄζων χαλκοῖς τισιν ἥλοις ἐμπεπαρμένον φέρων βακτηρίαν, Qui tantum abest ut Hauptii sententiae fidem faciat, ut Herculis stipitem nodis (πυκνώματι τῶν ὄζων), philosophi stipitem (βακτηρίαν, cui nomini nihil addidit Lucianus Reitz. Conviv. 44. p. 372. Vol. IX.) clavis aeneis insignem fuisse indicet, declaret, ut III. 40 l. supra p. 153 allat., ipso gestamine Cynicum affectasse Herculis speciem.

Hinc ad alteram famam pergimus enarrandam. Nam quem stipitem gravem, στιβαρόν, pondus dixerunt, [59]) ei non defuerunt, qui ferri rigorem additum fuisse vellent. Testes, quos non novit Hauptius, sunt Apollonius Rhodius I. 1196: ἐλάτην — χαλκοβαρεῖ ῥοπάλῳ δαπέδοιο τινάξας Νειόθεν ἀμφοτέρῃσι περὶ στύπος ἔλλαβε χερσίν, quae his enarrat

58) Burmannus haec: „nodosos — termites fuisse nec glabros docet clava Herculis, quae ex oleastro erat teste Theocrito et Apollonio Rhodio et aliis. Atqui haec nodosa erat, unde trinodis dicitur Ovid. Fast. I. 575 et Virg. VIII. 220: nodisque gravatum Robur. Sic et Thesei clava trinodis Ovid. Ep. IV. 115.“ Dissimilis igitur ei arbori est scirpi natura, de quo Festus p. 257: „scirpus — est id, quod in palustribus locis nascitur leve et procerum —. Novius in Phoenissis: Sume arma: iam te occidam clava scirpea“ cf. fr. p. 225 Ribb. v. 79.

59) Gravem stipitem dixit Seneca Herc. Fur. 1232. 1024. 1085 cf. Oet. 413. Virg. Aen. l. d., pondus idem Oet. 787: „posuitque clavae pondus“ et pondera 1087 (cf. not. 57.). βριθὺ ῥόπαλον Antipater Anth. Pal. VII. 365, 2. βαρύπουν Philipp. l. d. (quod videtur explicare Schol. Theocr. IX. 23. p. 308, 18: ῥόπαλον δέ ἐστιν — ἑτερορρεπές, ἐξ ἑνὸς μέρους ῥοπὴν ἔχον καὶ βάρος· — βαρύτερον γάρ ἐστι περὶ τὸ ἄκρον), στιβαρόν Apoll. Rh. IV. 1439: στιβαρὸν δ' ἔχεν ὄζον ἐλαίης (ut apud Aratum de Orione est Phaen. 639: θηρία πάντα — στιβαρῇ ἐπέκοπτε κορύνῃ), ῥόπαλον αὖον — τρηχὺν — ἀγριέλαιον Theocr. XXV. 255 sq.

Scholiasta p. 100: *χαλκοβαρὲς δὲ λέγει ἢ τὸ ἰσχυρὸν ἢ κατὰ τὸ ἄκρον χαλκοῦν.* p. 434: *τῷ ἰσχυρῷ ἢ τῷ πρὸς τῷ τέλει χαλκῷ βεβαρημένῳ*, Theocritus XVII. 31: *σιδάρειον σκύταλον κεχαραγμένον ὄζοις* (Triclin. p. 419, 2: *οἶμαι δὲ ῥόπαλον εἶναι σιδηροῦν τὸν στηλειὸν ἔχον ἐνδεδυμένον δέρματι καὶ ὄζους τινας ἔχον* cf. v. 28. p. 418 sq.), Nemesianus Laud. Herc. 112: „Nodosumve rapis clavato pondere robur“ (Gloss. Labb. p. 31: Clavatus *ἡλωτός*), Isidorus XVIII. 7, 7. p. 566: „Clava, qualis fuit Herculis, dicta, quod clavis ferreis invicem religata“, cuius errorem qui merito vituperavit, Cerda ipse hoc erravit, ut p. 187. B affirmaret „nihil in ea clava ferreum fuisse, sed quia tota e ligno, ideo clavam *ἀπὸ τῶν κάλων* id est a lignis“ nec eius sententiae memor, quae a *κλάδος* dici clavam censuit (not. 54) nec eorum, qui et pedum memorant „formosum paribus nodis atque aere“ (Virg. Ecl. V. 90. Voss. p. 220) et vero Martis „adamante gravem nodisque rigentibus hastam“ (Claudian. Eutr. II. 166). Verum eius rei longe gravissimum et antiquissimum testimonium est editum a Pisandro, de quo Scholiasta Apollonii l. d., quem auctorem sequuntur Delrius Sen. Herc. Oet. 1661. p. 703 et Staverus Albric. XXII. p. 931: *Πείσανδρος δὲ ὁλόχαλκον εἶναί φησι τὸ τοῦ Ἡρακλέους ῥόπαλον* cf. Strab. l. supra not. 51 allat. et Suid. II. 2. p. 256, 5: *ποιήματα δὲ αὐτοῦ Ἡράκλεια — ἔστι δὲ τὰ Ἡρακλέους ἔργα, ἔνθα πρῶτος Ἡρακλεῖ ῥόπαλον περιτέθεικε.* Nolo nunc disceptare, num contra Odofr. Muellerum l. d. et quos nominare longum est, favendum sit Heynio Excuos. I. ad Aen. II. p. 395. 397 sq. Welckero Cycl. Epic. p. 97 sqq. Duebnero Pisandr. Reliqq. p. 7 et fr. 12. 16. p. 10 hoc arbitratis non Pisandrum Rhodium dici, sed istum *ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν* auctorem: illa quidem quae Duebnerus p. 10 affirmavit: „clava ex solido aere in antiquo Pisandro nec per se est probabilis nec ab iis memoratur, qui ipsa Heraclea usi sunt“ facile intelligitur parum explorate scripta esse. Nam et Periphetae clavam, qua post Theseus usus est, ferratam fuisse scriptorum consensus iudicavit (v. cap. I. 3. p. 10). Homerusque Od. XI. 575 Orionis *ῥόπαλον παγχάλκεον, αἰὲν ἀαγές* memoravit nec qui Herculis clavam non ligneam, sed totam ferream fuisse refert, plus vide-

tur ausus esse, quam qui Stymphalides aves non fixas sagittis [60]), sed ferreorum crepitaculorum sonitu abactas prodidit, id quod a Pisandro Camirensi factum esse Pausaniae VIII. 22, 4: *Πείσανδρος δὲ αὐτὸν ὁ Καμιρεὺς ἀποκτεῖναι τὰς ὄρνιθας οὔ φησιν, ἀλλ' ὡς ψόφῳ κροτάλων ἐκδιώξειεν αὐτάς* credidit Duebnerus fr. 4. p. 7. Ut hoc nequaquam a fide abhorreat ipso Pisandro auctore Herculis et clavam et crepitacula (*χαλκὸν βαρύδουπον* Nonn. XXIX. 241. p. 754) habita esse et ferrea et Vulcani dona. [61]) In qua re ne illud quidem praetereundum est fuisse, qui ipsum sibi Herculem quemadmodum clavam, uti infra dicemus, ita crepitacula fabricatum esse dicerent, ut Hellanicum ap. Schol. Apollon. l. d.: *φησὶ αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα ἑαυτῷ κατασκευάσαι* et, quos omisit Sturzius fr. 88. p. 120, Diodorum IV. p. 259, 88: *διόπερ κατασκευάσας χαλκῆν πλατάγην καὶ διὰ ταύτης ἐξαίσιον κατασκευάζων ψόφον* et eum scriptorem, cuius verba a Suida prodita: *ὁ δὲ πλατάγην χαλκευσάμενος ἐπλατάγει* de Hercule scripta esse consenserunt Hemsterhusius, Iacobsius, Bernhardyus Suid.

60) Boeth. Cons. Phil. IV. Metr. VII. 16. p. 309. Claudian. R. Pros. II. Praef. 37. Anecd. Par. II. p. 34, 12: *ὥς ποτε τὰς Στυμφαλίδας ὄρνεις κατατοξεῦσαι.* Hanc vulgatiorem esse famam testantur Bernartius Stat. Theb. IV, 299. p. 179.B. Staver. Hyg. 30. p. 84 sq. Santen. Catull. El. ad Manl. 113. p. 46. Burm. Anth. Lat. T. I. p. 23. II. p. 704. Schwarz. et Arntz. Mamert. Genethl. 3, 6. p. 103. Heyn. Apollod. II. 5, 6. p. 366. Eckh. D. N. IV. p. 67. II. p. 40. Utramque famam confuderunt praeter eos, quos Staverus commemoravit, Tzetzes Chil. II. 291. p. 52: *κροτάλῳ τε χαλκῷ καὶ τόξοις ὄρνις κτείνει* et Schol. Lucan. IV. 610. p. LXXV: quas ab Hercule fugatas tympanis et sagittis poetae finxerunt." Rationem aperit Apollodorus l. d. p. 55, 13: *ταῦτα κρούων — τὰς ὄρνιθας ἐφόβει, αἱ δὲ τὸν δοῦπον οὐχ ὑπομένουσαι μετὰ δέους ἀνίπταντο καὶ τοῦτον τὸν τρόπον Ἡρακλῆς ἐτόξευσεν αὐτάς.*

61) Osann. in Cornut. p. 367. Diod. IV. p. 260, 28: *ἐτίμησαν αὐτὸν δωρεαῖς οἰκείαις ἕκαστος τῶν θεῶν, Ἀθηνᾶ μὲν πέπλῳ, Ἥφαιστος δὲ ῥοπάλῳ καὶ θώρακι.* Apollod. II. 5, 6. p. 55, 12: *χάλκεα κρόταλα δίδωσιν αὐτῷ Ἀθηνᾶ παρὰ Ἡφαίστου λαβοῦσα* cf. Io. Tzetz. Exeg. in Il. p. 23, 8: *μᾶλλον δὲ ἀμφιβόλως ταῦτα περὶ τοῦ παλαιοῦ φησὶν Ἡρακλέους τοῦ Αἰγυπτίου, ᾧ καὶ τὸ ῥόπαλον καὶ ἡ λεοντῆ μᾶλλον ἁρμόδια ὑπὲρ* (scrib. *ἤπερ*) *τῷ Ἕλληνι διὰ τὸ μήπω ἐκείνῳ τὰ ὅπλα τοὺς Δημνίους τεχνάσασθαι.* Schol. Apoll. Rh. II. 1057. p. 204 et Phavor. v. *πλατάγην: οἱ μὲν οὖν φασιν Ἡφαιστότευκτον οὖσαν τὴν πλατάγην ὑπ' Ἀθηνᾶς Ἡρακλεῖ δοθῆναι.*

I. 1. p. 779, 17. II. 2. p. 293, 1; neque aliud videtur dicere Aristides Or. V. p. 54, 9: *τὰς ὄρνις τὰς περὶ Στύμφηλον διαφθειρούσας τὰ πολλὰ τῆς Ἀρκαδίας εὗρεν ὅπως ἐκβάλῃ.* Sed ad clavae mentionem redeam. Pisandro igitur, credo, assensi sunt Caligula inaurata clava usus (Phil. l. p. 152 d.) et ille, qui Herculem poni iussit *χρυσοῦν ῥόπαλον ἔχοντα* Sopat. in Hermog. *Στασ.* p. 843 sq. Vol. IV. et Schol. p. 225. not. 18. p. 229, 6. Vol. VII. Cf. Hes. Scut. 188.

Ergo pro percepto liquet a Pisandro Herculis clavam fere talem fictam esse, qualem et Orionis et Periphetae Epidaurii [62]) fuisse plerique referunt, a Stesichoro talem, qualem et

---

62) Qualis cum aliorum aliis temporibus (vid. Barth. in Guliel. Brit. VII. 305. p. 498), tum olim Areithoi Boeoti clava fuit, de quo praeter Homerum Il. VIII. 9. 141: *σιδηρείῃ κορύνῃ ῥήγνυσκε φάλαγγας* (cf. Cerd. Virg. Aen. X. 319. p. 457. B) et Pausaniam VIII. 11, 3: *Ἀρηϊθόου — Κορυνήτου διὰ τὸ ὅπλον ἐπονομασθέντος* memoriae prodidit Pherecydes (Schol. Il. VIII. 8. p. 201, 25. Anecd. Par. III. p. 10, 16. Eust. p. 661, 50) fr. LV. p. 192, cuius verbis reconcinnandis quantum conferat Arsenius Viol. p. 132: *Ἀρηΐθοος ὁ Βοιωτὸς ἄριστος τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἀνθρώπων διαβὰς εἰς Ἀρκαδίαν (ἦν γὰρ ἀψιμαχία τις δεῦρο τοῖς Βοιωτοῖς πολίταις καὶ τοῖς Ἀρκάσι περὶ γῆς ὅρων) πλείστην κατεσύρετο λείαν. καταφρόνησιν δὲ αὐτοῦ μεγάλην ἐμβαλόντων Ἀρκάδων Λυκοῦργος — λόχον.ποιήσας ἔπεισε τοῦ Ἀρηϊθόου τὴν πολλὴν φάλαγγα ἀνεῖλέ τε αὐτὸν καὶ ὑπολαβὼν αὐτὸς τὴν λείαν εἴ τι καὶ πρὸς ἄμυναν παντευχίαν μετὰ τῆς κορύνης. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ* paucis indicare licet. Neque enim dubium est, quin eo fere errore, quo *ποιεῖν* et *πείθειν* confusa esse docuerunt Bastius Ep. Crit. p. 211 et Boissonadius in Marin. V. Procl. p. 89 (add. Tzetz. Lyc. 831. p. 819 *ἔπεισεν*. Vitt. Eudoc. *ἐποίησεν*), et apud Dionem Chrys. XIII. p. 429, 49 *πτύειν* cessit verbo *ποεῖν* (Meerm.), *ἔπεισε* factum sit, quod fuerat *ἐπτόησε* Schwebel. in Onosandr. 1. p. 19 sq. Matth. in Ioann. Chrys. Hom. II. p. 121. not. 170 et p. 68. not. 5. Repudiare igitur, quod Cramerus Anecd. l. d. proposuit: *ἔσεισε*, nobis visum est quamvis recordatis illud *ψυχὴν σείεσθαι καὶ κλονεῖσθαι*, de quo commemoravit Mangeyus in Philon. Vol. V. p. 121. 200 Pfeiff. Deinde ipsum *λαβών* signum manet discerpti in hunc modum: *ἔτι καὶ* (Schol. Anecd.). *εἴ τι καὶ* (Arsen.) verbi *ἔτυχε* (vel *ηὐτύχει*, ut apud Euripidem Or. 1210: *εὐτυχήσομεν κάλλισθ᾽ ἑλόντες σκύμνον ἀνοσίου πατρός* et Iph. T. 329: *οὐδεὶς τὰ τῆς θεοῦ θύματ᾽ ηὐτύχει βαλών*): hoc enim Pherecydes narraverat Lycurgo cum ipsa praeda (*αὐτῇ τῇ λείᾳ* cf. Walz. Theon. Prog. 12. p. 250) clavam illam Areithoi cessisse: *ὑπολαβὼν αὐτῇ τῇ λείᾳ ἔτυχε πρὸς ἄμυναν παντευχίαν μετὰ τῆς κορύνης.* Insidias autem Lycurgus struxerat Areithoo *στρατο-*

Cyclopis fecerat Homerus et venatorum ac pastorum propriam fuisse alii scripserunt, de quibus infra commemorabimus. Iam utrum poetam sequutus sit Euripides, nec perplexa et facili coniectura inde colligitur, quod stipitem ut Periphetae et Thesei *ὅπλισμα τοὐπιδαύριον δεινῆς κορύνης* in Supplicibus 724 sq. *ξύλον* (cf. cap. I. 2. p. 10), ita Herculis *ἀλεξητήριον ξύλον* in Hercule Fur. l. d. et v. 972: *ὑπὲρ κάρα βαλὼν ξύλον καθῆκε παιδὸς ἐς ξανθὸν κάρα* et a Seneca, qui Euripidem sequitur, dictum legimus. Quem igitur vulgatiori famae, cuius praeclarum signum apud se Troezenii, Herculis gentiles, iactabant (Paus. l. p. 150 d.), assensum esse pro non dubio attulimus, eum quis iam credibile ducet eo descendisse, ut cogitaret de artificio aliquo aut ornatu eius stipitis, quem ferrent ingenuum (Heins. Sil. l. d. p. 440) fuisse, *τρηχύν*, *αὐτόφλοιον*, *ἔμμητρον*, extenuaretque et dilueret id, quod praecipuum fuit in eo, quod *ἀλεξητήριον ξύλον* dicitur? Quam rem declarare licet verbis Scholiastae Theocr. IX. 23. p. 308, 18: *ῥόπαλον δέ ἐστιν ἀμυντήριον καὶ ἑτεροῤῥεπὲς — ἥντινα (κορύνην) ὁ ἀγρὸς — ἀνέθρεψεν, αὐτόῤῥιζον, ἥντινα ἴσως οὐδὲ τέκτων μέμψαιτο.* Ergo hoc tenendum est clavam, quae *ἀλεξητήριον ξύλον* vocatur (quod quidem nomen ne eam quidem habet

---

πεδεύσαντι καταπεφρονηκότως (Wess. Diod. XIX. p. 388, 9. Sil. X. 585): in hanc enim sententiam et interpretanda et reficienda videntur esse verba: *καταφρόνησιν δὲ αὐτῷ* (Arsen. *αὐτοῦ*) *μεγάλην ἐμβαλόντων Ἀρκάδων*, quae secus scripta sunt in reliquis libris: *ἐμβαλόντος Ἀρκάσι* Schol. Anecd. *τοῖς Ἀρκάσιν, ὥς φασιν οἱ παλαιοί* Eust. *ἐμβαλὼν τοῖς Ἀρκάσι Λυκοῦργος* Sturz. p. 193 (qui haec addidit: sed verba recte possunt ita explicari: „quum ille se summo Arcadum contemtu dignum praestitisset"). Reliqua strictim attingo: ut enim omittam eiusdem Sturzii errores hos: *ἦν διαβάς* et *περὶ ὅρων γῆς*, haec: *ἀψιμαχία τις Βοιωτοῖς τοῖς αὐτοῦ πολίταις καὶ τοῖς Ἀρκάσι* habet Scholiasta, *ἦν γὰρ ἐκεῖ ἀψιμαχία τις Ἀρκάσι καὶ Βοιωτοῖς τοῖς τούτου πολίταις* Eustathius, *ἦν γὰρ ἁ. τις δεῦρο τοῖς Βοιωτοῖς πολίταις καὶ τοῖς Ἀρκάσι* Arsenius, *διαβὰς εἰς τὴν Ἀρκάδα· ἦν γὰρ ἁ. τοῖς βεβρότων Βοιωτῶν πολίταις καὶ τοῖς Ἀρκάσι*, quorum pristinus status fuisse videtur hic: *ἁ. τις δεῦρο τῶν Βοιωτῶν τοῖς αὐτοῦ πολίταις* (*τοῖς Ἄρνης πολίταις*), codex Parisinus. *Κατεσύρετο* autem solus praebet Arsenius, *ἀνεῖλε δέ* Parisinus, *λόχον καθίσας αὐτόν τε ἀνεῖλε* Didymus et Eustathius, *μετὰ καὶ τῆς κορύνης* Scholiasta Venetus; denique illa: *καὶ τὴν λείαν ἐπανεσώσατο* Didymus et Eustathius.

dubitationem, quam ἀλεξητήριον ὅπλισμα), intelligi αὐτοφυῆ ὄζον, non intelligi δαίδαλον ὅπλον, affabre facta autem sive δαιδάλεα, ἡφαιστότευκτα memorari Herculis τεύχη, balteum et corytum, loricam, ocreas, galeam.[63])

Verum ut hac disputatione nihil effecerimus, fuerit sane Herculea clava affabre facta sive tota ferrea sive clavis confixa. At non erat voci δαιδάλεος nunc locus. Refertur ab aliis μέγας πτόρθος, στιβαρὸς ὄζος (τοσσατίη κορύνη Nonn. XXV. 237. p. 654), vastus stipes (Sen. Herc. Fur. 1230. Oet. 413), magnum robur (Herc. Fur. 800), altus truncus (v. 625, qualis etiam Polyphemi fuit Cerd. Virg. Aen. III. 659. p. 364.B), gravis clava, βριθὺ ῥόπαλον (not. 59), nodis gravatum robur Virg. l. d., stipes potens duris nodis Sen. Herc. Fur. 1120, unde ipse Hercules a Callimacho vocatur βαρυσκίπων fr. 120. p. 236. Quorum vocabulorum quolibet posito videtur commendabilius fieri illud, quod poeta memorat, parentis Herculis donum. Quod vero ad consilium poetae parum apposite inventum est: δαίδαλον, idem repro-

63) Quint. Smyrn. X. 179 sqq.: Τεύχεσι δ' ἀμφεκέκαστο δαΐφρονος Ἡρακλῆος Δαιδαλέοις· περὶ γάρ οἱ ἐνὶ ζωστῆρι φαεινῷ Ἄρκτοι ἔσαν βλοσυραί —. Δαίδαλα μέν οἱ τόσσα περὶ ζωστῆρα τέτυκτο· ἄλλα δέ οἱ γωρυτὸς απείριτος ἀμφεκέκαστο — Καὶ τὰ μὲν ἄρ τεύξαντο κλυταὶ χέρες Ἡφαίστοιο Ὀβρίμῳ Ἡρακλῆϊ. Apollod. II. 4, 11. p. 50, 14: παρὰ Ἡφαίστου θώρακα χρυσοῦν. Wess. Diod. IV. p. 260, 28. Hes. Scut. 122. 137: κνημῖδας ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ Ἡφαίστου κλυτὰ δῶρα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε. — Κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε Δαιδαλέην ἀδάμαντος ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν, quod genus ἡφαιστότευκτον appellare consueverunt Heyn. in Apollod. I. 4, 3. p. 52. Huschk. Anal. p. 54. Weber. Iuvenal. X. 132. p. 321 sq. Licet adiicere Herculaneas machaeras (Casaub. Capitol. Pertin. 8. p. 552) et lanceas Schol. Soph. Trach. 512. p. 152. Wex. Ephem. Antiq. 1839. p. 1158 sq., qui praeteriit, quem supra attulimus, Isonem in Prudent. περὶ στεφ. X. 285: „Herculis — clavam minari“ p. 351: „lancea, hasta Herculis. baculus Herculis“ (cf. Delr. in Sen. Thyest. 229. p. 119. Barth. Claudian. Nupt. Hon. 120. p. 824 sq. et quo loco de clava et hasta Thesei scripsit, in Stat. Theb. XII. 720. p. 1549 sq. Cup. Apoth. Hom. p. 23), quum Eustathius Od. XVII. 196. p. 1815, 28 neget ῥόπαλον esse βασιλικόν sceptrum; ut videri iam quibusdam queat regium decus affectasse cynicus iste philosophus, qui baculum sibi fecerat „consimilem Homerico illi sceptro χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένῳ“, quibus verbis rectius usus est Berglerus Alciphr. T. II. p. 168, quam Hauptius.

batur verborum ordine; nam perperam, ut ex comparatione nominis ἀλεξητήριον intelligitur, infra verbum καθίει reiectum videtur esse: certe praestabat ita omnia digeri: καθίει, δαίδαλον, ψευδῆ δόσιν, ut δαίδαλον idem esse statueretur atque δαίδαλμα. Nec iam referam parum religiose servatas criticae artis leges: nam nec accentus sedem temere mutandam corrigenti esse identidem inculcavit Boissonadius nec facile fidem invenit vox δαίδαλον a librariis conversa in eam formam (δαιδάλου), cuius intellectus est aliquanto difficilior.

Sed nondum peracta causa est. Addidit enim Hauptius p. 7 haec, quibus non mediocrem interpretum negligentiam et vituperaret et corrigeret. In eisdem illis versibus, inquit, quibus Euripides Herculis clavam memorat aliud restat, de quo dicendum eo magis est, quo neglegentius interpretes rem satis memorabilem praetermiserunt. Narrat antea Megara Herculem cum uni filiorum Argivum regnum destinaret simul ei induisse pellem leoninam. scite hoc poeta instituit: congruenter enim futuro regi Argivorum Argolici monstri exuviae tribuuntur. hinc Elmsleius intellexit clavae etiam et Thebani regni esse debere similem aliquam communionem. sed abutitur eo ad infirmandum Hermanni δαίδαλον, pro quo frustra videtur quaesivisse, quod declararet quomodo clava ad Thebas pertineret. quaesivit, ut aiunt, nodum in scirpo. etenim Iosephus Eckhelius doctr. numm. vol. II. p. 202 sqq. prolato nummo Thebano in quo clypeus Boeotius et inserta ei clava expressa est egregie docuit Herculis, quippe Thebis nati, clavam insigne fuisse scutorum Thebanorum primusque explicavit non intellecta verba Xenophontis hist. Gr. VII. 5, 20: ἐπεγράφοντο δὲ καὶ οἱ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται ῥόπαλα ἔχοντες, ὡς Θηβαῖοι ὄντες. Itaque non metuendum erat Euripidi ne mirarentur spectatores coniunctam clavae et regni Thebani commemorationem.“ Ergo Elmsleius quaesivit, ut Hauptius dicit, nodum in scirpo. At Hauptius fovit, ut aiunt, pro Iunone nubeculam. Quid enim? qui „Arcades inscripto clypeis suis clavae insigni sese Thebanos professos“ coniectavit, is nonne orationem fert ac probat in ambiguum implicatam (in duos enim significatus verba ὡς ὄντες Θηβαῖοι diducuntur, aut in illum: quasi essent Thebani, aut in hunc: quippe qui essent Thebani)? is nonne novam et incredibilem

rem narrat, si ab Arcadibus scribit Thebanorum habitum tenui isto dumtaxat clavae insigni suis scutis addito simulatum fuisse? Eidem nonne constans Graecorum consuetudo repugnat ῥόπαλα ἔχοντες non illos dicentium, qui clypeis suis insculptam habent clavae effigiem, sed eos, qui suis manibus clavam gestant (cf. Add.)? Quid vero de eo dicam, quod doctissimi viri parum illud recordati sunt cum omnes Boeotos tum Thebanos insignes fuisse clypeo, qui proprio vocabulo appellatur Boeotius (Dodwell. Itin. I. 2. p. 67. Eckhel. l. d. p. 195) et galea (Meurs. Misc. Lac. II. 1. p. 91. Eckhel. p. 196), in nummis autem non clavam modo, verum etiam thyrsum (Eckhel. p. 204) expressum, in militaribus signis a nullo habitam esse clavam, a multis Sphingem, draconem, leoninam pellem, lyram taurumque;[64]) nolo enim plura ex iis delibare, quae olim destinaveramus alteri Theb. Paradoxorum volumini. Itaque pellatur „vana ista opinatio" teneaturque librorum ea memoria, a qua ne Eckhelius quidem discessit: ἐπεγράφοντο δὲ καὶ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται (οἱ τῶν Haupt.). Namque XENOPHON quod indicaverat c. 19: τὸ μέντοι στράτευμα παρεσκευακέναι, ὡς πόνων τε μηδένα ἀποκάμνειν — σπάνιά τε τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντας ὅμως πείθεσθαι ἐθέλειν, ταῦτά μοι δοκεῖ θαυμαστότερα εἶναι, id cap. 20 his subtilius exsequutus: καὶ γὰρ ὅτε τὸ τελευταῖον παρήγγειλεν αὐτοῖς παρασκευάζεσθαι ὡς μάχης ἐσομένης προθύμως μὲν ἐλευκοῦντο οἱ ἱππεῖς τὰ κράνη κελεύοντος ἐκείνου· ἐπεγράφοντο δὲ καὶ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται ῥόπαλα ἔχοντες — πάντες δὲ (id est reliqui omnes Abresch. Xen. Ephes. p. 354 sq. Misc. Obss. X. p. 247 Peerlk.) ἠκονῶντο καὶ λόγχας καὶ μαχαίρας καὶ ἐλαμπρύναντο τὰς ἀσπίδας minime dubium est quin hoc narraverit: inter gravis armaturae pedites nomen professos esse multos, qui clavam gestarent:

---

64) Sphingis mentionem faciunt, quos attulerunt Barthius Stat. Theb. X. 652. p. 1227 et Tiraquellus in Alexandr. ab Alexandr. Gen. Dier. IV. 2. p. 868. Schol. Eur. Phoen. 411. p. 104 et not. 7. p. 103. Stat. Theb. IV. 87. leoninae pellis Hyginus 69. Theb. Parad. p. 401. draconis Muell. Orch. p. 217. lyrae taurique Lactantius Theb. VII. 279.

ἐπεγράφοντο δὲ καὶ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται ῥόπαλα ἔχοντες, ὡς θηραταὶ ὄντες.

Clavae enim in venatione frequentissimus apud Arcades erat usus, quam rem multis scriptorum testimoniis comprobandi infra copia erit.[65] Sed ut concedatur, quod infra in hoc capite novis documentis obtinebimus minime concedendum esse: neque Arcades nec Tirynthios pro gentilibus armis clavas habuisse, Thebanorum vero scutorum „proprium insigne fuisse clavam Herculis quippe Thebis nati“: egregie vero „poetae instituto“ congruit comparatio pellis, quam constat virtute Herculis (Stat. Theb. IV. 646) partam fuisse, et clavae non item Herculis viribus quaesitae, sed Thebanorum ambitione celebratae et pro signo nati apud se dei usurpatae. Nimirum id, quod fortuitum fuit (neque enim nasci potuisse, ut ait Nemesianus Laud. Herc. 13, pro virtute est, nedum Thebis nasci) et procedente tempore demum augustum, cum eo, quod ipse Hercules invicti roboris praeferebat argumentum, componere deforme est in eo praesertim loco, quo mentione Argorum facta, qui propter pacatum Nemeaeum agrum victori videren-

65) Nunc facillimae mutationis (*θηβαι: θηρατ*) satis est testes dare tum Wyttenbachium in Plat. Phaed. p. 314. Hesych. II. p. 652: *νάνας τὰς ῥυτάς*. Anal. Prop. III. p. 22 *ῥοιάς*. Herod. V. 69: *τότε πάντων*. Abicht. Philol. XXI. 1. p. 86 *τότε ἐπανιών*. Schol. Plat. Phaed. p. 380: *ὑπὸ Ἐλάτου καὶ Φεράνδρου*. codd. *ἐλαίου* cf. Hullemann. Durid. fr. LXXVIII. p. 188, tum Marcianum Heracl. p. 213 *Θῆβαι*. cod. Milleri *Θῆραι*. Hephaestionem VIII. p. 49: *Θηβαίου ποιητοῦ*. Suid. II. 2. p. 663, 13 *Θηραίου*. Mein. Anal. Alex. p. 7. Etym. M. p. 27, 51 *Θηριακοῖς*. Mein. Exercc. in Athen. I. p. 8 not. cf. O. Schneid. Nicandr. p. 31 *Θηβαϊκοῖς*, et quos attulimus Theb. Parad. p. 362. Ipsam vocem *θηραταί* probant Iacobsius Aelian. N. A. IX. 8. p. 307 et Boissonadius Theophyl. Simoc. p. 169. Libet adiicere Clementi Alexandrino Quis Div. Salv. 37. p. 94: *ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ἀγάπη καὶ δι' ἀγάπην ἡμῖν ἐθηράθη* ab Valckenario, qui corrigi *ἡμῖν ἀνεκράθη* iussit in Eur. Hipp. 253. p. 191e persuasitque Segaario p. 324, sententiam restitutam videri, ipsum, quod antiquitus positum fuerat, verbum minime. Hoc enim videor proferre probabilius (Coniectt. Crit. in Dion. Chrys. Or. LV. in Actt. Darmst. 1842. p. 1189): *δι' ἀγάπην ἡμῖν ἐφυράθη* cf. Plat. Legg. XII. 5. p. 950. A: *οὐδὲν διαφέρει φύρεσθαι δεχομένους τε αὐτοῖς ξένους καὶ αὐτοὺς εἰς τὰς ἄλλας ἐπικωμάζοντας πόλεις*. Plut. Romul. 27, 4: *ἡ δὲ (ψυχὴ) σώματι πεφυρμένη*. Philet. fr. 5. p. 37: *πολέεσσι πεφύρησαι χαλεποῖσιν*. Gatak. Antonin. Phil. VII. 67. p. 289.

tur deberi, ius Thebani regni ab ipsius Megarae dote repetitur: σὺ δ' ἦσθα Θηβῶν τῶν φιλαρμάτων ἄναξ Ἔγκληρα πεδία τἀμὰ γῆς κεκτημένος. Itaque tantum abest ut Hauptii argumentatio valeat, ut de ipsius Euripidis auctoritate haec videantur fuisse clavae et Thebani regni aliquam communionem requirenti fortiter pronuntianda: „Congruenter futuro regi Argivorum Argolici monstri exuviae tribuuntur, futuro Thebarum regi stipes in ipsa Boeotia natus et ab ipso Hercule recisus primoque inter mortales experimento ac beneficio (ἀλεξητήριον ξύλον) nobilitatus, futuro Oechaliae regi ille arcus, qui et regi Oechaliae et urbi fertur fatalis [66]) fuisse." Origines autem Herculeae clavae vere a nobis traditas esse infra 2 apparebit.

Et his quidem videor tantorum virorum commenta omnino confutasse. Paucis iam licet expromere, quid ipse sentiam. Consentaneum enim est a Megara „mariti ab inferis reditum desperante" clavam, qua ad repraesentandum Herculis robur defendendis periculis spectatissimum aptius nihil proferre possit, [67]) dici

δεικέλου ψευδῆ δόσιν.

Quemadmodum apud Paulum Silentiarium est Anth. Pal. V.

---

66) Apollod. II. 6, p. 63, 10. Sturz. Pherecyd. p. 176 sq. Strictim illud attingam, quod de tertia mentione Hauptius p. 8 adiecit: „tertio filio Hercules narratur Oechaliam arcu a se captam destinasse, arcum ei sagittasque dedisse, ut fratribus antea leonis exuvias et clavam, non narratur. Itaque post hanc brevissimam narrationem — aliquid prioribus duabus narrationibus consimile excidisse probabile est." Nimirum et alia similis brevitatis exempla extant, quale est et Homeri Il. XVI. 173 sq. et 179 sq. cf. 196 et Ioannis Gazaei in mentione Boreae v. 247 — 254, Zephyri 255 — 259, Noti 262 — 266 verbosi, in Euri mentione parci 260. 261, et ex comparatione versuum: ἀμφέβαλλε σῷ κάρᾳ et εἰς δεξιὰν δὲ σὴν — ξύλον καθίει facile intelligitur versum hunc: σοὶ — δώσειν ὑπέσχετο spectare ad filium infantem, nondum puerum, cuius dextra vel tenendo arcui impar esset cf. v. 952: Ὥρουον ἄλλος ἄλλοσ', εἰς πέπλους ὁ μὲν Μητρὸς ταλαίνης, ὁ δ' ὑπὸ κιόνος σκιάν, Ἄλλος δὲ βωμόν et 977 cf. Senec. 1020 sq.

67) Σύμβολον δ' ἂν ἑκάτερον εἴη ῥώμης καὶ γενναιότητος· ὁ μὲν γὰρ λέων τὸ ἀλκιμώτατον τῶν θηρίων ἐστί, τὸ δὲ ῥόπαλον τὸ καρτερώτατον τῶν ὅπλων Cornut. 31. p. 189 et Eudoc. p. 218 cf. Lob. Aglaoph. p. 729.

260, 1. p. 163: *Κεκρύφαλοι σφίγγουσι τεὴν τρίχα; τήκομαι οἴστρῳ Ῥείης πυργοφόρου δείκελον εἰςορόων* et apud Parthenium cerva, ut ego arbitror, cuius vicaria pro virgine caedes a poetis memoratur, ut a Nonno XIII. 107. p. 356 *θυηπολίην ψευδήμονος Ἰφιγενείης — νόθον εἶδος ἀληθέος Ἰφιγενείης*, fr. XXXI.: *δείκελον Ἰφιγόνης*. Cf. Iacobs. Anth. Pal. p. 580. Lobeck. Aglaoph. p. 175. Welcker. Syllog. 165. not. 214. Meinek. in Parthen. p. 284 (add. Eustath. Opusc. VI. 6. p. 39, 14: *τοιοῦτος μὲν — ὁ πάππος ὁ δι᾽ αὐτὰ ταῦτα καὶ τίμιος δείκηλον αὐτὸς θεῖον φιλοσοφούμενος*). Ut clava videri Megarae queat absente Hercule verius *ἴνδαλμα* vel *εἴδωλον* esse, quam *ἀλεξητήριον ξύλον*. Daedali autem nomen fortasse inde illatum est, quod notissimum Herculis simulacrum fertur ab ipso Daedalo Thebis dedicatum fuisse Paus. IX. 11, 2: *Δαιδάλου δὲ τῶν ἔργων δύο μὲν ταῦτά ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ, Ἡρακλῆς τε ἐν Θήβαις καὶ παρὰ Λεβαδεῦσιν ὁ Τροφώνιος*.

2.

Iam porro rem urgeamus videamusque, quanti sit illud faciendum, quod idem Hauptius pernegat „ulla hoc fabula explicari posse, quod Maenalium ramum PROPERTIVS tribuit Herculi“ IV (V). 9, 15:

Maenalio iacuit pulsus tria tempora ramo
  Cacus et Alcides sic ait: ite, boves,
Herculis ite boves, nostrae labor ultime clavae,
  Bis mihi quaesitae, bis mea praeda, boves.

Rem, quam penitus explorare omnes interpretes supersederunt, quum nosse maxime interesset, cum aliqua cura attigerunt Passeratius in Prop. p. 619 Graev., Cerda Virg. Aen. XI. 250. p. 187. D. Begerus Thes. Brand. II. p. 112. 279. 280; neque enim mirum est ei exsequendae quaestioni non vacavisse Savaronem, quo loco Sidonium Apollinarem Carm. XIII. 10: „Collaque flammigenae disrumpens fumida furis Tandem directas iusserit ire boves“ ad Propertium spectasse dixit p. 141, ut tamen non iuberet hanc verborum descriptionem fieri:

Alcides sic, ait, ite boves.

Multum autem discrepat auctorum opinionibus, quae origo fuerit Herculeae clavae. Quam Tirynthii homines apud se inventam

praedicarunt: testis est Pausanias II. 31, 13: τὸν δὲ Ἡρακλέα λέγουσιν ἀνευρόντα τὸν πρὸς τῇ Σαρωνίδι κότινον ἀπὸ τούτου τεμεῖν ῥόπαλον.[68]) Longe aliud affert, quem praeteriit Cerda, Theocritus, apud quem Hercules XXV. 209: ἑτέρηφι δὲ βάκτρον — τὸ μὲν αὐτὸς ὑπὸ ζαθέῳ Ἑλικῶνι Εὑρὼν σὺν πυκινῇσιν ὁλοσχερὲς ἔσπασα ῥίζῃς. Quod quidem facili coniectura intelligitur tum factum esse, quum adolescens aggressurus esset Heliconium leonem.[69]) Eandem autem famam

---

68) Quam ipsam rem maxime eo valuisse arbitror, ut stipitibus armati Tirynthii in bella procederent Stat. Theb. IV. 154 (quem locum supra in hoc capite 1 perstrinximus): „flavent capiti tergoque leonum Exuviae, gentilis honos, et pineus armat Stipes", ubi Lactantius p. 126: „bene totum ad similitudinem Herculis: quemadmodum ille clava, sic iste stipite" (isti codd. AB recte). Vet. Schol. Barth. p. 950: „Indicat habitu et armis se demonstrasse cultores Herculis", et XI. 45: Procumbit late Tirynthia alumni Exuvias imitata dei. Trux moeret ab astris Amphitryoniades Nemeaea in sanguine terga Et similes ramos similesque videre plaretras", quibus adiiciam verba Lactantii p. 376: „qui stipitibus et sagittis dimicabant, non gladiis, ut in catalogo" iam ad fidem codicum AB sic corrigenda: „sed stipitibus dimicabant, non gladiis —."

69) Quem eundem quum compertum sit, ut obtinuimus Theb. Parad. p. 401, vocari Teumesium, Thebanum, Cithaeronium, Thespiacum, Charadraeum (de quo nomine plura infra dicemus), accidit, ut Scholiasta Theocriti XIII. 6. p. 354, 12: ἱστορεῖται γ' λέοντας ὑφ' Ἡρακλέους διαφθαρῆναι τὸν Ἑλικώνιον, (τὸν Λέσβιον), τὸν Νεμεαῖον tres ab Hercule superatos leones memoraret eo erroris genere, quod admiserunt Scholiasta Monac. Lucan. IV. 612. p. LXXVII.: „tres leones dicitur interfecisse Hercules, unum in Theumeso monte, alium in Cleone, tertium in Nemea silva" et Harleianus p. LXXVIII.: „Hercules tres interfecit leones Cleonaeum Nemeum et Teumessium", quibus haec reddi: in Helicone, Heliconium vetat et Zonas ac Vindob. Schol. p. LXXVIII.: „Nota, quod dicit Cleonei, quod Cleone silva est, ubi Hercules leonem devicit; duos namque leones dicitur Hercules interfecisse, unum in Cleone, alterum in Nemea silva" et ipsa Scholiastae Theocritii comparatio. Quem locum enim Plehnius in Lesbiacorum libro praeteriit, Staverus Hyg. 30. p. 82, Roulesius in Ptolem. Hephaest. p. 69, Ahrensius in nullam vitii suspicionem adduxerunt, eum evidens est sic, ut diximus Theb. Parad. l. d., antiquitus scriptum fuisse: τὸν Ἑλικώνιον, τὸν Θεσπικὸν, τὸν Νεμεαῖον; parum enim refert, utrum Θεσπικὸν sumatur an Θεσπιακόν (Bast. Comm. Pal. p. 741. Schol. Aristid. p. 323, 16 Ὀλυμπιακός. D. Ὀλυμπικός), quod quidem nomen usu latinorum scriptorum cognitum, ut Statii

Theocritum atque Euripidem videri sequutos supra diximus. Tertio loco referenda est ea sententia, quae in Nemea silva stipitem ab Hercule excisum censet Apollod. II. 4, 11. p. 50, 15: ῥόπαλον μὲν γὰρ αὐτὸς ἔτεμεν ἐκ Νεμέας.

Licuit igitur Propertio nomen „quod rei accurate congrueret“ usurpare aut hoc: Thespiaco iacuit pulsus tria tempora ramo vel Aonio (ne quis enim ramum dici putet

---

Theb. VII. 341. Silv. II. 7, 16. Valerii Flacci I. 93 (cf. 498: „Thespia moenia, ut Arnob. VI. 11. p. 210: „apud Thespios“). Arnobii VI. 13. p. 212: „negotia Thespiaca“, postquam allata Stephani Byzantii auctoritate p. 310, 18 not. viri docti Steph. Thes. IV. p. 342. D apud Graecos scriptores legi negarunt ipso Lobeckio Path. X. 5. p. 481 adeo non contra dicente, ut his positis: „Θεσπικός (omiss. in Thes.) Etym. M. 561, 49, Thespiacus“ omissoque loco Eudociae p. 376 τόπος τῆς Θεσπικῆς deesse quereretur, quae extant proposita p. 342. D, faciendum iam est, ut contestatum esse doceam non modo a Philostrato Epist. 42. p. 21: Θεσπιακή τις, quo allato Stephani sententiam correxit Boissonadius p. 121. not. 8, verum etiam a Dione Chrys. XXVII. 28. p. 529: Φρύνην τὴν Θεσπιακήν, qui ipse non fugit Boissonadium Steph. Thes. IV. Add. [p. 3], et Clemente Alex. Adm. p. 35. C: ἡ ἑταίρα ἡ Θεσπιακή „illa Thespiaca“ Arnob. l. d. p. 212, et a Zenobio VI. 39. p. 165 et Suida II. 2. p. 1597, 3: τὸν Θεσπιακὸν (λέοντα) λέγει. Θεσπιακόν autem ab antiqua scribendi ratione ea librariorem levitate deflexum depravatumque est, qua scriptum invenimus βρεσβυτέρων Philostr. Ep. 70. p. 183. not. 9 confusaque πάθος et βάθος Mang. in Philon. de Post. Cain. p. 320. Vol. II. πιεσθεὶς et βιασθείς Sacrif. Abel. et Cain. p. 107. βαρύτερος et πρᾳότερος Abrah. p. 320 sq. Vol. V. παλιμβαλής et παλιμπαλής v. cap. I. 5. not. 4. p. 24. καταλαβών et καταλιπών vid. cap. IX. 5. not. 101, βαρβάρων et πορφυρέων Dio Chr. LXVI. 4. p. 700 (vid. Coni. Critt. p. 1145 Actt. Darmst. add. Phil. Mund. Opif. p. 100 ἔμποροι καὶ ναύκληροι καὶ πορφυρεῖς), alia multa. At in Phavorini loco: Ἑλικών, ὄρος τῆς βαιστιαίων χώρας ἐν τῇ βοιωτίᾳ, in quo quid verum sit, Siebelisius Paus. IX. 28. p. 90 negat dilucere, littera ϑ (τῆς Θεσπιέων χώρας) in β sic vertit, ut apud Menippum Peripl. p. 167 Hoffm. in nomine Θυνιάδος. codd. Hoeschel. βυνιάδος et in aliis locis, quos protulit Bastius App. Ep. Crit. p. 51 et Comm. Pal. p. 709. Recte nos sentire declarat vel codex Parisinus alter Schol. Hesiod. Theog. 1. p. 461. not. e, in quo eadem exstant atque apud Phavorinum: Ἑλικὼν γὰρ ὄρος τῆς βεστιαίων χώρας ἐν τῇ βοιωτίᾳ. Ceterum non temere interpreter Boeotorum illum nummum, in quo cernitur caput Herculis leonis rictu opertum et Victoria dextra fulmen vibrans (Eckh. II. p. 197), spectare ad Cithaeronium leonem.

talem, qualis fuit poetae Hesiodi: eodem modo A o n i d e s aquae Asopi fluvii a Statio dicuntur Theb. VII. 730) aut illud: A r g o l i c o iacuit pulsus — r a m o. Quod quo magis fuit promptum et propositum, eo maiore cura et subtiliore scientiae pervestigatione id eruendum est, quod sequutus poeta videatur M a e n a l i i rami mentionem inchoasse. Nullum autem huic studio stipendium contulit Cerda his defunctus: „Prop. indicat inventam in Maenalo, qui mons in Arcadia; nam vocat ramum Maenalium.“ Nec idonea fide pro virili parte tributum nobis intulerunt, qui aiunt „stipitem ab Hercule excisum esse in Maenalo, cum cervam aeripedem captam vellet perimere“ (Forcell. Tot. Lat. Lex. III. p. 6); nam cervae capiendae non magis, quam Erymanthio apro, de quo infra dicetur, clavam adhibitam fuisse compertum est.[70]) Nec illa quidem re quidquam proficitur, quod in nummo Stymphaliorum Hercules cernitur „dextra clavam attollens“ Eckh. Doctr. Numm. II. p. 297. Verum, id quod maximum est, omnium praeter Sidonium VII. 189 est consentiens fama de Hercule tum clava armato, quum ad leonem tollendum iret,

70) Heyn. Apollod. II. 5, 3. p. 349 sq. Diod. IV. p. 259, 75. Quint. Smyrn. VI. 225 et Tzetz. Chil. II. 265. p. 51 cf. Nonn. XXV. 232. p. 654: *Ἡρακλῆα μιῆς ἐλάφοιο φονῆα* et qui sagittas memoravit, Sidon. l. infra IX. 1 affer. Cervam M a e n a l i a m vocant scriptor Epigr. 91, 6. Anth. Plan. p. 651 et, qui fugit Spanhemium Callim. Dian. 109. p. 211, Seneca Herc. Fur. 222 et Oet. 17, alii C e r y n e a m, ut Heraclides Alleg. Hom. p. 453. Munck. Hyg. 30. p. 84 et Scholiasta Pind. Ol. III. 52. p. 101: *ἐκαλεῖτο δὲ ἡ ἔλαφος κερβία* id est, ut ego arbitror, *κερυία* (ut *καλάβρωπι* Mich. Syng. in Dion. Areop. p. 367. *νεβρῶν: νευρῶν* Anecd. Par. I. p. 173, 25. *κατεύου: κατεβόων* II. p. 33, 11. Theb. Parad. p. 433), *Κερύνεια* cf. Lobeck. Paral. VII. 3. p. 463, P a r r h a s i d e m Sen. Ag. 831. P a r t h e n i a m Ovidius Met. IX. 188, A r g o l i c a m alii, quos infra afferemus. Sed adiicienda sunt verba S c h o l i a s t a e Pind. l. d.: *θήλειαν δὲ εἶπε καὶ χρυσοκέρων ἀπὸ Ἰστρίας· ὁ γὰρ Θησηΐδα γράψας τοιαύτην αὐτὴν λέγει καὶ Πείσανδρος ὁ Καμειρεὺς καὶ Φερεκύδης*, quo iam id vitium, cui pepercerunt Boeckhius et Duebnerus in Pisandr. fr. 2. p. 7 — nam Sturzium fugit Pherecydeis illa addere —, corrigatur hoc modo: *εἶπε χρυσοκέρων ἀπὸ ἱστορίας*. De quorum verborum sententia disseruimus Anal. Prop. XII. p. 92 add. Schol. Theocr. III. 15. p. 137, 22. Eundem Boeckhium fefellit librariorum error S c h o l. Pyth. IV. 246. p. 358: *Πηνειὸν — διὰ μέσης τῆς πόλεως ῥέοντα* ea tollendus ratione, quam indicat Schol. IX. 27. p. 402: *Περραιβία τετράπολις τῆς Θεσσαλίας*.

nec cum de genere contentionis a scriptoribus variatum sit (Staver. Albric. XXII. p. 931), non hoc dilucet ad subigendum monstrum magno fuisse clavam usui Apollod. II. 5, 1. p. 51, 6: *ὡς δὲ ἔμαθεν ἄτρωτον ὄντα ἀνατεινάμενος τὸ ῥόπαλον ἐδίωκε,* quocum Ioannes Pediasimus concinit 1. p. 350, 8. Tzetz. Chil. VII. 61. p. 240: *Ὁμοίως καὶ τὸ ῥόπαλον τούτου πληγῇ κατάξας Γυμναῖς χερσὶ λαβόμενος συνέθλασεν ὑστέρως.* Theocr. XXV. 255: *Τῇ δ' ἑτέρῃ ῥόπαλον κόρσης ὕπερ αὖον ἀείρας Ἤλασα κὰκ κεφαλῆς· διὰ δ' ἄνδιχα τρηχὺν ἔαξα Αὐτοῦ ἐπὶ λασίοιο καρήατος ἀγριέλαιον Θηρὸς ἀμαιμακέτοιο· πέσεν δ' ὅ γε, πρίν γ' ἔμ' ἱκέσθαι Ὑψόθεν ἐν γαίῃ καὶ ἐπὶ τρομεροῖς ποσὶν ἔστη Νευστάζων κεφαλῇ.* Unde et Commodus, qui se Herculem appellavit, clava leones afflixit (Lamprid. Commod. 9. p. 498 cf. Suet. Ner. 53) et ipse Hercules in nummo Heracleensium „leonem cauda apprehensum clava conficit" (Goltz. Sic. tab. IX. 10. Drak. Sil. III. 33. p. 126 sq.) et ab Albrico XXII. p. 932: „pugnasse cum leone ipsumque clava mactasse et interempto pellem abstulisse" dicitur. Nimirum quum duodecim illi labores cum poetarum carminibus tum hominum sermone celebrarentur ac Charadra, ut infra 3. dicetur, vocaretur et apud Boeotos et apud Argivos, adeo praevaluerat Nemeaei monstri fama, ut quum illud omni armorum genere debilitatum, postremo lacertis Herculis viribusque exanimatum, Cithaeronium leonem clava deiectum ac spoliatum esse vulgatior fama ferret,[71]), utrumque certamen confunderetur. Nec vincendis maximis quibusque feris aut aptius fuit ullum telorum genus aut ab ultima memoria notius, quam quo cum alii pastores venatoresque (ut Attici Meinek. Parthen. fr. 20. p. 275 et Boeoti Stat. Theb. VII. 276), tum Arcades dicuntur usi esse. Nolo iam materiam ab Wartono in Theocr. IX. 23, quem laudat Kiesslingius VII.

---

71) Cf. Apollod. II. 4, 9. p. 49, 5 (de quo loco infra p. 170 dicetur): *οὐκ ἠστόχει δὲ οὔτε τοξεύων οὔτε ἀκοντίζων· ἐν δὲ τοῖς βουκολίοις ὑπάρχων ὀκτωκαιδεκαέτης τὸν Κιθαιρώνιον ἀνεῖλε λέοντα.* 10. p. 49, 15: *χειρωσάμενος τὸν λέοντα τὴν μὲν δορὰν ἠμφιέσατο.* Tzetz. Chil. II. 215. p. 49: *Ἐτῶν δὲ ὀκτωκαίδεκα νέμων ἐν Κιθαιρῶνι Βοῶν φθορέα λέοντα κτείνας φορεῖ τὸ δέρμα.* 217: *θῆρας λέοντας ἐν Θήβαις καὶ Νεμέᾳ.* Theb. Parad. p. 401.

dubitationem, quam ἀλεξητήριον ὅπλισμα), intelligi αὐτοφυῆ ὄζον, non intelligi δαίδαλον ὅπλον, affabre facta autem sive δαιδάλεα, ἡφαιστότευκτα memorari Herculis τεύχη, balteum et corytum, loricam, ocreas, galeam. [63])

Verum ut hac disputatione nihil effecerimus, fuerit sane Herculea clava affabre facta sive tota ferrea sive clavis confixa. At non erat voci δαιδάλεος nunc locus. Refertur ab aliis μέγας πτόρθος, στιβαρὸς ὄζος (τοσσατίη κορύνη Nonn. XXV. 237. p. 654), vastus stipes (Sen. Herc. Fur. 1230. Oet. 413), magnum robur (Herc. Fur. 800), altus truncus (v. 625, qualis etiam Polyphemi fuit Cerd. Virg. Aen. III. 659. p. 364. B), gravis clava, βριθὺ ῥόπαλον (not. 59), nodis gravatum robur Virg. l. d., stipes potens duris nodis Sen. Herc. Fur. 1120, unde ipse Hercules a Callimacho vocatur βαρυσκίπων fr. 120. p. 236. Quorum vocabulorum quolibet posito videtur commendabilius fieri illud, quod poeta memorat, parentis Herculis donum. Quod vero ad consilium poetae parum apposite inventum est: δαίδαλον, idem repro-

63) Quint. Smyrn. X. 179 sqq.: Τεύχεσι δ' ἀμφεκέκαστο δαΐφρονος Ἡρακλῆος Δαιδαλέοις· περὶ γάρ οἱ ἐνὶ ζωστῆρι φαεινῷ Ἄρκτοι ἔσαν βλοσυραί —. Δαίδαλα μέν οἱ τόσσα περὶ ζωστῆρα τέτυκτο· ἄλλα δέ οἱ γωρυτὸς απείριτος ἀμφεκέκαστο — Καὶ τὰ μὲν ἄρ τεύξαντο κλυταὶ χέρες Ἡφαίστοιο Ὀβρίμῳ Ἡρακλῆϊ. Apollod. II. 4, 11. p. 50, 14: παρὰ Ἡφαίστου θώρακα χρυσοῦν. Wess. Diod. IV. p. 260, 28. Hes. Scut. 122. 137: κνημῖδας ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ Ἡφαίστου κλυτὰ δῶρα περὶ κνήμησιν ἔθηκε. — Κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε Δαιδαλέην ἀδάμαντος ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν, quod genus ἡφαιστότευκτον appellare consueverunt Heyn. in Apollod. I. 4, 3. p. 52. Huschk. Anal. p. 54. Weber. Iuvenal. X. 132. p. 321 sq. Licet adiicere Herculaneas machaeras (Casaub. Capitol. Pertin. 8. p. 552) et lanceas Schol. Soph. Trach. 512. p. 152. Wex. Ephem. Antiq. 1839. p. 1158 sq., qui praeteriit, quem supra attulimus, Isonem in Prudent. περὶ στεφ. X. 285: „Herculis — clavam minari" p. 351: „lancea, hasta Herculis. baculus Herculis" (cf. Delr. in Sen. Thyest. 229. p. 119. Barth. Claudian. Nupt. Hon. 120. p. 824 sq. et quo loco de clava et hasta Thesei scripsit, in Stat. Theb. XII. 720. p. 1549 sq. Cup. Apoth. Hom. p. 23), quum Eustathius Od. XVII. 196. p. 1815, 28 neget ῥόπαλον esse βασιλικόν sceptrum; ut videri iam quibusdam queat regium decus affectasse cynicus iste philosophus, qui baculum sibi fecerat „consimilem Homerico illi sceptro χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένῳ", quibus verbis rectius usus est Berglerus Alciphr. T. II. p. 168, quam Hauptius.

batur verborum ordine; nam perperam, ut ex comparatione nominis ἀλεξητήριον intelligitur, infra verbum καθίει reiectum videtur esse: certe praestabat ita omnia digeri: καθίει, δαίδαλον, ψευδῆ δόσιν, ut δαίδαλον idem esse statueretur atque δαίδαλμα. Nec iam referam parum religiose servatas criticae artis leges: nam nec accentus sedem temere mutandam corrigenti esse identidem inculcavit Boissonadius nec facile fidem invenit vox δαίδαλον a librariis conversa in eam formam (δαιδάλου), cuius intellectus est aliquanto difficilior.

Sed nondum peracta causa est. Addidit enim Hauptius p. 7 haec, quibus non mediocrem interpretum negligentiam et vituperaret et corrigeret. In eisdem illis versibus, inquit, quibus Euripides Herculis clavam memorat aliud restat, de quo dicendum eo magis est, quo neglegentius interpretes rem satis memorabilem praetermiserunt. Narrat antea Megara Herculem cum uni filiorum Argivum regnum destinaret simul ei induisse pellem leoninam. scite hoc poeta instituit: congruenter enim futuro regi Argivorum Argolici monstri exuviae tribuuntur. hinc Elmsleius intellexit clavae etiam et Thebani regni esse debere similem aliquam communionem. sed abutitur eo ad infirmandum Hermanni δαίδαλον, pro quo frustra videtur quaesivisse, quod declararet quomodo clava ad Thebas pertineret. quaesivit, ut aiunt, nodum in scirpo. etenim Iosephus Eckhelius doctr. numm. vol. II. p. 202 sqq. prolato nummo Thebano in quo clypeus Boeotius et inserta ei clava expressa est egregie docuit Herculis, quippe Thebis nati, clavam insigne fuisse scutorum Thebanorum primusque explicavit non intellecta verba Xenophontis hist. Gr. VII. 5, 20: ἐπεγράφοντο δὲ καὶ οἱ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται ῥόπαλα ἔχοντες, ὡς Θηβαῖοι ὄντες. Itaque non metuendum erat Euripidi ne mirarentur spectatores coniunctam clavae et regni Thebani commemorationem.“ Ergo Elmsleius quaesivit, ut Hauptius dicit, nodum in scirpo. At Hauptius fovit, ut aiunt, pro Iunone nubeculam. Quid enim? qui „Arcades inscripto clypeis suis clavae insigni sese Thebanos professos“ coniectavit, is nonne orationem fert ac probat in ambiguum implicatam (in duos enim significatus verba ὡς ὄντες Θηβαῖοι diducuntur, aut in illum: quasi essent Thebani, aut in hunc: quippe qui essent Thebani)? is nonne novam et incredibilem

rem narrat, si ab Arcadibus scribit Thebanorum habitum tenui isto dumtaxat clavae insigni suis scutis addito simulatum fuisse? Eidem nonne constans Graecorum consuetudo repugnat ῥόπαλα ἔχοντες non illos dicentium, qui clypeis suis insculptam habent clavae effigiem, sed eos, qui suis manibus clavam gestant (cf. Add.)? Quid vero de eo dicam, quod doctissimi viri parum illud recordati sunt cum omnes Boeotos tum Thebanos insignes fuisse clypeo, qui proprio vocabulo appellatur Boeotius (Dodwell. Itin. I. 2. p. 67. Eckhel. l. d. p. 195) et galea (Meurs. Misc. Lac. II. 1. p. 91. Eckhel. p. 196), in nummis autem non clavam modo, verum etiam thyrsum (Eckhel. p. 204) expressum, in militaribus signis a nullo habitam esse clavam, a multis Sphingem, draconem, leoninam pellem, lyram taurumque;[64] nolo enim plura ex iis delibare, quae olim destinaveramus alteri Theb. Paradoxorum volumini. Itaque pellatur „vana ista opinatio" teneaturque librorum ea memoria, a qua ne Eckhelius quidem discessit: ἐπεγράφοντο δὲ καὶ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται (οἱ τῶν Haupt.). Namque XENOPHON quod indicaverat c. 19: τὸ μέντοι στράτευμα παρεσκευακέναι, ὥς πόνων τε μηδένα ἀποκάμνειν — σπάνιά τε τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντας ὅμως πείθεσθαι ἐθέλειν, ταῦτά μοι δοκεῖ θαυμαστότερα εἶναι, id cap. 20 his subtilius exsequutus: καὶ γὰρ ὅτε τὸ τελευταῖον παρήγγειλεν αὐτοῖς παρασκευάζεσθαι ὡς μάχης ἐσομένης προθύμως μὲν ἐλευκοῦντο οἱ ἱππεῖς τὰ κράνη κελεύοντος ἐκείνου· ἐπεγράφοντο δὲ καὶ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται ῥόπαλα ἔχοντες — πάντες δὲ (id est reliqui omnes Abresch. Xen. Ephes. p. 354 sq. Misc. Obss. X. p. 247 Peerlk.) ἠκονῶντο καὶ λόγχας καὶ μαχαίρας καὶ ἐλαμπρύναντο τὰς ἀσπίδας minime dubium est quin hoc narraverit: inter gravis armaturae pedites nomen professos esse multos, qui clavam gestarent:

64) Sphingis mentionem faciunt, quos attulerunt Barthius Stat. Theb. X. 652. p. 1227 et Tiraquellus in Alexandr. ab Alexandr. Gen. Dier. IV. 2. p. 868. Schol. Eur. Phoen. 411. p. 104 et not. 7. p. 103. Stat. Theb. IV. 87. leoninae pellis Hyginus 69. Theb. Parad. p. 401. draconis Muell. Orch. p. 217. lyrae taurique Lactantius Theb. VII. 279.

ἐπεγράφοντο δὲ καὶ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται ῥόπαλα ἔχοντες, ὡς θηρατ αὶ ὄντες.

Clavae enim in venatione frequentissimus apud Arcades erat usus, quam rem multis scriptorum testimoniis comprobandi infra copia erit. 65) Sed ut concedatur, quod infra in hoc capite novis documentis obtinebimus minime concedendum esse: neque Arcades nec Tirynthios pro gentilibus armis clavas habuisse, Thebanorum vero scutorum „proprium insigne fuisse clavam Herculis quippe Thebis nati“: egregie vero „poetae instituto“ congruit comparatio pellis, quam constat virtute Herculis (Stat. Theb. IV. 646) partam fuisse, et clavae non item Herculis viribus quaesitae, sed Thebanorum ambitione celebratae et pro signo nati apud se dei usurpatae. Nimirum id, quod fortuitum fuit (neque enim nasci potuisse, ut ait Nemesianus Laud. Herc. 13, pro virtute est, nedum Thebis nasci) et procedente tempore demum augustum, cum eo, quod ipse Hercules invicti roboris praeferebat argumentum, componere deforme est in eo praesertim loco, quo mentione Argorum facta, qui propter pacatum Nemeaeum agrum victori videren-

65) Nunc facillimae mutationis (*θηβαι: θηρατ*) satis est testes dare tum Wyttenbachium in Plat. Phaed. p. 314. Hesych. II. p. 652: *νάνας τὰς ῥυτάς.* Anal. Prop. III. p. 22 *ῥοιάς.* Herod. V. 69: *τότε πάντων.* Abicht. Philol. XXI. 1. p. 86 *τότε ἐπανιών.* Schol. Plat. Phaed. p. 380: *ὑπὸ Ἐλάτου καὶ Φεράνδρου.* codd. *ἐλαίου* cf. Hullemann. Durid. fr. LXXVIII. p. 188, tum Marcianum Heracl. p. 213 *Θῆβαι.* cod. Milleri *Θῆραι.* Hephaestionem VIII. p. 49: *Θηβαίου ποιητοῦ.* Suid. II. 2. p. 663, 13 *Θηραίου.* Mein. Anal. Alex. p. 7. Etym. M. p. 27, 51 *Θηριακοῖς.* Mein. Exercc. in Athen. I. p. 8 not. cf. O. Schneid. Nicandr. p. 31 *Θηβαϊκοῖς*, et quos attulimus Theb. Parad. p. 362. Ipsam vocem *θηραταί* probant Iacobsius Aelian. N. A. IX. 8. p. 307 et Boissonadius Theophyl. Simoc. p. 169. Libet adiicere Clementi Alexandrino Quis Div. Salv. 37. p. 94: *ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ἀγάπη καὶ δι' ἀγάπην ἡμῖν ἐθηράθη* ab Valckenario, qui corrigi *ἡμῖν ἀνεκράθη* iussit in Eur. Hipp. 253. p. 191e persuasitque Segaario p. 324, sententiam restitutam videri, ipsum, quod antiquitus positum fuerat, verbum minime. Hoc enim videor proferre probabilius (Coniectt. Crit. in Dion. Chrys. Or. LV. in Actt. Darmst. 1842. p. 1189): *δι' ἀγάπην ἡμῖν ἐφυράθη* cf. Plat. Legg. XII. 5. p. 950. A: *οὐδὲν διαφέρει φύρεσθαι δεχομένους τε αὐτοῖς ξένους καὶ αὐτοὺς εἰς τὰς ἄλλας ἐπικωμάζοντας πόλεις.* Plut. Romul. 27, 4: *ἡ δὲ (ψυχὴ) σώματι πεφυρμένη.* Philet. fr. 5. p. 37: *πολέεσσι πεφύρησαι χαλεποῖσιν.* Gatak. Antonin. Phil. VII. 67. p. 289.

tur deberi, ius Thebani regni ab ipsius Megarae dote repetitur: *σὺ δ' ἦσθα Θηβῶν τῶν φιλαρμάτων ἄναξ Ἔγκληρα πεδία τἀμὰ γῆς κεκτημένος.* Itaque tantum abest ut Hauptii argumentatio valeat, ut de ipsius Euripidis auctoritate haec videantur fuisse clavae et Thebani regni aliquam communionem requirenti fortiter pronuntianda: „Congruenter futuro regi Argivorum Argolici monstri exuviae tribuuntur, futuro Thebarum regi stipes in ipsa Boeotia natus et ab ipso Hercule recisus primoque inter mortales experimento ac beneficio (*ἀλεξητήριον ξύλον*) nobilitatus, futuro Oechaliae regi ille arcus, qui et regi Oechaliae et urbi fertur fatalis [66]) fuisse." Origines autem Herculeae clavae vere a nobis traditas esse infra 2 apparebit.

Et his quidem videor tantorum virorum commenta omnino confutasse. Paucis iam licet expromere, quid ipse sentiam. Consentaneum enim est a Megara „mariti ab inferis reditum desperante" clavam, qua ad repraesentandum Herculis robur defendendis periculis spectatissimum aptius nihil proferre possit, [67]) dici

δεικέλου ψευδῆ δόσιν.

Quemadmodum apud Paulum Silentiarium est Anth. Pal. V.

---

66) Apollod. II. 6, p. 63, 10. Sturz. Pherecyd. p. 176 sq. Strictim illud attingam, quod de tertia mentione Hauptius p. 8 adiecit: „tertio filio Hercules narratur Oechaliam arcu a se captam destinasse, arcum ei sagittasque dedisse, ut fratribus antea leonis exuvias et clavam, non narratur. Itaque post hanc brevissimam narrationem — aliquid prioribus duabus narrationibus consimile excidisse probabile est." Nimirum et alia similis brevitatis exempla extant, quale est et Homeri Il. XVI. 173 sq. et 179 sq. cf. 196 et Ioannis Gazaei in mentione Boreae v. 247 — 254, Zephyri 255 — 259, Noti 262 — 266 verbosi, in Euri mentione parci 260. 261, et ex comparatione versuum: *ἀμφέβαλλε σῷ κάρᾳ* et *εἰς δεξιὰν δὲ σὴν — ξύλον καθίει* facile intelligitur versum hunc: *σοὶ — δώσειν ὑπέσχετο* spectare ad filium infantem, nondum puerum, cuius dextra vel tenendo arcui impar esset cf. v. 952: *Ὥρουον ἄλλος ἄλλοσ', εἰς πέπλους ὁ μὲν Μητρὸς ταλαίνης, ὁ δ' ὑπὸ κιόνος σκιάν, Ἄλλος δὲ βωμόν* et 977 cf. Senec. 1020 sq.

67) *Σύμβολον δ' ἂν ἑκάτερον εἴη ῥώμης καὶ γενναιότητος· ὁ μὲν γὰρ λέων τὸ ἀλκιμώτατον τῶν θηρίων ἐστί, τὸ δὲ ῥόπαλον τὸ καρτερώτατον τῶν ὅπλων* Cornut. 31. p. 189 et Eudoc. p. 218 cf. Lob. Aglaoph. p. 729.

260, 1. p. 163: *Κεκρύφαλοι σφίγγουσι τεὴν τρίχα; τήκομαι οἴστρῳ Ῥείης πυργοφόρου δείκελον εἰςορόων* et apud Parthenium cerva, ut ego arbitror, cuius vicaria pro virgine caedes a poetis memoratur, ut a Nonno XIII. 107. p. 356 *θυηπολίην ψευδήμονος Ἰφιγενείης — νόθον εἶδος ἀληθέος Ἰφιγενείης*, fr. XXXI.: *δείκελον Ἰφιγόνης*. Cf. Iacobs. Anth. Pal. p. 580. Lobeck. Aglaoph. p. 175. Welcker. Syllog. 165. not. 214. Meinek. in Parthen. p. 284 (add. Eustath. Opusc. VI. 6. p. 39, 14: *τοιοῦτος μὲν — ὁ πάππος ὁ δι' αὐτὰ ταῦτα καὶ τίμιος δείκηλον αὐτὸς θεῖον φιλοσοφούμενος*). Ut clava videri Megarae queat absente Hercule verius *ἴνδαλμα* vel *εἴδωλον* esse, quam *ἀλεξητήριον ξύλον*. Daedali autem nomen fortasse inde illatum est, quod notissimum Herculis simulacrum fertur ab ipso Daedalo Thebis dedicatum fuisse Paus. IX. 11, 2: *Δαιδάλου δὲ τῶν ἔργων δύο μὲν ταῦτά ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ, Ἡρακλῆς τε ἐν Θήβαις καὶ παρὰ Λεβαδεῦσιν ὁ Τροφώνιος.*

2.

Iam porro rem urgeamus videamusque, quanti sit illud faciendum, quod idem Hauptius pernegat „ulla hoc fabula explicari posse, quod Maenalium ramum PROPERTIVS tribuit Herculi“ IV (V). 9, 15:

Maenalio iacuit pulsus tria tempora ramo
  Cacus et Alcides sic ait: ite, boves,
Herculis ite boves, nostrae labor ultime clavae,
  Bis mihi quaesitae, bis mea praeda, boves.

Rem, quam penitus explorare omnes interpretes supersederunt, quum nosse maxime interesset, cum aliqua cura attigerunt Passeratius in Prop. p. 619 Graev., Cerda Virg. Aen. XI. 250. p. 187. D. Begerus Thes. Brand. II. p. 112. 279. 280; neque enim mirum est ei exsequendae quaestioni non vacavisse Savaronem, quo loco Sidonium Apollinarem Carm. XIII. 10: „Collaque flammigenae disrumpens fumida furis Tandem directas iusserit ire boves“ ad Propertium spectasse dixit p. 141, ut tamen non iuberet hanc verborum descriptionem fieri:

Alcides sic, ait, ite boves.

Multum autem discrepat auctorum opinionibus, quae origo fuerit Herculeae clavae. Quam Tirynthii homines apud se inventam

praedicarunt: testis est Pausanias II. 31, 13: *τὸν δὲ Ἡρακλέα λέγουσιν ἀνευρόντα τὸν πρὸς τῇ Σαρωνίδι κότινον ἀπὸ τούτου τεμεῖν ῥόπαλον.* [68]) Longe aliud affert, quem praeteriit Cerda, Theocritus, apud quem Hercules XXV. 209: *ἑτέρηφι δὲ βάκτρον — τὸ μὲν αὐτὸς ὑπὸ ζαθέῳ Ἑλικῶνι Εὑρὼν σὺν πυκινῇσιν ὁλοσχερὲς ἔσπασα ῥίζῃς.* Quod quidem facili coniectura intelligitur tum factum esse, quum adolescens aggressurus esset Heliconium leonem. [69]) Eandem autem famam

---

68) Quam ipsam rem maxime eo valuisse arbitror, ut stipitibus armati Tirynthii in bella procederent Stat. Theb. IV. 154 (quem locum supra in hoc capite 1 perstrinximus): „flavent capiti tergoque leonum Exuviae, gentilis honos, et pineus armat Stipes“, ubi Lactantius p. 126: „bene totum ad similitudinem Herculis: quemadmodum ille clava, sic iste stipite“ (isti codd. AB recte). Vet. Schol. Barth. p. 950: „Indicat habitu et armis se demonstrasse cultores Herculis“, et XI. 45: Procumbit late Tirynthia alumni Exuvias imitata dei. Trux moeret ab astris Amphitryoniades Nemeaea in sanguine terga Et similes ramos similesque videre pharetras“, quibus adiiciam verba Lactantii p. 376: „qui stipitibus et sagittis dimicabant, non gladiis, ut in catalogo“ iam ad fidem codicum AB sic corrigenda: „sed stipitibus dimicabant, non gladiis —.“

69) Quem eundem quum compertum sit, ut obtinuimus Theb. Parad. p. 401, vocari Teumesium, Thebanum, Cithaeronium, Thespiacum, Charadraeum (de quo nomine plura infra dicemus), accidit, ut Scholiasta Theocriti XIII. 6. p. 354, 12: *ἱστορεῖται γ' λέοντας ὑφ' Ἡρακλέους διαφθαρῆναι τὸν Ἑλικώνιον, (τὸν Λέσβιον), τὸν Νεμεαῖον* tres ab Hercule superatos leones memoraret eo erroris genere, quod admiserunt Scholiasta Monac. Lucan. IV. 612. p. LXXVII.: „tres leones dicitur interfecisse Hercules, unum in Theumeso monte, alium in Cleone, tertium in Nemea silva“ et Harleianus p. LXXVIII.: „Hercules tres interfecit leones Cleonaeum Nemeum et Teumessium“, quibus haec reddi: in Helicone, Heliconium vetat et Zonas ac Vindob. Schol. p. LXXVIII.: „Nota, quod dicit Cleonei, quod Cleone silva est, ubi Hercules leonem devicit; duos namque leones dicitur Hercules interfecisse, unum in Cleone, alterum in Nemea silva“ et ipsa Scholiastae Theocritii comparatio. Quem locum enim Plehnius in Lesbiacorum libro praeteriit, Staverus Hyg. 30. p. 82, Roulesius in Ptolem. Hephaest. p. 69, Ahrensius in nullam vitii suspicionem adduxerunt, eum evidens est sic, ut diximus Theb. Parad. l. d., antiquitus scriptum fuisse: *τὸν Ἑλικώνιον, τὸν Θεσπικόν, τὸν Νεμεαῖον;* parum enim refert, utrum *Θεσπικόν* sumatur an *Θεσπιακόν* (Bast. Comm. Pal. p. 741. Schol. Aristid. p. 323, 16 *Ὀλυμπιακός.* D. *Ὀλυμπικός*), quod quidem nomen usu latinorum scriptorum cognitum, ut Statii

Theocritum atque Euripidem videri sequutos supra diximus. Tertio loco referenda est ea sententia, quae in Nemea silva stipitem ab Hercule excisum censet Apollod. II. 4, 11. p. 50, 15: ῥόπαλον μὲν γὰρ αὐτὸς ἔτεμεν ἐκ Νεμέας.

Licuit igitur Propertio nomen „quod rei accurate congrueret“ usurpare aut hoc: Thespiaco iacuit pulsus tria tempora ramo vel Aonio (ne quis enim ramum dici putet

---

Theb. VII. 341. Silv. II. 7, 16. Valerii Flacci I. 93 (cf. 498: „Thespia moenia, ut Arnob. VI. 11. p. 210: „apud Thespios“). Arnobii VI. 13. p. 212: „negotia Thespiaca“, postquam allata Stephani Byzantii auctoritate p. 310, 18 not. viri docti Steph. Thes. IV. p. 342. D apud Graecos scriptores legi negarunt ipso Lobeckio Path. X. 5. p. 481 adeo non contra dicente, ut his positis: „Θεσπικός (omiss. in Thes.) Etym. M. 561, 49, Thespiacus“ omissoque loco Eudociae p. 376 τόπος τῆς Θεσπικῆς deesse quereretur, quae extant proposita p. 342. D, faciendum iam est, ut contestatum esse doceam non modo a Philostrato Epist. 42. p. 21: Θεσπιακή τις, quo allato Stephani sententiam correxit Boissonadius p. 121. not. 8, verum etiam a Dione Chrys. XXVII. 28. p. 529: Φρύνην τὴν Θεσπιακήν, qui ipse non fugit Boissonadium Steph. Thes. IV. Add. [p. 3], et Clemente Alex. Adm. p. 35. C: ἡ ἑταίρα ἡ Θεσπιακή „illa Thespiaca“ Arnob. l. d. p. 212, et a Zenobio VI. 39. p. 165 et Suida II. 2. p. 1597, 3: τὸν Θεσπιακὸν (λέοντα) λέγει. Θεσπιακόν autem ab antiqua scribendi ratione ea librariorem levitate deflexum depravatumque est, qua scriptum invenimus βρεσβυτέρων Philostr. Ep. 70. p. 183. not. 9 confusaque πάθος et βάθος Mang. in Philon. de Post. Cain. p. 320. Vol. II. πιεσθεὶς et βιασθείς Sacrif. Abel. et Cain. p. 107. βαρύτερος et πρᾳότερος Abrah. p. 320 sq. Vol. V. παλιμβαλής et παλιμπαλής v. cap. I. 5. not. 4. p. 24. καταλαβών et καταλιπών vid. cap. IX. 5. not. 101, βαρβάρων et πορφυρέων Dio Chr. LXVI. 4. p. 700 (vid. Coni. Critt. p. 1145 Actt. Darmst. add. Phil. Mund. Opif. p. 100 ἔμποροι καὶ ναύκληροι καὶ πορφυρεῖς), alia multa. At in Phavorini loco: Ἑλικών, ὄρος τῆς βαιστιαίων χώρας ἐν τῇ βοιωτίᾳ, in quo quid verum sit, Siebelisius Paus. IX. 28. p. 90 negat dilucere, littera ϑ (τῆς Θεσπιέων χώρας) in β sic vertit, ut apud Menippum Peripl. p. 167 Hoffm. in nomine Θυνιάδος. codd. Hoeschel. βυνιάδος et in aliis locis, quos protulit Bastius App. Ep. Crit. p. 51 et Comm. Pal. p. 709. Recte nos sentire declarat vel codex Parisinus alter Schol. Hesiod. Theog. 1. p. 461. not. e, in quo eadem exstant atque apud Phavorinum: Ἑλικὼν γὰρ ὄρος τῆς βεστιαίων χώρας ἐν τῇ βοιωτίᾳ. Ceterum non temere interpreter Boeotorum illum nummum, in quo cernitur caput Herculis leonis rictu opertum et Victoria dextra fulmen vibrans (Eckh. II. p. 197), spectare ad Cithaeronium leonem.

talem, qualis fuit poetae Hesiodi: eodem modo Aonides aquae Asopi fluvii a Statio dicuntur Theb. VII. 730) aut illud: Argolico iacuit pulsus — ramo. Quod quo magis fuit promptum et propositum, eo maiore cura et subtiliore scientiae pervestigatione id eruendum est, quod sequutus poeta videatur Maenalii rami mentionem inchoasse. Nullum autem huic studio stipendium contulit Cerda his defunctus: „Prop. indicat inventam in Maenalo, qui mons in Arcadia; nam vocat ramum Maenalium.“ Nec idonea fide pro virili parte tributum nobis intulerunt, qui aiunt „stipitem ab Hercule excisum esse in Maenalo, cum cervam aeripedem captam vellet perimere“ (Forcell. Tot. Lat. Lex. III. p. 6); nam cervae capiendae non magis, quam Erymanthio apro, de quo infra dicetur, clavam adhibitam fuisse compertum est.[70]) Nec illa quidem re quidquam proficitur, quod in nummo Stymphaliorum Hercules cernitur „dextra clavam attollens“ Eckh. Doctr. Numm. II. p. 297. Verum, id quod maximum est, omnium praeter Sidonium VII. 189 est consentiens fama de Hercule tum clava armato, quum ad leonem tollendum iret,

70) Heyn. Apollod. II. 5, 3. p. 349 sq. Diod. IV. p. 259, 75. Quint. Smyrn. VI. 225 et Tzetz. Chil. II. 265. p. 51 cf. Nonn. XXV. 232. p. 654: *Ἡρακλῆα μιῆς ἐλάφοιο φονῆα* et qui sagittas memoravit, Sidon. l. infra IX. 1 affer. Cervam Maenaliam vocant scriptor Epigr. 91, 6. Anth. Plan. p. 651 et, qui fugit Spanhemium Callim. Dian. 109. p. 211, Seneca Herc. Fur. 222 et Oet. 17, alii Ceryneam, ut Heraclides Alleg. Hom. p. 453. Munck. Hyg. 30. p. 84 et Scholiasta Pind. Ol. III. 52. p. 101: *ἐκαλεῖτο δὲ ἡ ἔλαφος κερβία* id est, ut ego arbitror, *κερυία* (ut *καλάβρωπι* Mich. Syng. in Dion. Areop. p. 367. *νεβρῶν: νευρῶν* Anecd. Par. I. p. 173, 25. *κατεύου: κατεβόων* II. p. 33, 11. Theb. Parad. p. 433), *Κερύνεια* cf. Lobeck. Paral. VII. 3. p. 463, Parrhasidem Sen. Ag. 831. Partheniam Ovidius Met. IX. 188, Argolicam alii, quos infra afferemus. Sed adiicienda sunt verba Scholiastae Pind. l. d.: *θήλειαν δὲ εἶπε καὶ χρυσοκέρων ἀπὸ Ἰστρίας· ὁ γὰρ Θησηΐδα γράψας τοιαύτην αὐτὴν λέγει καὶ Πείσανδρος ὁ Καμειρεὺς καὶ Φερεκύδης*, quo iam id vitium, cui pepercerunt Boeckhius et Duebnerus in Pisandr. fr. 2. p. 7 — nam Sturzium fugit Pherecydeis illa addere —, corrigatur hoc modo: *εἶπε χρυσοκέρων ἀπὸ ἱστορίας*. De quorum verborum sententia disseruimus Anal. Prop. XII. p. 92 add. Schol. Theocr. III. 15. p. 137, 22. Eundem Boeckhium fefellit librariorum error Schol. Pyth. IV. 246. p. 358: *Πηνειὸν — διὰ μέσης τῆς πόλεως ῥέοντα* ea tollendus ratione, quam indicat Schol. IX. 27. p. 402: *Περῥαιβία τετράπολις τῆς Θεσσαλίας*.

nec cum de genere contentionis a scriptoribus variatum sit (Staver. Albric. XXII. p. 931), non hoc dilucet ad subigendum monstrum magno fuisse clavam usui Apollod. II. 5, 1. p. 51, 6: *ὡς δὲ ἔμαθεν ἄτρωτον ὄντα ἀνατεινάμενος τὸ ῥόπαλον ἐδίωκε,* quocum Ioannes Pediasimus concinit 1. p. 350, 8. Tzetz. Chil. VII. 61. p. 240: *Ὁμοίως καὶ τὸ ῥόπαλον τούτου πληγῇ κατάξας Γυμναῖς χερσὶ λαβόμενος συνέθλασεν ὑστέρως.* Theocr. XXV. 255: *Τῇ δ' ἑτέρῃ ῥόπαλον κόρσης ὕπερ αὖον ἀείρας Ἤλασα κὰκ κεφαλῆς· διὰ δ' ἄνδιχα τρηχὺν ἔαξα Αὐτοῦ ἐπὶ λασίοιο καρήατος ἀγριέλαιον Θηρὸς ἀμαιμακέτοιο· πέσεν δ' ὅ γε, πρὶν γ' ἔμ' ἱκέσθαι Ὑψόθεν ἐν γαίῃ καὶ ἐπὶ τρομεροῖς ποσὶν ἔστη Νευστάζων κεφαλῇ.* Unde et Commodus, qui se Herculem appellavit, clava leones afflixit (Lamprid. Commod. 9. p. 498 cf. Suet. Ner. 53) et ipse Hercules in nummo Heracleensium „leonem cauda apprehensum clava conficit" (Goltz. Sic. tab. IX. 10. Drak. Sil. III. 33. p. 126 sq.) et ab Albrico XXII. p. 932: „pugnasse cum leone ipsumque clava mactasse et interempto pellem abstulisse" dicitur. Nimirum quum duodecim illi labores cum poetarum carminibus tum hominum sermone celebrarentur ac Charadra, ut infra 3. dicetur, vocaretur et apud Boeotos et apud Argivos, adeo praevaluerat Nemeaei monstri fama, ut quum illud omni armorum genere debilitatum, postremo lacertis Herculis viribusque exanimatum, Cithaeronium leonem clava deiectum ac spoliatum esse vulgatior fama ferret,[71]), utrumque certamen confunderetur. Nec vincendis maximis quibusque feris aut aptius fuit ullum telorum genus aut ab ultima memoria notius, quam quo cum alii pastores venatoresque (ut Attici Meinek. Parthen. fr. 20. p. 275 et Boeoti Stat. Theb. VII. 276), tum Arcades dicuntur usi esse. Nolo iam materiam ab Wartono in Theocr. IX. 23, quem laudat Kiesslingius VII.

---

71) Cf. Apollod. II. 4, 9. p. 49, 5 (de quo loco infra p. 170 dicetur): *οὐκ ἠστόχει δὲ οὔτε τοξεύων οὔτε ἀκοντίζων· ἐν δὲ τοῖς βουκολίοις ὑπάρχων ὀκτωκαιδεκαέτης τὸν Κιθαιρώνιον ἀνεῖλε λέοντα.* 10. p. 49, 15: *χειρωσάμενος τὸν λέοντα τὴν μὲν δορὰν ἠμφιέσατο.* Tzetz. Chil. II. 215. p. 49: *Ἐτῶν δὲ ὀκτωκαίδεκα νέμων ἐν Κιθαιρῶνι Βοῶν φθορέα λέοντα κτείνας φορεῖ τὸ δέρμα.* 217: *θῆρας λέοντας ἐν Θήβαις καὶ Νεμέᾳ.* Theb. Parad. p. 401.

19. p. 208, Lennepio Animadv. ad Coluth. I. 15. p. 69 sq. Spanhemio Callim. Dian. 2. p. 122 sq. Georgio D'Arnaud Lectt. Graec. II. 9. p. 193 cf. Burm. Grat. Cyn. 131. p. 112. b tractatam accuratius digerere et subtilius exsequi. Satis est primum attulisse Apollodorum II. 4, 6. p. 47, 5: *ἀπολαμβάνοντος δὲ αὐτοῦ τὰς βόας μιᾶς ἐκθορούσης Ἀμφιτρύων ἐπ' αὐτὴν ἀφῆκεν ὃ μετὰ χεῖρας εἶχε ῥόπαλον* Ioannemque Pediasimum in Hes. Scut. 11. p. 610, 39: *ἔῤῥιψε ξύλον κατὰ βοός* (unde intelligitur, id quod supra not. 57 diximus, vere clavam in telis numerari cum ab aliis tum ab Apollodoro l. d. *ἀκοντίζων* cf. Voss. Virg. Georg. II. 530. p. 455 maximeque Arnaud. l. d.). Epigramma Anth. Pal. IV. 101, 3. p. 654: *τὸν Διὸς — Βοῦν ἀρότην ἕλκοντα καὶ ἀντανύοντα κορύνην* (cf. Etym. M. p. 485, 40. Schol. Theocr. VII. 20. p. 244, 8: *κορύνη δὲ καὶ ῥόπαλον τὸ αὐτό* et Apoll. Rhod. IV. 973 sq.). Michaelem Syngelum in Dionys. Areop. p. 367: *καθάπερ τις αἰπόλος τοὺς μὲν λυμαντικοὺς θῆρας ἐφορμῶντας αἰχμαῖς ἀμύνει καὶ σφενδόνῃ καὶ καλάβρωπι* (scrib. *καλαύροπι* cf. not. 70) et qui de Orione venatore prodiderunt, Homerum Od. XI. 572: *Ὠρίωνα — Θῆρας ὁμοῦ εἰλοῦντα — Τοὺς αὐτὸς κατέπεφνεν ἐν οἰοπόλοισιν ὄρεσσιν Χερσὶν ἔχων ῥόπαλον παγχάλκεον, αἰὲν ἀαγές* et Aratum Phaen. 638: *θηρία πάντα Καρτερὸς Ὠρίων στιβαρῇ ἐπέκοπτε κορύνῃ* cf. Eust. Hom. l. d. p. 1699, 31: *σημείωσαι δὲ ὡς οὐ μόνον Ἡρακλῆς ῥοπαλοφόρος ἱστόρηται, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ Ὠρίων ῥοπάλῳ χρῆται κυνηγετῶν,* denique Leonidam Anth. Pal. VI. 53, 3. p. 196: *τὰν ῥαιβόκρανον εὐστόρθυγγα κορύναν, Ἃ πάρος αἱμωποὺς ἐστυφέλιξε λύκους.* Alterum hoc est, ut maxime Arcades, quibus nulla gens habita est antiquior, clavis armari solitos esse demonstrem. De qua re certis constat testimoniis. Nam quum essent *ἀγροτικοὶ καὶ κυνηγετικοὶ οἱ Ἀρκάδες* (Tzetz. Lyc. 399. p. 580 cf. Philostr. Apoll. Tyan. VIII. 12. p. 161, 29. Stat. Theb. VII. 591. Achill. I. 419 et quos infra IX. 1 extr. afferemus), patrius illis mos fuit clavas gestandi: auctor est Xenophon eo loco, quem maximae fraudi fuisse Eckhelio atque Hauptio supra 1 docuimus, et Statius Theb. IV. 299: „Arcades hi, gens una viris, sed dissona cultu Scinditur: hi Paphias myrtos a stirpe recurvant Et pastorali

meditantur proelia trunco" cf. Vet. Schol. Barth. p. 1012: „pastorali trunco) clava seu robore, stipite curvo de myrto, id quod firmissimum lignum est." Lactant. p. 134: „trunco id est pedo, quod armorum genus Homerus ῥόπαλον vocat", ubi codicum Monacensium memoria (A. coinvocat. corrector c̄t ū. B. convocat) docet scribendum esse κορύνην (cf. not. 62.) Quid, quod eo Centaurorum mentio videtur pertinere truncis radicitus evulsis, ut in cap. IV. 4. p. 72 cf. Hertzb. Prop. I. 1, 13. p. 6 diximus, pugnantium?

Hinc facili via pervenitur ad interpretandam fabulam Molorchi Cleonaei, quem pastorem vocat Servius Virg. Georg. III. 19. p. 267. Myth. I. 52. p. 19, 17 cf. Stat. Theb. II. 378, vinitorem Statius Theb. IV. 160 et Vetus Scholiasta Barth. p. 953 ac Luxorius (de quo infra 3 dicetur), rusticum Philargyrius,[72]) ἄνδρα χερνήτην Apollodorus II. 5, 1. p. 51, 2 et Ioannes Pediasimus 1. p. 350, 3, pauperem Statius Silv. III. 1, 29 (Lact. Theb. IV. 160), parcum IV. 6, 51 cf. Prob. l. infra affer. De eo autem haec prodidit Lactantius Theb. IV. 160. p. 126: „cum Hercules ad occidendum leonem isset ab Eurystheo missus a Molorcho susceptus est hospitio, cuius filium leo[73]) occiderat didicitque ab eo, quemadmodum adversus feram coiret" et Mythographus II. 160. p. 130,

---

72) Haec enim Philargyrii Virg. Georg. III. 19. p. 334 sunt verba: „ludos Molorchi accipimus, qui Nemei, ubi Molorchus rex, [qui] Herculem ad Nemeum leonem tendentem recepit hospitio." Quae sic videntur corrigenda esse (vid. IX. 1. not. 85): „ubi Molorchus rusticus Herculem — recepit" cf. Anth. Plan. IV. 94, 2. p. 652: ληϊνόμοι γειαρόται Νεμέης. Nisi quis Molorchum regem ita dici interpretetur, ut Daphnin a Scholiasta Bern. Virg. Ecl. V. 20. p. 26: „Daphnis eximiae formae rex pastorum." Alia fuit sententia Broukhusii in Tibull. IV. 1, 13. p. 353: „verba Schol. Stat.: Hercules omnem illum agrum donavit Molorcho, qui vini culturam magnam instituit aliis conciliant Philargyrium in diversa abire visum: Molorchus rex."

73) Sic est in codice B, sed in reliquis: „cuius leo filium", quod reprehensione carere docet Iustinus II. 6, 8: „cuius Athis filia regioni nomen dedit" et quae disputavit Wopkensius Misc. Obss. Nov. X. p. 31 cf. Kapp. in Nep. Timoth. III. 1. p. 403. Cf. Schol. Darmst. Lucan. IV. 612. p. LXXVIII.: „propter huius hospitalitatem aggressus est leonem, qui eius occiderat." Weber.: qui filium. Cf. Staver. Hyg. 30. p. 82. Ut deterior videatur fides Mythographi pro filio filiam memorantis.

10: „a Molorcho in hospitium est susceptus, cuius filiam leo interfecerat, et ab eo, quomodo cum leone coiret, didicit.“ Docuerat autem Molorchus cum ea, quae ad locorum situm monstrique ritum cognoscendum pertinerent, tum, ut nostra sententia fert, illud: ad devincendam feram cum maxime opus esse robore Arcadico. Quod ipsum non obscure significat Statius l. d. (cf. Barth. p. 955): „Gloria nota casae, foribus simulata salignis Hospitis arma dei parvoque ostenditur arvo, Robur ubi et laxos qua reclinaverit arcus Ilice.“ Nec difficilis veri coniectura fuit Begero l. d. p. 280: „clava — quam utique non infans habuit, sed ad leonem Nemeaeum pergens vel a Molorcho hospite accepit vel sub Helicone ex oleastro cum radicibus avulsit vel ad Saronidem paludem ex oleastro abscidit“ aut ante Baptistae Pignae, a quo in Rhopalo haec scripta invenio p. 238:

Alcidae pastor cum vellet tradere truncum,
Quo posset tuto dilaniare feras.

Rem vetustate iam oblitteratam Callimachus, si quid recte sentio, accuratius tradiderat (ne quid de Arcadia carmine suspicer fr. p. 181) in Aetion libris, de quibus indicium extat Probi Virg. Georg. III. 19. p. 56, 8 hocce: „Molorchus fuit Herculis hospes, apud quem is diversatus est, cum proficisceretur ad leonem Nemeum necandum. Qui cum immolaturus esset unicum arietem, quem habebat, ut Herculem liberalius acciperet, impetravit ab eo Hercules, ut eum servaret —. Sed Molorchi mentio est apud Callimachum in *Αἰτίων* libris.“ Callimachum igitur auctorem sequutus videtur Propertius usurpasse clavam Maenaliam, qua armatus „decus et famae primum honorem“ (Grat. Cyn. 72) consectatus *σφοδρότερος μὲν κάπρων, βιαιότερος δὲ λεόντων* (Themist. Or. XX. p. 249, 15) non modo feras tum fregit, ut leonem Nemeaeum, aprum Erymanthium (de quo infra dicetur), alias feras, tum occidit, ut Cithaeronium leonem (not. 71), Orthum canem, Diomedis equos, verum etiam Acheloum subegit interemitque Amazones, Cacum et saevissimum quemque regem. [74])

---

74) Leoni Nemeaeo et apro Erymanthio adiicere licet taurum Cretensem (Nonn. XXV. 236. p. 254, 25: *ταῦρον ὃν ἤλασεν, ὅττι τινάσσων*

Accedit alterum ad notitiam maxime pertinens. Fuerunt enim, qui leonem Cleonaeum dicerent fuisse Arcadicum. Et primum quidem ita dicunt Lactantius Theb. I. 485 et Mythographus II. 160. p. 130, 8: „Nemeus mons Arcadiae, qui et Cleonaeus dicitur“ ac Nigidius l. II. 4. p. 42. not. 5 allat.: „in terra Arcadia in regione Nemeae“ et Tzetz. Chil. VII. 57: *Νεμέα χώρα τίς ἐστι τοῦ κλήρου τῆς Ἀργείας* cod. marg. p. 239 *ἀρκαδίας*. Deinde intendendum est Plinio N. H. IV. 6, 10. p. 279, de quo parum circumspecte pronuntiarunt Cellarius et Oberlinus Vib. Seq. p. 343 sq.: „Mediterranea eius Arcadia tenet. — Oppida eius Psophis, Mantinea, Stymphalum —, Lampia, Clitorium, Cleonae, inter quae duo oppida regio Nemea est Bembinadia vocitata. Montes in Arcadia Pholoe — Maenalus, Artemisius, Parthenius, Lampeus.“ Nec aliter sentit Seneca, apud quem Alcmena in Herc. Oet. 1795 sqq.: „quae petam Alcmene loca? — si patriam petam Laresque miseros, Argos Eurystheus tenet. Orbata Thebas regnum et Ismenum petam?“

Τοσσατίην κορύνην ὀλίγην ἔτμηξε κεραίην cf. Ioseph. Isc. II. 119: „victricis victima clava Absolvit Creten taurus.“ Munck. Hyg. p. 86), Hydram (Apollod. II. 5, 2. p. 52, 3. Spanh. de P. et U. N. III. p. 233) ac territum clava Cerberum (Sen. Herc. Fur. 802. Ducas 22. p. 127, 21: *ἐκφοβῶν τὸν κύνα διὰ τῶν ῥοπάλων, ὡς Ἡρακλῆς*. Beg. Thes. Brand. II. p. 9. Spanh. l. d.); praeter Cithaeronium leonem autem *ὄζον τὸν θηρολέτην* (Philipp. Anth. Plan. p. 656. v. 4) experti sunt Diomedis equi (Philostr. Im. II. 25. p. 94, 3. cf. Drak. Sil. III. 33. p. 127. Stav. Hyg. p. 86. Valg. p. 375) et Orthus canis (Apollod. II. 5, 10. p. 58, 26: *ὁ κύων ἐπ' αὐτὸν ὥρμα, ὁ δὲ καὶ τοῦτον τῷ ῥοπάλῳ παίει καὶ τὸν βουκόλον — ἀπέκτεινε*. Ioann. Pedias. 10. p. 353, 4: *κτείνει τὸν κύνα σὺν Εὐρυτίωνι*. Quint. Smyrn. VI. 253). Eadem clava usus Hercules Acheloum subegit (Philostr. Iun. Im. 4. p. 117, 17. Sen. Herc. Oet. 495. Drak. l. d.) interemitque Amazones (Sen. l. d. v. 1450), Eurytum (209, quem sagittis confectum alii tradiderunt, ut supra 1 dictum est), Centauros, si fides est Albrico XXII. p. 931, Geryonem (Quint. VI. 251. Liban. IV. p. 961, 28. Prop. IV. 9, 18. Sen. Ag. 838), Cacum (Cerd. Aen. VIII. 249. p. 187. D. Burm. Prop. l. d. 15. p. 878 sq. Eckh. D. N. VII. p. 29. Beg. l. d. III. p. 533. Albric. l. d. p. 932, quamquam alii dissentiunt, ut Corippus Ioann. III. 158: „Herculeis cariturus luce lacertis“ cf. V. 10), Diomedem (Dio Chrys. VIII. p. 286, 30. Albric. p. 934. Eckh. IV. p. 67). Unde Commodus apud Lampridium l. d. „clava sua non solum leones —, sed etiam multos homines afflixit.“

v. 1811: „Petam Cleonas? Arcadum populos (hoc enim tenet Florentinus liber) petam Meritisque terram nobilem quaeram tuis? Hic dira serpens cecidit, hic ales fera —, hic tua fractus manu — leo“, quorum versuum unum quidam corruperunt sic scribendo: „Arcadum an populos“, alterum etiam gravius Heinsius Adv. II. 14. p. 317 sq.: „Utrum Cleonas Arcadum an populos petam Meritisque Libyen nobilem ac Lernam tuis.“ Cui instituto refragatur cum Manilii comparatio IV. 671: „Asiae populi divesque per omnia tellus [75])“ tum ea res, quod et Lernam Arcadiae esse praeter Senecam tradit Valerius Flaccus I. 108: „Tirynthius Argis Advolat, Arcadio cuius flammata veneno Tela“ et 34: Cleonaeo iam tempora clusus hiatu Alcides: olim Lernae defensus ab angue Arcas“, ubi credibile duxit esse Burmannus p. 17 „poetica licentia terminos vicinorum populorum Valerium confudisse vel errasse in finibus statuendis harum gentium.“ Valerio accedunt Lactantius Theb. IV. 638. p. 151: „Lerna palude Arcadiae“ (quod miratus Barthius p. 1177 scribendum, inquit, Argiae. Potest tamen ob vicinitatem idem dictum velle Lutatius“) et Mythographus II. 163. p. 131, 4: „sic aquae clausit meatus et habitabilem Arcadiae fecit“ ac Vibius Sequester p. 26: „Lerna Arcadiae (Argiae Barth. Stat. Theb. IV. 711. p. 1212. Argolidos Hessel.)“ et a quo Maenaliae nomen illatum videri infra IX. 2 in mentione Herculeae pyrae dicemus, Albricus XXII. p. 933: „lacus fuit Aemoniae“ (Laconicae Munck.). Denique Nemeam Arcadum montem facit idem SENECA Herc. Oet. 1883: Flete Herculeos, Arcades, obitus, Nondum Phoebo nascente genus. Iuga Parthenii Nemeaeque sonent Feriantque graves Maenala planctus“ et ipsum leonem Arcadiae vastatorem v. 16:

Nullus per urbes errat Arcadias leo.

In quo explanando loco, ut silentio praeteream Iac. Gronovii inventum hoc: „Non sus per urbes errat Arcadias; leo,

75) Cf. Herc. Oet. 1537: „Arcadum — populis vetustis“, quamquam Seneca maluit ponere terras, ut terras Siciliae Silius Gifan. Coll. Lucret. 227 cf. Cort. Lucan. IV. 595. p. 521.

Stymphalis icta est", parum circumspecte versatus est Bothius. Qui haec commentus: „per urbes errat Argolicas" et auctoritatem Florentini libri, in quo est Arcadias, contempsit (vid. Gronov. Herc. Fur. 229. p. 20) et ad criticae artis praecepta parum apposite statuit in hoc loco librariorum temeritate id depravatum esse, quod et ad intelligendum longe facilius est et incorruptum manet v. 37: „quis per urbes rursus Argolicas erit Iunonis ira dignus" et 418: „ut per urbes magnus Argolicas eat" et 1681: „Qualis per urbes duxit Argolicas canem" cf. 400. 1892. Ut adeo illud quaeri non debere (vid. cap. IX.), sed posse videatur, num in eo versu, quo summam pestem monstrari oportuit, 980: „perde, ut Arcadiae nefas Et quidquid aliud restitit" ipse dicatur leo (Fur. 224: „maximus Nemeae timor." Oet. 1235. 1665: Nemeaei mali. 1193: Nemeaea pestis), non aper Maenalius (ut Farnabius p. 659 et Bothius p. 273 putant), quem mentioni leonis, Stymphalidum, cervae posthabitum videmus v. 1235 sq., quamquam cum serpente, cerva, leone v. 1813 sq., cum serpente 1534 sq., cum avibus 1887 sq. compositum ac proximum a leone Nemeaeo malum habitum (Max. Tyr. III. 7. p. 38: τῷ δὲ Ἡρακλεῖ ἐπιστήσας κάπρους καὶ λέοντας καὶ δυνάστας). Quodsi quaeris, quae sit ratio leonem nunc Arcadicum vocantis, nunc Argolicum (v. 1932: „Non Argolico rapta leoni pellis." 1891: Flete, Argolicae, flete, Cleonae: „Hic terrentem moenia quondam Vestra leonem fregit"): [76])

76) Eiusdemmodi exemplum adiicere licet eiusdem Senecae, qui quem montem Thessaliae dixit Herc. Oet. 466: „Thessala sub rupe Pindus", Thraciae facit, ut omittam versum 494: „Qua trepidus (Heins. Adv. III. 16. p. 528 Threcus) astris inserit Pindus caput", Herc. Fur. 1285: „Pindi Thracis exscindam nemus" et Oedip. 434: „Threicio vertice Pindi" cf. Oberl. Vib. Seq. p. 353. Thyest. 811: „Thessalicum Thressa premitur Pelion Ossa." Nec Othryn non Thracium facit Statius Theb. IV. 654: „Orgia ferre Getas canumque virescere dorso Othryn et Icaria Rhodopen assueverat umbra", de quo scite explicavit Burmannus Val. Flacc. I. 24. p. 14 et IV. 280. p. 354 incognitus Oberlino l. d. p. 350. 106, laudatus Stavero Hyg. 138. p. 243 et Tzschuckio Mel. Vol. III. P. II. p. 63. Inde proclivi deverticulo labor ad Horatii carmen I. 37, 20: „Venator in campis nivalis Haemoniae." Ubi qui poni iussit Paeoniae Meinekius Philol. 1847. p. 161 nec Chironis, quo magistro praeter

pro comperto affero Arcadiae nomine multos olim complexos esse conterminas regiones (Stat. Theb. I. 355. III. 421. Val. Flacc. II. 495) et quidquid locorum silvosorum in devexo esset (cf. Philostr. Apoll. Tyan. VIII. 12. p. 161, 28: ἔστι δὲ πολλὴ ἡ Ἀρκαδία καὶ ὑλώδης οὐ τὰ μετέωρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ποσὶ πάντα. Plin. N. H. IV. 6, 10. p. 279: „Arcadia initio Drymodes appellata"). Namque et Parthenopaeum Argivum fecit Antimachus, non Arcadem (Stoll. Antimach. fr. 37. p. 60) et Nemeae montem et Lernam Arcadiae finibus contineri voluerunt ii, quos p. 173 sq. recensuimus, et cerva, quam Parrhasiam, Maenaliam, Ceryneam appellari supra not. 70 docuimus, Argolica narratur fuisse (Apollod. II. 5, 3. p. 52, 18: ἦν δὲ ἡ ἔλαφος ἐν Οἰνόῃ. Paus. II. 25, 2: ἀπὸ τούτου μὲν Οἰνόη χωρίον ἐστὶν Ἀργείοις· ὑπὲρ δὲ τῆς Οἰνόης ὄρος ἐστὶν Ἀρτεμίσιον cf. Heyn. Apollod. p. 349 et Sieb. Paus. p. 224) et

---

alios Achilles feras devincere didicit (Val. Flacc. I. 269. Stat. Achill. I. 167 sq. 627. II. 388. 391. 404 sqq. Sidon. Apoll. Carm. IX. 110. Nic. Ther. 502: Χείρων Πηλίου ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσσατο δειρῇ. Greg. Naz. Or. XX. p. 324. B. Tzetz. Chil. VI. 966. p. 236. 998. p. 237. Liban. Progymn. p. 142. D. 143. B. Iac. Philostr. Im. II. 2. p. 409) aut, ne longus sim, Thessalici hastilis, quod praedicarunt Euripides Hipp. 220 et Seneca 397 (Valck. Eur. l. d. p. 186 sq.), aut „Dictynnae — Pindi nemora venatu excutientis" (quam aptissime a Silio XV. 774 memorari non percepit Schraderus Obss. I. 2. p. 11) recordatus est nec tot poetarum rationem habuit: Nic. Ther. 145: νιφόεσσα Ὄθρυς. Virg. Aen. VII. 675 et, quem contulit Spanhemius Callim. Cer. 87. p. 709, Stat. Theb. III. 318: „nivalem Othryn." Sen. Herc. Oet. 494: Othrys — riget cf. 1432. Hipp. 614: gelatis — Pindi iugis. Med. 384: Pindi nivalis. Stat. Achill. I. 651: nivibusque immisit alendum Thessalicis. 151: „Nunc illam non Ossa capit, non Pelion ingens Thessaliaeve nives." Vet. Schol. p. 1622: „altissimos montes, ubi perpetuae sint nives." Sidon. Apoll. Carm. IX. 87: „Pindus, Pelion, Ossa, Olympus, Othrys Cum silvis, gregibus, feris, pruinis." Stat. l. d. 476: „quis enim Haemoniis sub vallibus alter Creverit effossa reptans nive?" 320: gelida — sub Ossa. Theb. III. 319: Arctoae gelidum caput — Ossae. VI. 720 cod. Arund.: „Ossa rigens, ipsum glaciale ferebant Pelion." Nic. Ther. l. d. Πηλίου — νιφόεντι — δειρῇ. Claudian. Ruf. II. 181: nivalis Ossa. R. Pros. II. Praef. 20: Excussit gelidas pronior Ossa nives. 183: gelido Olympo. 257: Ossa pruinosum vexit glacialis Olympum. Sidon. Apoll. l. d. 133: „nunc lustra terens puer ferarum Passim per Pholoen iacet nivosam." XXIII. 191.

Taygeta Arcadiae dicit Scholiasta Lucani VI. 41. p. 423 cf. Eust. Od. VII. 103. p. 1554, 12: συνάπτει δὲ ὄρος τὸ Ταΰγετον πρὸς ἄρκτον ταῖς Ἀρκαδικαῖς ὑπωρείαις et Pausanias de Stymphaliis VIII. 22, 1 haec prodidit: Στυμφάλιοι δὲ τεταγμένοι μὲν οὐ μετὰ Ἀρκάδων ἔτι εἰσίν, ἀλλ' ἐς τὸ Ἀργολικὸν συντελοῦσι et, ut ad graviores testes veniam, de vetustissimorum, puto, poetarum auctoritate docet Plinius l. d. Cleonas et Bembinam Arcadum fuisse, Lucianus et Philostratus autem Oenomaum, Pisae regem, Arcadem perhibent (Iac. Philostr. Im. I. 17. p. 310) idemque Philostratus Olympiam et Messenios in Arcadibus numerat, id quod comprobarunt Iacobsius Im. II. 32. p. 561 et qui Cobeti consilium in libro Gymnast. p. 18, 9 ἐν κοίλῃ Ἄλτει pro ἐν κοίλῃ Ἀρκαδίᾳ scribendum esse arbitrati reprobavit, Kayserus Philol. XXI. 2. p. 234, denique Olympicam victoriam Arcadicam vocat auctor epigrammatis Anth. Pal. IX. 21, 4. p. 12. Iacobs. Del. p. 376. Alia protulimus Theb. Parad. p. 461 cf. Meinek. Steph. Byz. p. 291, 2. Paucis rem attigit Curtius Peloponn. I. p. 181. not. 23.

Ex quibus ita deliberatis, quum praesertim Plinius se in quarto libro Callimachum auctorem sequutum esse profiteatur libro I. p. 22, videtur aliquis duci posse ad suspicandum Molorchi Arcadis vel certe Herculis seu beneficio sive consilio Molorchi hospitis Maenalia clava armati mentionem secundum antiquiorum poetarum fidem factam fuisse a Callimachi in eo, quo supra diximus, libro. Sin autem ea coniectura nolis niti tamquam lubrica et ambagiosa, integrum est Maenalium ramum interpretari a Propertio dictum esse stipitem, qualem omnium maxime gens Arcadum vetustissima gerere soleret. Qua quidem ratione Phaedram Seneca facit in Hipp. 396 haec loquentem: „Hastile vibret dextra Thessalicum manus“ et Statius de Hercule iam deo facto Theb. XI. 46 ait: „Procumbit late pubes Tirynthia, alumni Exuvias imitata dei: trux moeret ab alto Amphitryoniades Nemeaea in sanguine terga Et similes ramos similesque videre pharetras“ et V. 92 de Thebanis Bacchabus: „insano veluti Teumesia Thyas Rapta deo, cum sacra vocant Idaeaque suadet Buxus“, cuiusmodi alia multa exempla collegerunt Burmannus in Lucan. VI. 220. 287. p. 404. 409 et Iacobus Quaestt. Epic. III. 4. 5. p. 172

sqq. Quod superest: num Maenalium ramum licuerit *ξύλον Μαινάλου* dicere, alio loco videbimus; Pflugkii quidem commentum illud: *Ξύλον καθίει Μαινάλου* ipse verborum ordo respuit vel vehementissime. I nunc et narra „Maenalii rami mentionem nulla fabula explicari posse" Propertiumque „non magnopere quaesivisse nomen, quod rei accurate congrueret.'

3.

Quae modo disceptavimus, ea quibusdam supplementis licet explere. Et primum quidem Plinii verba, quae supra p. 173 posuimus, sic corrigenda videntur esse: regio Nemeae est Bembinatis (cf. Drak. Liv. XXXVIII. 34, 8. p. 172. Sieb. Paus. III. 21, 3. p. 67) sive credis *BEMBINAAIA* pro *BEMBINAIA* lectum fuisse (cf. Bast. Comm. Pal. p. 704. Lampia Plin. l. d. Lampadia Ricc. Tolet.): „regio Nemeae est Bembinaea", quod legitur apud Theocritum XXV. 202. Eandem regionem Bembinidem licet vocare nomine a *Βέμβινος* facto (Hellanic. ap. Steph. Byz. p. 162, 6: *Ἑλλάνικος δὲ Βέμβινον — φησίν*, quem locum Sturzius omisit), quod nomen olim Theb. Parad. II. 7. p. 240 coniectavimus ab Ovidio Am. III. 6, 25: „in Melia Bembinide" positum nec persuasimus Schoemanno Ind. Lectt. Hib. Gryphisw. 1845. p. 9. not. 12 (Opusc. II. p. 132). Nec praetereo a LVXORIO Anth. Lat. 17, 4. p. 589 (315. p. 130 Meyer.): „Pinguia Benventi lustra" (codd. benenutu, bernuta) videri scriptum fuisse:

Pinguia Bembinae lustra Molorchus habet,

id est pinguia rura sive vineta, quae leonis (*Βεμβινήταο λέοντος* Mein. Anal. Alex. p. 204) fuerunt lustra cf. Burm. Val. Flacc. III. 593. p. 304 et Ovid. Met. III. 370. p. 203. Sed THEOCRITI locus, quem commemoravimus, quaerendi materiam praebet sic proditus:

Πάντας γὰρ Πισῆας ἐπικλύζων ποταμὸς ὥς,
Λῖς ἄμοτον κεράϊζε· μάλιστα δὲ Βεμβιναίους,
Οἳ ἕθεν ἀγχίμολοι ναῖον ἄτλητα παθόντες.

Quem locum Meinekius perpolire ingressus his p. 193: „Codices *πεισῆας* habent, unde *πεδιῆας* correxi, quo nomine planitiei montibus Nemeaeis subiectae incolas significat", dum

vocabulo inhaeret nec ad fallendam librariorum vel mediocrium intelligentiam instructo et audacius illato, parum recordatus est pervagatissimi erroris, quo apud Leonidam Tar. Anth. Pal. VII. 506, 4 pro Ἰόνιον ῥώνιον (Mein. Del. p. 134) et Theodorum Metoch. 41. p. 257 ῥωνία pro Ἰωνία, contra παρήϊξαν pro παρεῖρξαν, οἴεσι pro ὄρεσι scripta sunt v. Piers. Praef. Moer. p. XXI. Schaef. Greg. Cor. p. 215. Bast. Comm. Pal. p. 731 sq. Unde non dubium est quin πεισῆας recte convertatur in Περσῆας:

Πάντας γὰρ Περσῆας ἐπικλύζων

id est Argivos, ut apud Statium est Theb. IV. 119: „Persea neque enim violentior exit Amnis humo" (Lact. p. 125: „Argiva, ubi Perseus regnavit") et I. 225: „Perseos alter in Argos Scinditur." V. 640: „Persei vertice sancto montis" cf. VII. 418. Non minus autem id nomen reprehensione caret, quam Φορωνήεσσι in eodem carmine v. 200 positum (quod Meinekius Φορωνείδαισι fieri iussit) et Δευκαλίωνες XV. 141, de quo parum explorate scripsit Valckenarius p. 413.B., Κέκροπες (Lob. Paral. IV. 4. p. 303), Κόδροι (Valg. p. 101 cf. Arnaud. Lectt. Graec. I. 12. p. 82) et Δαναοί, quibus Μέροπες adiecit O. Schneiderus in Nicandr. p. 47. not. 2. Quod restat, verba Περσῆας ἐπικλύζων ποταμὸς ὣς — κεράϊζε optime illustrare videor comparatione eorum, quae sunt apud Zenobium VI. 39. p. 165: Χαραδραῖος λέων. Ὁ παρὰ ταῖς Χαράδραις, εἰ μὴ ἄρα τὸν Θεσπιακὸν λέγει, ὃν πρῶτον ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς ἐν Θεσπιαῖς (Θεσπικαῖς Theb. Parad. p. 401) Χαράδραις. Χάραδρα δὲ καλεῖται ὁ τόπος et Suidam II. 2. p. 1597, 3: ὁ παρὰ ταῖς χαράδραις· εἰ μὴ τὸν Θεσπιακὸν λέγει, ὃν πρῶτον ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς ἐν Θεσπιαῖς. Χάραδρα δὲ καλεῖται ὁ τόπος ἐκεῖνος. Quae ad Lycophronis spectare versum 1441: καὶ Καναστραῖος λέων (χαραδραῖος Paris. G. Sebastian. p. 449 cf. Schol. p. 289: ἤγουν Χαραδραῖος· Χαράδρα πόλις Μακεδονίας cf. Tafel. Thessalonic. p. XXII. et p. 277 sq.) nec Kuesterus aut Bernhardyus nec Bachmannus animadvertit nec Dindorfius Steph. Thes. VIII. p. 1307.C commemoratione defunctus Aeschinis de fals. leg. p. 50, 37: τὴν Νεμεάδα καλουμένην Χαράδραν et Scholiastae p. 74 Ox.: Τόπος τῆς Ἀργείας. Χαράδρα δὲ τόπος

κοῖλος πλέως ὕδατος cf. Arcad. p. 74 sq.: χάραδρος ποταμός id est Χάραδρος vid. Paus. II. 25, 2 et Sieb. p. 224. Fuerunt igitur, qui χαραδραῖον λέοντα (nam scribendum in utroque loco est ὁ παρὰ ταῖς χαράδραις) sic dictum interpretarentur, ut a Nonno Dion. XV. 191. p. 424: χαραδραίης πόμα πηγῆς Ψυχρὸν ὕδωρ προχέουσα et Paraphr. Ioann. XVIII. 1. p. 182: ὄμβρος ἀλήτης Οἰδαίνων θρασὺ χεῦμα χαραδραίου ποταμοῖο et Gregorio Naz. Carm. Sel. p. 35, 5 Dronk.: καθαρὸς τελέθει ῥόος οὐδ' ἐπίμικτος Ὕδασι χειμερίοισι χαραδραίοισί τ' ἀναύροις.[77])

4.

Restat, ut refellam et coarguam errorem eorum, qui Herculeam clavam φυλλίτην dictam fuisse affirmarunt auctorem professi PALAEPHATVM 38. p. 299, 16:

Περὶ Ἡρακλέους. Λέγεται ὡς ἐφ' ἑαυτῷ ἔσχε φύλλα. Ὁ οὖν Φυλλίτης εἴτε καὶ ἰδιώτης ὑπῆρχεν ἔκαυσεν. ὁ δὲ λόγος ἐντεῦθεν ἐλέχθη οὕτως.

Qui locus ut doctorum hominum quaestionibus nondum explicatus aut emendatus, ita ad disceptandum longe facillimus est. Disseruit autem de eo Fischerus maxime de Is. Vossii auctoritate in hanc sententiam p. 150: „Certe fabula ipsa — requirit istud vocabulum, quo clava, ῥόπαλον Herculis significatur.“ not. 3. p. 150 sq.: εἰ καὶ ἰδιώτης ὑπῆρχεν, ἐπὶ πόῃ στὰς ἔκυσεν. Ita primum edidit Tollius de coniectura Is. Vossii. Galeus autem pro πόῃ putabat legi posse γῇ. recte.

---

77) Quod superest, de verbi ἐπικλύζειν sententia comparare commodum est Euripidis locum Troad. 1326: ἅπασαν ἔνοσις ἐπικλύσει πόλιν et illa τοῖς ἀγαθοῖς, τοῖς κακοῖς ἐπικλύζειν τὴν οἰκουμένην Markl. Max. Tyr. XXXIII. 5. p. 143. Toup. Longin. XLIV. 10. p. 498. Wess. Diod. XVII. p. 163, 42. Dorv. Char. p. 631 (cui Demophili Similit. p. 28 verba: τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονὰς ἐπικλύει sic corrigenti: ἐπικλύζει suffragatur Gregorius Naz. Tetrast. 42, 2. p. 170, 21: Ἔρως, μέθη ζῆλός τε καὶ δαίμων ἴσα Οἷς ἂν προσέλθῃ τὸ φρονεῖν ἐπέκλυσεν) ac Diodori Exc. XXXIV. p. 598, 78: διὸ καὶ τοσοῦτο τῶν οἰκετῶν ἐπέκλυσε πλῆθος ἅπασαν Σικελίαν et scriptorem incertum ap. Suid. I. 2. p. 415, 13 et Zonar. p. 839: Κλεοπάτρα καὶ τοὺς Ἠλείους ἐπειρᾶτο πολλῷ χρυσῷ ἐπικλύσασα τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς πρίασθαι. Similiter autem Meinekium in eiusdem Theocriti versu XXIV. 70 restituendo errasse comprobabimus eo loco, quo de Tiresia quaedam ex interioribus litteris petita proferentur.

At *πόη* propius accedit ad scripturam Aldini libri, in quo, ut in Basileensi, legitur *ἐπινοήσας ἔκαυσεν* — et in cod. Mosq. scriptum est *εἴτε καὶ ἰδιώτης ὑπάρχων ἐπινοήσας ἔκαυσεν καὶ ὑγείαν ἐποίησεν*. nullo sensu. — Sed verborum *εἰ καὶ ἰδιώτης ὑπάρχων ἐπὶ πόῃ στὰς ἔκυσεν* quae sit sententia, intelligi e loco Pausaniae [quem quidem locum proposuit Galeus] potest hoc II. 31 [vid. h. cap. 1. p. 150]: *τοῦτο μὲν — ἐνέφυ τῇ γῇ καὶ ἀνεβλάστησεν αὖθις καὶ ἔστιν ὁ κότινος πεφυκὼς ἔτι.* — Neque enim necesse est, ut cum Is. Vossio et Brunero *ἰδιότης* reponatur pro *ἰδιώτης*, praesertim quum structura verborum levis sic reddatur aspera,“ et in Indice v. *Φυλλίτης*: *Φυλλίτης* clava Herculis ita dicta ab *φύλλοις*. vid. Paus. l. d.“ Westermannus autem p. 299 sq. his defunctus est: *ἐπινοήσας ἔκαυσεν* libri, *ἐπὶ πόῃ στὰς ἔκυσεν* ex Vossii coni. vulg.: potest et fuisse *ἐπανθήσας*, dum ne aliud quid subsit quam quod narrat Pausanias“; Dindorfius quidem Steph. Thes. VIII. p. 1125. D fabulam corruptam et defectam questus nihil attulit. Quo incautior Siebelisius in Paus. l. d. 13. p. 236 id ipsum sumpsit, quod ab omni fide abhorret a Fischero exprompturn: „haec Herculis clava dicta est *φυλλίτης* v. Palaeph. 37.“

Quid sit verum ut tenuibus ita perspicuis ac certis patefit indiciis codicis Mosquensis: *εἴτε καὶ ἰδιώτης ὑπάρχων* eiusdemque et Dresdensis *ἔκαυσεν καὶ ὑγείαν ἐποίησεν*. Quae memoriam rei afferunt a Stephano Byzantio auctore Claudio Iulio narratae p. 59, 14: *Ἄκη — ἐκλήθη ἀπὸ Ἡρακλέους· χαλεπωτάτῳ γὰρ ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐπιταγεὶς ἄθλῳ περισχεθεὶς τῷ τῆς Λερναίας ὕδρας ἰῷ τοῖς τῶν δηγμάτων ἐπονεῖτο ἕλκεσιν. Ἀνεῖλε δὲ τὸ Δελφικὸν μαντεῖον ἐπ' ἀνατολὰς ἰτέον μέχρις ἂν ἐντύχῃ ποταμῷ φύοντι πόαν τῇ Ὕδρᾳ παραπλήσιον· ἐκείνης γὰρ καταπασάμενον τῶν ἑλκῶν ἀπαλλαγήσεσθαι. Εὗρε δὲ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πυθόχρηστον πόαν. — Κολοκάσιον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν· — περὶ δὲ τὸν Νεῖλον φύεται πολλή· ἡ δὲ περὶ τὸν Βῆλον ἕλκη θεραπεύει δυςίατα· τριβομένη γὰρ κατὰ τὴν ῥίζαν λευκὸν ἀναδίδωσιν ὀπόν· τούτῳ, φησὶ, καὶ Ἡρακλῆς ἰάθη*, cuius loci rationem habuerunt, qui de herba illa quaesiverunt, Casaubonus Athen. III. 1. p. 148, 20 et Salmasius Plin. Exerc. p. 683 sq. et — nam commemini — Bodaeus in Theophrast. Hist. Plant. ac

qui de nomine urbis Aces praeter alios, quos deinceps memorabimus, disseruit Cangius in Ann. Comn. Alex. p. 408. Eandem rem his complexum invenimus eundem Stephanum p. 538, 8: Ἄκη ἀπὸ τῆς ἰάσεως τοῦ γενομένου δήγματος Ἡρακλεῖ ὑπὸ ὄφεως et in Etymologico Magno p. 47, 27: οἱ δὲ Ἄκην φασὶ καλεῖσθαι τὴν ἀκρόπολιν τῆς Πτολεμαΐδος· ὅτι Ἡρακλῆς δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως καὶ ἐν αὐτῇ θεραπευθεὶς Ἄκην ἐκ τοῦ ἀκεῖσθαι προςηγόρευσε τὸν τόπον. Haec ita de Hercule sanitati restituto [78]) et urbe ab ἄκος dicta tradita fabulae Graecorum videntur esse cum aliis multis tum Wesselingio Diod. XV. p. 34, 73 atque adeo nugae ridiculae Bocharto Chan. I. 5. p. 377. D et II. 17. p. 864. B cf. II. Hieroz. IV. 9. p. 501, 60. Non aliam tamen de sanato Oreste (quem nonnulli in Arcadia ictu serpentis interisse perhibent Schol. Ovid. Ib. 529 et Salvagn. p. 135) famam fuisse auctor est Pausanias VIII. 34, 2: τούτῳ δέ ἐστιν ἕτερον συνεχὲς χωρίον Ἄκη καλούμενον, ὅτι ἐγένετο ἐν αὐτῷ τῆς νόσου τῷ Ὀρέστῃ τὰ ἰάματα, quem sequutus est Caelius Rhod. Lectt. Ant. XVII. 4. p. 897. D, similiaque de Amano monte prodiderunt Stephanus p. 82, 17 et Zonaras p. 153. Gloss. Suid. I. p. 261, 15 not.: ἱστοροῦσι δὲ τὸν Ὀρέστην [ἐν τούτῳ τῷ ὄρει] τῆς μανίας λύσιν εὑρεῖν, de Comanis Etym. Magn. p. 526, 30. Sed maximam utrique scriptori et auctoritatem affert et fidem commemoratio eius nummi, in quo cernitur „Caput muliebre turritum. AKH. Hercules nudus gradiens s. clavam, d. quid instar folii porrigens.“ Quo nummo Eckhelius Doctr. N. III. p. 423 vidit „proponi Herculem herbam praeferentem, quae salutem heroi restituit. — Aco [Ἀκχώ Euseb. Onomast. p. 34 Lars.] Graeci Acen fecere et propter nominis adfinitatem fabulam pro more dedere, tamquam Hercules ab hydrae morsibus male adfectus a reperta apud hanc urbem herba esset salutem consecutus.“ Iam vero et cum his Claudii Iulii verbis: τούτῳ φησὶ καὶ Ἡρακλῆς ἰάθη insigniter concinunt, quae in libris Mosquensi Dresdensique discrepant: Τοιοῦτο δὲ καὶ περὶ ἡρακλέους ἐγένετο. ἐφ' ἑαυτῷ φασὶν ἔσχεν (φύλλα) et illa: ἐκείνης γὰρ

78) Sunt, qui in Lydia quoque anguem ab Hercule apud fluvium Sagarim interfectum esse tradant Beger. Thes. Brand. I. p. 500.

καταπασάμενον τῶν ἑλκῶν ἀπαλλαγήσεσθαι perspicuum faciunt id vitii genus in voce ἔκαυσε subesse, quod aliquot exemplis a Cantero Syntagm. I. p. 204 Sturz. contestatum non alienum est commonstrare locis Philonis de Post. Cain. p. 350. Vol. II.: καταπαύσας μὲν τὴν ἐν αὐτῷ στάσιν — τετίμηται καὶ κατέστεπται. codd. κατακαύσας. κατέστακται et Xenophontis Ephesii II. p. 7, 11 ἐκελεύσαμεν. Flor. ἐπλεύσαμεν.[79]) Ergo hoc exploratum videtur esse secundum codicum Dresdensis et Mosquensis fidem reliquis omnibus libris potiorem in hanc fere sententiam illum locum reconcinnandum esse:

Περὶ Ἡρακλέους. — Τοιοῦτο δὲ καὶ περὶ Ἡρακλέους ἐγένετο, ὥς ἐφ' ἑαυτῷ φασὶν ἔσχεν φύλλα. Ὁ οὖν Φυλλίτης [εἴτε παρ' ἄλλου μαθὼν] εἴτε καὶ ἰδιώτης ὑπάρχων ἐπινοήσας ἔπασεν καὶ ὑγίειαν ἐποίησεν. Ὁ δὲ λόγος ἐλέχθη οὕτως ἐντεῦθεν.

Ubi ambigi potest, utrum παρ' ἄλλου scribi praestet an παρὰ Χείρωνος vel Ἀσκληπιοῦ cf. Schol. Nic. Ther. 686. p. 55, 19: Ἡρακλέους γὰρ τὴν ὕδραν ἀναιροῦντος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ Ἰφικλῆς πληγεὶς ὑπ' αὐτῆς ἐθεραπεύθη ὑπ' Ἀσκληπιοῦ. Nihil vero dubitavimus vocis ὑγείαν eam mutationem facere, quam probavit Iacobsius Achill. Tat. V. 21. p. 812 cf. Sinten. Plut. Cat. Mai. 1. p. 52. Φυλλίτης autem Hercules ita dictus est, ut Bacchus Δενδρίτης Plut. Symp. V. 3. p. 208. Schwarz. Misc. Pol. Hum. III. 4. p. 69 et Συκίτης Meurs. Misc. Lac. I. 3. p. 11. Lobeck. Aglaoph. p. 703 not. (Λικνίτης p. 583). Quae nomina omissa sunt in eiusdem Lobeckii Pathol. VIII. 4. p. 380 sq. In longe aliam partem atque in quam quaesivimus de clava

79) Add. Apollod. II. 6, 3 σκάψας. Mein. Ex. in Athen. I. p. 23. not. σπάσας et, quo correctio Antonino Lib. p. 231, 6: καὶ σὺν αὐτοῖς ἀποθανόντος Εὐρυσθέως a nobis Theb. Parad. II. 4. p. 151 adhibita: παισὶν αὐτοῖς confirmetur, Simonid. Epigr. LXVIII. p. 71: Στοίβου καί. Iac. παῖ. Erfurdt. Soph. Phil. 79. p. 19 Herm. Mein. Del. Anth. p. 198. Achill. Tat. VIII. 1: τραγωδῶν καὶ ἐνέπλησα βοῆς. Ruard. Valck. πᾶν ἐνέπλησα. Inter ἔπασεν et ἔκαυσεν autem non plus differt, quam inter ᾄδων et αὐδῶν Menag. Diog. Laert. p. 396. Schaef. Append. Arist. Plut. p. 489. ἁλίζειν et αὐλίζειν Kuest. Iambl. Vit. Pyth. 12. p. 118. αὐτὴ et ἄτη Valg. p. 339. καμάτων et καυμάτων Schaef. Schol. Apoll. Rhod. I. 450. p. 37.

disserentes, spectat Ἡρακλῆς Πευκεὺς Παλαίμων Schol. Lyc. 663 et Bachmann. p. 150, quo eodem cognomine appellatum esse Bacchum ab Aeliano N. A. XII. 34: *Τενέδιοι δὲ τῷ πάλαι ἂν ἀρίστην Διονύσῳ ἔτρεφον κύουσαν βοῦν* qui statuit Gerhardus Mus. Rhen. IX. p. 617 sq., non perspexit in illo loco eam rem, quam indagavimus Theb. Parad. p. 420 traditam fuisse his verbis: *τῷ πάλαι ἀνθρωποῤῥαίστῃ Διονύσῳ ἔτρεφον κύουσαν βοῦν.*

Cap. IX.

1.

Proximus gradus ad apri Erymanthii fabulam faciendus est. De quo haec leguntur apud SVLPICIVM SEVERVM Dial. III. 10, 4: „Ad primum iactum reti permodico immanem esocem diaconus extraxit et ad monasterium laetus accurrens, nimirum ut dixit poeta nescio quis (utimur enim versu scholastico, quia inter scholasticos fabulamur)

Captivumque suem mirantibus intulit Argis."

Versus is est Statii Theb. VIII. 751: „Captivumque suem clamantibus intulit Argis", quae res fugit Vorstium p. 478, non fugerat Claverium in Carm. de Laud. Herc. 117. p. 715 aut Barthium Adv. XI. 2. p. 513 et in Theb. VI. 404. p. 504. VIII. 750. p. 937. XII. 812. p. 1568. Nec aliter quam a Sulpicio is versus videtur lectus fuisse ab Albrico XXII. p. 935: „ipsum in civitatem omnibus mirantibus detulit", id quod praeteriit Wernsdorfium P. L. M. IV. p. 804. Quod autem idem STATIVS dixit Theb. IV. 296:

Aepytios, idem ardor agros et Psophida celsam
Vastat et Herculeo vulgatos robore montes
Monstriferumque Erymanthon et aerisonum Stymphalum,

id cavendum est ne quis de montibus Maenalia clava [80]) nobilitatis (Burm. Val. Flacc. V. 74. p. 414) dictum esse statuat.

80) Vid. cap. VIII. 1 cf. Nemesian. Laud. Herc. 104: „steriles raro iam robore silvas." Stat. IX. 585: „Nota per Arcadias felici robore silvas Quercus erat." Colum. Cult. Hort. 264: Maenalides Dryades.

Nam nec constat aut cervam Ceryneam aut aves Stymphalides clavita domitas fuisse (cap. VIII. 2. not. 60. 74) aut aprum, ut paulo inferius dicetur, et Maenalorum mentio antea v. 284 sq. illata est. Recte igitur et Lactantius: „virtute Herculis cognitos, quorum in altero aprum cepit —, in altero aves — occidit“ [81]) et Glossa Oxon. in Claudian. R. Pros. II. Praef. 36. p. 946: „in IV. Theb.: „Herculeo miseratos nomine montes Monstriferum Erymanthon et aerisonum Stymphalon.“ Quod utrumque nomen similiter coniunctum legimus in Silv. IV. 6, 100: „quantusque nivalem Stymphalon quantusque iugis Erymanthon aquosis Terrueris.“ Erymanthum igitur intelligi Theb. VIII. 751: „Quantus ab Arcadio rediit Tirynthius antro“ [82]) vere Barthius p. 937 statuisse videtur propterea, quod ab Erymantho (IV. 298) seiunctum videmus esse nomen Lampiae v. 290: „candensque iugis Lampia nivosis.“ Lampeam enim, Erymanthi eam partem, cui Psophis urbs suberat, apri sedem alii perhibent Wess. Diod. IV. p. 257, 9. Tzschuck. Mel. II. 3, 5. p. 251. Vol. III. P. II. Apollon. Rhod. I. 126: ἐνὶ βήσσης — Λαμπείης Ἐρυμάνθιον ἀμμέγα τῖφος [83]) et, quorum comparatione Statii

---

81) Ut apud eundem Statium VI. 480: Viribus Herculeis et toto robore patris. X. 250. Val. Flacc. I. 561. Sen. Hipp. 846: „fessa virtus robore antiquo caret.“ Nemesian. Laud. Herc. 12. Martian. Cap. 84. p. 123: „roboris inauditi“ cf. Luxor. Epigr. 62, 3 sq. (360. p. 143). Sen. Herc. Fur. 882: „Pax est Herculea manu.“

82) Similiter Valerius Flaccus VIII. 125: „Talis ab Inachiis Nemeae Tirynthius antris Ibat.“ Cf. et Theb. XI. 178: „Parrhasiis — in antris“ ac Nemesian. Laud. Herc. 115: „cogisque diem sufferre tuendo“ et Lucret. V. 25: Arcadius sus. Ovid. Met. IX. 192. Sen. Ag. 832: Arcadii populator agri. Herc. Oet. 980: Arcadiae nefas. 536: „Arcadum si quis — Fecerit silvas aper inquietas.“ Claudian. Ruf. I. 286: „Arcadiae saltum vastabat — aper.“ Martial. V. 65, 2: Arcas aper. Paus. V. 10, 2: ἡ ἐξ Ἀρκαδίας ἄγρα τοῦ ὑός cf. quae in extremo hoc capite 1 afferentur.

83) Schol. p. 17: ἐβόσκετο ἐν ταῖς βήσσαις καὶ τοῖς κοιλώμασι τῆς Λαμπείας. Quocum differt Scholiasta Pind. Ol. VII. 60. p. 169 a Sturzio omissus: ἡ γὰρ Λέρνη — λοχμῶδες χωρίον — Φερεκύδης δὲ καὶ πόλιν φησίν· οἱ δὲ ἐπίνειον Ἄργους· ἣ νῦν καλεῖται Λάμπεια. Cf. Parthen. fr. XIII. p. 268: Λάμπεια ὄρος Ἀρκαδίας. Add. huius libelli cap. VIII. 2. p. 176 sq.

verba: iugis candens Lampia nivosis illustrantur, Apollod. II. 5, 4. p. 52, 29: ἠδίκει τὴν Ψωφῖδα κάπρος —· διώξας ἔκ τινος λόχμης μετὰ κραυγῆς εἰς χιόνα πολλὴν παρειμένον ἐμβροχίσας (Ioann. Pedias. IV. p. 351, 28 χιόνι παρειμένον). Tzetz. Chil. II. 275. p. 51: Τὸν κάπρον τὸν Ψωφῖδα δὲ λυμαίνοντα παντοίως Ὡς πρὸς χιόνα περισσὴν διώξας ἐκ τῆς λόχμης Βρόχοις δεσμήσας: nam cui vocabulo quamvis depravato Kiesslingius pepercit: Φωκίδα, ei Heynius in Apollod. p. 351 veram medelam adhibuerat interposito etiam Hecataei ap. Steph. Byz. p. 705, 1 testimonio hocce: κάπρος ἦν ἐν τῷ ὄρεϊ καὶ Ψωφιδίους κακὰ πολλὰ ἔοργεν. add. Burm. Ovid. Met. V. 607. p. 371. Nec ab hac narratione discessit HYGINVS fab. 30:

Aprum in Phrygia Erymanthium occidit.

Ubi parum successit Munckero et Stavero eo audaciae p. 84 provectis, ut Arcadiae nomen: „aprum in Arcadia Erymanthium“ (cui aliquis vel hoc praetulerit: aprum natum Phaea) reparandum censerent. Quasi omnino lateat Phrygia, quod retinuit Burmannus Anth. Lat. I. 43, 3. p. 24, fere contrario errore atque quo apud Scholiastam Clem. Alex. p. 105 ἡ δὲ Κορωνίς φησι pro Phlegya φησί et in Eusebii Chronicis Anecd. Par. II. p. 126, 4 φυγίαν pro Φρυγίαν scriptum est cf. Bast. Comm. Pal. p. 747 sq., apud Propertium autem I. 20, 33 pro Pege in Voss. 4 Phrege, in aliis Phlegae, Phege, factum esse, quod fuerat Phigia Φηγία:

Aprum in Phegia Erymanthium occidit

(ut apud Ciceronem Attic. VIII. 3: „Navis et in Caieta est parata nobis et Brundisii.“ Oud. Caes. B. G. VI. 3, 4. p. 286. Drak. Liv. XLII. 26, 7. p. 67). Phegiam enim et Psophidem eandem esse certos habemus auctores, quos nominarunt post Micyllum Ovid. Met. II. 244. p. 111 Tzschuckius l. d. p. 245 et Siebelisius p. 269, Pausaniam VIII. 24, 1: ἐν πόλει Φηγίᾳ, πρὸ δὲ τοῦ Φηγέως τῆς βασιλείας Ἐρυμάνθῳ καλουμένῃ — μετέθεντο τῇ Φηγίᾳ τὸ ὄνομα Ψωφῖδα ἀπὸ τῆς μητρός et Stephanum Byz. p. 663, 6: Χάραξ Ἑλληνικῶν δ'. Φηγεὺς δ' ὁ ἀδελφὸς τοῦ Φορωνέως ἔκτισε πόλιν Φήγειαν, ἣ πρὶν Ἐρύμανθος ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Ψωφὶς ὠνομάσθη — ἀπὸ τῆς μητρός. Cf. Staver. Lact. Narr. Fab. IX. 8.

p. 854. Unde Ovidius, quo infra dicetur, loco aprum Phegeum vocavit. Nec de ALBRICO XXII.:

Erat enim aper terribilis in regione Calydoniae

Munckerus recte sensit aut in Hyg. l. d. p. 84: „perperam Albricus in regione Calydoniae aprum hunc collocat“ aut p. 935: „Calydoniae. Immo Arcadiae.“ Nec enim vidit in notius vocabulum abisse id, quod fuerat Clytoniae (sic enim invenio in Parmensi exemplo Lact. Narr. Fab. XV. 21. p. 1036 Burm. et in Statii codicibus Theb. IV. 289: Cliton) id est Clitoriae:

in regione Clitoria.

Nam et Clitoriorum agrum *Κλειτορίαν* praeter eos, quos attulit Dindorfius Steph. Thes. IV. p. 1614. D, vocat Pausanias VIII. 25, 2: *τῷ δὲ Λάδωνι ἄρχεται μὲν τὸ ὕδωρ ἐν πηγαῖς τῆς Κλειτορίας* et situm apte definit idem 21, 1. V. 7, 1. Statiusque Theb. l. d.: „Et rapidus Clitor et qui tibi, Pythie, Ladon Paene socer candensque iugis Lampia nivosis.“

Hyginus igitur aprum apud Arcades ab Hercule occisum scribit, ut poeta Anth. Plan. IV. 92, 3. p. 651: *Τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον*, Eustathius Dionys. Perieg. 414. p. 173, 2. Anth. Lat. I. 42. p. 22: „Tertius enectus sus est Erymanthius ingens“ cf. 43. p. 24: „vis tertia perculit aprum“, Mythographus I. 63. p. 22, 26, Albricus l. d. (cf. Sidon. l. infra affer., qui sagittas memoravit, ac Beger. Thes. Brand. I. p. 91: „diu cum eo pugnans illam tandem clava mactavit“), alii exarmatum prodiderunt, ut Nemesianus Laud. Herc. 111, quem ante Wernsdorfium P. L. M. IV. p. 404 recte ceperat Savaro Sidon. Apoll. Carm. XIII. 8. p. 141: „Non spicula in illum Nodosumque rapis — robur: „Armati viduatur honos“, Sidonius l. d: „Captivumque ferens silva ex Erymanthide monstrum Exarmata feri riserit ora suis“ cf. Diod. IV. p. 257, 14: *ἔτι μὲν γὰρ ἰσχύοντα ἀφιεὶς αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἂν ἐκινδύνευσε, πλείω δὲ τοῦ δέοντος καταπολεμήσας ἀπέκτεινεν, ὥστε τὸν ἆθλον ὑπάρχειν ἀσυντέλεστον· ὅμως δὲ κατὰ τὴν μάχην ταμιευσάμενος ἀκριβῶς τὴν συμμετρίαν ἀπήνεγκε τὸν κάπρον ζῶντα πρὸς Εὐρυσθέα.* Unde lux videtur affundi PHILIPPI verbis Anth. Plan. IV. 93, 2. p. 651:

κάπρον δ' ἀμφετίναξα γένυν,

quae verba secus interpretatus est Iacobsius Del. Epigr. p. 31: *τῷ ῥοπάλῳ* sc. Infra 109: *κορύναν, ἃ πάρος αἱμωποὺς ἐστυφέλιξε λύκους*. Vulgo aper ille retibus dicitur captus Apollod. II. 4, 5" et SENECAE loco Herc. Oet. 1813:

Arcadum populos petam
Meritisque terras nobiles quaeram tuis?
Hic dira serpens cecidit, hic ales fera,
Hic r e x c r u e n t u s, hic tua fractus manu,
Qui te sepulto possidet coelum, leo.

Videlicet sunt, qui terras, quas supra cap. VIII. 2. p. 174 obtinuimus Arcadum intelligi, orbem terrarum dici rati „Aegypti, Thraciae, Libyae reges Busiridem, Diomedem, Antaeum" referant; Heinsius autem, quo „regi isti cruento suum regnum assignaret, quod nullum iam in Seneca hic loci exhiberetur", miro conatu ingressus est eum locum sic reformare Adv. II. 14. p. 318: „U t r u m Cleonas Arcadum a n populos petam Meritisque L i b y e n nobilem ac L e r n a m tuis? Hic dira serpens cecidit, hic ales fera, Hic rex cruentus." Ergo id ipsum pro integro incorruptoque tuentur communi consensu docti homines, quod vitio natum esse et institutus rerum ordo docet et mentio regis saevi crudelisque identidem facta (v. 1782 sq.: „quas petam terras anus Invisa s a e v i s r e g i b u s? si quis tamen R e x est relictus s a e v u s." 1790: „si quis Ismarios greges Thracis c r u e n t i vindicat." 1820: „Hic pax c r u e n t o r e g e prostrato data est") et recordatio rei litterarum monumentis contestatae. Namque non modo a r b o r e s et s e g e t e s [84]) stravisse fertur sus Erymanthius, verum etiam h o m i n e s. Nemesian. 105 sq.: „Namque hic immensa membrorum mole

---

84) Nemesian. 103: „fletamque colonis Arcadiam et steriles raro iam robore silvas — lunatis fundebat dentibus ornos." Claudian. et Senec. ll. not. 82 d. Albric. XXII. p. 935: „segetes devastabat." Apollod. Tzetz. ll. dd., unde maxime frequentata est a scriptoribus, quos neglexit Tzschuckius l. d. p. 251, mentio E r y m a n t h i d i s s i l v a e, ut a Sidonio l. d., Virgilio Aen. VI. 802: „licet — E r y m a n t h i Pacarit n e m o r a", quae mutuatus est Ennodius Dict. XXVII. p. 307. C: „qui p a c a v i t E r y m a n t h i n e m o r a", Seneca Herc. Fur. 228: „Solitumque d e n s i s hispidum Erymanthi i u g i s Arcadia quatere n e m o r a Maenalium suem."

cruentus Indomitus regnabat aper — Sternebatque suos lugentia rura colonos." Albric. l. d.: „sed obcurrentes homines dentibus lăcerabat" cf. Sen. Hipp. l. infra affer. et quae de Phaea exposuimus II. 2. p. 32. 4. p. 36 sq. Unde conveniens est et sententiae perspicuitatem et orationis speciem pristinam poetae restitui hac emendandi ratione: hic dēs cruentus: [85])

Hic dens cruentus, hic tua fractus manu,
Qui te sepulto coelum possidet, leo.

Quemadmodum Sidonius Apoll. Carm. XIII. 18: „Quem draco, cervus, aper paribus sensere sagittis, Cum dens, cum virus, cum fuga nil valuit" et, quo loco usus est Savaro in Carm. V. 155. p. 44: „Cervus, aper, coluber non cursu, dente, veneno Vitarunt ictus."

Nec minus saevum fuisse intelligitur eum aprum, de quo AVSONIVS Epist. IV. 38:

ipsum priscis heroibus aequans,
Qualis in Olenio victor Calydonius apro
Aut Erymantheo pubes fuit Attica monstro.

Qui mira narrare visus merito est Vineto p. 578: „Alium ego aprum ex Erymantho non novi, quam qui ab Hercule occisus fuisse dictus est." Nam vel voces pubes [86]) et Attica manifestum faciunt aliud ab Ausonio dici, quam a Martiale

85) Cf. Sil. I. 425 dentem. Oxon. decem ac Philarg. l. not. 72 d.: rex (rusticus). Naev. fr. Bell. Pun. III. 8. ap. Pfau. de Num. Saturn. Spec. II. p. 28: qui sursum ad coelum sustulit suas res. Steph. Herm. rex. Prop. III. 1, 51 esaequant (exaequant), ut in Emendationum libro obtinebimus. Valg. p. 432. Similiter autem atque Seneca et Sidonius Ovidius Her. IV. 104: „obliquo dente timendus aper." Martialis XI. 69, 9: „Fulmineo spumantis apri sum dente perempta." Rutil. It. I. 626: „Terribilisque cadit fulmine dentis aper." Aliter Claudianus et Nemesianus ll. dd.: lunatis dentibus.

86) Quae vox multum differt ab ea, qua et alii plurimi usi sunt et Valerius Flaccus III. 705: „Nunc Parthaonides, nunc dux mihi Thracia proles" ac Statius Theb. V. 436: „Tunc prolem Calydone satam generumque profundi Nereos", quae ipsa ab Virgilio Aen. X. 429: „Sternitur Arcadiae proles, sternuntur Etrusci" in eadem sententia posita est atque pubes II. 477: „omnis Scyria pubes." V. 119 et VII. 219: pubes Dardana. 450: Trinacria pubes. 599 et VII. 521. Troia. 794: Argivaque pubes (Stat. Theb. XI. 46: „pubes Tirynthia").

XI. 69, 10: „Quantus erat, Calydon, aut, Erymanthe, tuus" et Rutilio It. I. 627: „Quem Meleagrei vereantur adire lacerti, Qui laxet nodos Amphitryoniadae" cf. Valer. Flacc. I. 435: „spatiumque superbi Pectoris Herculeis aequum, Meleagre, lacertis." Itaque iam haec videtur ingredienda via esse, ut Erymantheum monstrum (Valer. Flacc. I. 374) pro apro eadem ratione positum esse statuamus atque pro quercu Chaonium nemus a Statio VI. 99 (Lact. p. 202: „arbores dicit, quae maxime abundant in eo nemore Iovi sacrato") et Lucano III. 441: „nodosa impellitur ilex Silvaque Dodones" (Schol. p. 229: „quercus dicit, quas consecratas habuit Iupiter Dodonaeus") cf. Cort. p. 382. Iacob. Quaestt. Epic. III. 5. p. 197 sq., qua ratione ad monstrandam „immensam membrorum molem" (Nemesian. l. d. Paus. VIII. 24, 2 ὗν μεγέθει καὶ ἀλκῇ τοὺς ἄλλους ὑπερηρκότα) nihil aptius fingi potuit ab Athenaeo IV. p. 130. B et Eust. Od. VI. 103. p. 1554, 15: θαυμαζόντων δ' ἡμῶν τὴν τεχνιτείαν Ἐρυμάνθιοι τῷ ὄντι σύαγροι κατὰ πινάκων τετραγώνων χρυσομίτρων σιγύναις ἀργυραῖς διαπεπερονημένοι περιεφέροντο ἑκάστῳ aut a Martiale V. 65, 10: „Quot tua Maenalios collocat hasta sues?" Quod consilium si quis comprobaverit, ei commodum erit rem a Seneca contestatam Hipp. 27: „Si quem tangit gloria silvae, Vocat hunc Phlyeus. hic versatur Metus agricolis vulnere multo Iam notus aper" conferre in hanc emendationem: „Qualis in — Erymantheo Phlyes fuit Attica monstro" id est qualis in Phlyes (Bergl. et Wagn. Alciphr. III. 3. p. 15. Mein. Steph. Byz. p. 668) apro fuit Attica; Phlyes aper enim non minus recte dicitur, quam Cretae taurus, Maenali fera, Νεμέης θήρ, qualia exempla in alio loco proponemus. At nos simplicem quandam et non apparatam contorte orationem requirimus. Quare freti Senecae l. d. testimonio non dubitanter dicimus ab Ausonio memoratum fuisse aprum, qui „multo vulnere notus" Marathonios saltus (Hipp. 17) lacumque (Schneid. Theophr. H. Pl. IX. 13. p. 785), ut Arcadius sus βήσσας — Ἐρυμάνθιον ἀμμέγα τῖφος Apoll. Rhod. I. 127, olim infestum habuerit:

Aut Marathoneo pubes fuit Attica monstro.

Sic enim a Marathone facere Marathoneum licuit, ut a

Calydone Calydoneum fecit Manilius V. 180, Graeci a *Κιθαιρών Κιθαιρώνιος* et *Κιθαιρώνειος*, ab *Ἀργανθών Ἀργανθώνιος* et *Ἀργανθώνειος* et quae plura praetereo vid. Anal. Prop. I. p. 8. Similis est eius vocabuli, quod loco movimus, insolentia, sed excusata exemplo Valerii Flacci l. d.: „Quique Erymanthei sudantem pondere monstri — iuvit“ et, quos non commemoravit Bodius in Mythogr. p. 23, Claudiani IV. Cons. Hon. 468: „Non Erymantheae iam copia sufficit umbrae“ et R. Pros. II. Praef. 36: „Non Erymanthei gloria montis aper“, Anth. Lat. I. 43, 3. p. 24: „Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum“, unde Mythographus I. 63. p. 22, 25: „fertur et Erymantheum quendam aprum occidisse“, quum apud Hyginum l. d. legi praestet Erymanthium; in codice enim est erimachum, ut in Monacensi B. Lactantii Theb. IV. 298 Erymathon. Ut tamen recte dixerit Burmannus Anth. l. d. falli Munckerum Hyg. p. 84: „Male Erymantheum Schefferus et Micyllus. *Ἐθνικὸν* enim *Ἐρυμάνθιος* Graecis“, quo praecepto Stephani Byz. p. 280, 20: *τὸ ἐθνικὸν Ἐρυμάνθιος* contempto apud Diodorum IV. p. 257, 8 praeter Coislinianum omnes *Ἐρυμάνθειον* tenent, quod tamquam receptum posuit Vinetus Nott. in Auson. Epigr. p. 244 ex. Stoer. 1598, similiterque Athenaei libri l. d. differunt cum Eustathio: *Ἐρυμάνθιος*. Quam proclives autem librarii fuerint ad notissimum Erymanthi nomen usurpandum, intelligitur etiam ex Claudiani locis Sec. Cons. Stil. 253 Hecaerge. Isingr. Vaticc. Erymanthe. 308 Erynarce inc. Heins. Ald.

Erymanthium igitur plerique (Munck. et Stav. Hyg. p. 84 add. Cic. Tusc. IV. 22, 50) aprum vocant Homeri[87])

87) Od. VI. 102: *Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι Ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον ἢ Ἐρύμανθον Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισιν*, quo testimonio utuntur — nam alio spectat Charito VI. 4. p. 138, 14 cf. Ovid. Met. II. 441 — Stephanus Byz. p. 280, 17 et Aelianus N. A. III. 27. p. 63, 28 et Pausanias VIII. 24, 2 cf. Eust. Od. l. d. p. 1554, 11: *φαίνεται δ' ἐν τούτοις κάπρους μάλιστα τρέφεσθαι καὶ ἐλάφους* et in Dionys. Perieg. 414. p. 173, 20: *τὸ ὄρος τὸ Ἐρύμανθον, ἐν ᾧ κάπροι πολλοὶ, ὅθεν καὶ ὁ Ἐρυμάνθιος κάπρος.* Pausaniae quidem locus sic scriptus legitur: *ἐποίησε δὲ Ὅμηρος ὡς ἐν Ταϋγέτῳ τε καὶ Ἐρυμάνθῳ θηρευτὴς οὖν τῆς Λαμπείας ὁ Ἐρύμανθος.* Cuius loci integri-

potissimum auctoritatem sequuti; quidam Arcadium (not. 82), nonnulli Maenalium Martial. Spect. XXVII. 4: „Arcas Maenalium non timuisset aprum.“ Epigr. V. 65, 10. Sen. Herc. Fur. 229. Nemesian. Laud. Herc. 103: „Maenalium petis inde nemus fletamque colonis Arcadiam“, quod idem invenitur apud Statium Theb. IX. 719 cf. 798: „angustum — Maenalium tibi — nemus perque antra ferarum Vix tutae sine matre viae“ et Ovidium A. A. II. 193: „Non te Maenalias armatum scandere silvas Nec iubeo collo retia ferre tuo;“ neque enim alius mons frequentius venandi laude censetur vid. Grat. Cyn. 100 sq. et qui Dianam Maenaliam memorant, Stat. Theb. XII. 125. Sil. XV. 774. Claudian. R. Pros. I. 228. IV. Cons. Stil. 161. Mall. Theod. 291. Olybr. 187 cf. Sec. Cons. Stil. 250 et R. Pros. II. 244. Ovid. Am. I. 7, 14. Art. Am. I. 272. Hinc longe dissidet OVIDIVS Her. IX. 87:

Ut Tegeeus aper cupressifero Erymantho
Incubet et vasto pondere laedat humum.

Quod cum omnes deinceps docti (ut Munckerus Hyg. l. d.) tum Ovidii interpretes probarunt nomen Tegeeus, id unus Ruhnkenius Dict. p. 60 patrocinio nec idoneo et levi ita defendit, ut Tegeeum aprum putaret dictum a Tegea, urbe Arcadiae, prope Erymanthum montem sita, a quo saepe etiam Erymanthius aper vocatur.“ Nec prodest quidquam eius fabulae mentionem inferri, cuius testis est Valerius Flaccus I. 375: „Erymanthei sudantem pondere monstri Amphitryoniaden Tegeeo limine Cepheus Iuvit.“ Paus. VIII. 4, 6. Heyn. Apollod. II. 7, 3. p. 457. Sturz. Hellanic. p. 58. Etenim iam dilucere coepit fraus librariorum per id vitium lapsorum, de quo quaedam

---

tatem hoc succurrit resarcire supplemento: ἐν — Ἐρυμάνθῳ θηρεύεται Ἄρτεμις· κατέρχεται οὖν τῆς Λαμπείας ὁ Ἐρύμανθος; videtur enim littera τ, qua et syllabae τήν. τῆς (utramque enim praebent Pausaniae codices) et ται (Bast. Comm. Pal. p. 808) notari solitae sunt, verbis θηρευε et κατερχε superscripta factum esse, ut librarii ambigua specie decepti properarent scribendo hoc: θηρευτὴς οὖν, cum servandus esset hic tenor: θηρεύεται Ἄρτεμις [τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείης ἐλάφοισιν]. Κατέρχεται οὖν. Cui incepto nihil obstat, quod ab eodem Pausania paulo inferius positum invenimus hoc: λέγεται δὲ ὡς Ἡρακλῆς — θηράσειεν ὗν; „nam θηρᾶν et θηρεύειν apud eosdem scriptores promiscue reperiri“ docuit Iacobsius Aelian. N. A. IX. 8. p. 307.

infra 2, plura proferemus in Emendationum libro, qua de Prop. II. 21 (III. 28 c), 54 quaeretur. Quod enim communi famae (vid. p. 186) assensus poeta scripserat: Phegeus, id factum est Pegeus (cf. Burm. Prop. p. 190), inde v. p. 198 Tegeus, quod ipsum et illum errorem genuit, quo in Puteaneo et novem aliis codicibus legitur: utque Tegeus, et hunc: ut Tegeeus. Recte autem dici:

Ut Phegeus aper cupressifero Erymantho

docet vox Cenchreus Stat. IV. 60. Alpheus Virg. X. 179. Claud. B. Gild. 483. Get. 575.

2.

Venio ad materiam supra VIII. 2 destinatam. Repeto autem a verbis CAESARII II. Dial. Resp. CXII. p. 66. C:

ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς μᾶλλον δὲ ἠράκλης πυριάλωτος γενόμενος διὰ κακίαν ὑπὸ τῶν ἀθέων ἐκθειάζεται.

De quibus Lobeckius Aglaoph. p. 575 not. r parum probabili pronuntiavit iudicio: „Hic nescio quid lateat, nisi forte *μιερακλῆς*, ut passim illi nomen *ἱερεύς* irridendi causa in *μιερεύς* detorquent ab adiectivo *μιερός* pro *μιαρός*." Ante quem Cotelerius hoc coniectaverat: „*ἔρᾳ ἀκλεής* inglorius in terra" ille quidem verisimiliora consectatus in Monum. Eccl. Gr. T. III. p. 636: „*πυρακλὴς* gloria ignis, a quo captus et consumptus fuit", quod inventum melius facere videor sic scribendo: *Πυρακλῆς*: nomen enim ei montis Oetae loco, in quo Hercules combustus fuit, mansisse *Πυράν* [88]) auctores sunt ii,

88) Rogum *πυράν* Graecos plurimum vocasse" docuerunt Hemsterhusius l. d. Locella Xenoph. Eph. IV. 2. p. 322. Iacobsius Philostr. Im. II. 30. p. 556. add. Dio Chrys. VIII. p. 287, 19: *πυρὰν νήσας ἐν τῇ Οἴτῃ.* Schol. Soph. Phil. 800. p. 291. 1131. p. 300. Theodoret. Gr. Aff. Cur. VIII. p. 904: *πυρὰν ἅψας καὶ ἑαυτόν γε καθεὶς τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο.* Ioann. Antioch. Anecd. Par. II. p. 385, 1: *Ἡρακλῆς εἰς λοιμὸν ἐμπεσὼν εἰς πυρὰν ἥλατο* cf. Ovid. 36: fumo, Quem vetus accensa separat ira pyra. tres codd. accenso — rogo. Sannaz. Eleg. I. p. 676: „Tirynthius — Visit ab Oetaea regna paterna pyra," quem praeteriit Schraderus Emend. V. p. 106. Latius autem eius vocabuli patere vim et usum ex iis intelligitur locis, quos in Steph. Thes. VI. p. 2248. A omissos proferre iam licet. Ioann. Chrysost. T. I. p. 312. D: *εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μετὰ τὸ κατασφάξαι τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἔμειναν ὁμοίως ἢ καὶ μειζόνως τηκόμενοι τῇ πυρᾷ*, qui *πυράν* appellat *τὴν ζηλοτυπίαν*" Matth. Nov. Ecl.

quos nominavit Hemsterhusius in Lucian. Tim. 6. p. 348 (laudatus Valckenario Herod. VII. 198. p. 906. Wesselingio Diod. IV. p. 283, 20. Bernhardyo Eust. Dionys. Per. 809. p. 944 Hullemanno fr. Durid. p. 184), et Plinius N. H. XXV. 5, 21. p. 119, quem testem dedit Schneiderus Theophr. H. Pl. IX. 10, 2. p. 759 sq.: „plurimum nascitur in Oeta monte et optimum uno eius loco circa Pyram“ (Theophrast. ap. Bandin. Catal. III. p. 437: μοναχοῦ δὲ φύεται τῆς Ὄρθης περὶ τὴν Πυράν) idemque Theophrastus l. d. iis verbis, quae sic prodi solita: ἀλλὰ πρὸς τὴν πυλαίαν οἱ ἐκ τῆς Οἴτης συλλέγουσι C. F. Hermannus in Ephem. Stud. Antiq. 1842. p. 429 hoc modo immutavit: πρὸς τὴν Πυράν. Alii eum locum vocant Phrygiam, quos recensent Salmasius Exerc. Plin. p. 607. a. A. Spanhemius Callim. Dian. 159. p. 239. Munckerus Hyg. 36. p. 97. Lobeckius Aglaoph. p. 576. not. t, quem neglexit Meinekius Steph. Byz. p. 673, 5 et Diatr. ad Callim. l. d. p. 170. Verum LACTANTIVS in Stat. Theb. IV. 158:

Oeta — in qua esset concrematus Hercules eo loco, cui
Prestion nomen est

Prestion vocat: ita quidem et alii dicunt et Hemsterhusius l. d.: „melius, ut puto, Πρηστών. Nam ne de vitio suspicemur, prohibet originis ratio percommoda, ἀπὸ τοῦ πρῆσαι, quod de rogo Herculis succendendo posuit Sophocles Trach. 1211“ et qui huic adstipulatus est, Dindorfius Steph. Thes. VI.

VIII. p. 100. not. 18. Geopon. XIII. 10, 11. p. 955: σιλούρου — θυμιωμένου μαλακῇ πυρᾷ. Eust. Am. Ism. III. p. 80: ὡς ἐπὶ πυρᾶς ὀπτούμενος πυκνὰ στρεφόμενος ἦν ὥσπερ τι θῦμα καινὸν ἐξωπτημένος τῷ Ἔρωτι (cf. Quintilian. Decl. V. 15. p. 119: „per totum cubile corpus velut super ardentes exagitare flammas.“ 17. p. 120: „ille ad singulos ardentis corporis motus in sua vincula versatur“. codd. in sua supra vincula id est, ut ego arbitror, „in sua supinus vincula“). Schol. Stephani in Aristot. Rhet. p. 262, 13: καιόμενος οὗτος ἐπὶ τῆς ἐσχάρας δαλός —· τὸν δαλὸν ἀνείλετο ἀπὸ τῆς πυρᾶς ἡ Ἀλθαία. Holobol. in Ar. Dosiad. 11: „ὁ Ἀχιλλεὺς ὁ ἐν σποδῷ καὶ πυρᾷ εὐναζόμενος“, ubi „πυρί potius scribendum esse“ prave censuit Valckenarius Diatr. Eur. XII. p. 131. Cf. Iacobs. Add. Animadvv. in Athen. p. 193. Schol. Pind. Pyth. II. 39. p. 316: διορύξας βόθρον καὶ πληρώσας πυρὸς ἐκάλεσε τὸν πενθερόν — ὁ δὲ εἰςελθὼν εἰς τὴν πυρὰν ἔνδον ἔπεσε καὶ κατεκαύθη. Cf. Tzetz. in sua Homerica p. 63 Schir.: πυρὰ δὲ θηλυκῶς ἡ μεγάλη κάμινος.

p. 1594. B. Utrosque falli docent libri Monacenses, in quorum altero (B) legitur: „Oeta — in qua etiam concrematus Hercules eo loci, cui Tiprestion nomen est“, in altero (A): tripestion. correct. tiprestion.“ Quod *Τυφρηστῷ* esse:

cui *Τυφρηστῷ* nomen est

perspicuum faciunt Stephanus Byzantius p. 643, 22: *Τυφρηστός· πόλις τῆς Τραχῖνος ὀνομασθεῖσα ἀπὸ τῆς τέφρας Ἡρακλέους* et Etymologicum Magnum p. 772, 28: *Τυφρηστός· πόλις ἐστὶν ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς Μαιναλίας*[89]) *ἀπὸ Τυφρηστοῦ βασιλέως ἢ τεφρηστός τις οὖσα ἀπὸ τῆς Ἡρακλέος τέφρας*. Ex quibus locis iam a Muellero in Tzetz. Lyc. 420. p. 592. not. 7 compositis qui et Tzetzen in Lyc. l. d.: *Τυφρηστὸς πόλις καὶ ὄρος Τραχῖνος ἀπὸ Τυφρηστοῦ τινος βασιλέως ἢ Τέφραντος υἱοῦ Ἡρακλέος* hoc scripsisse suspicatus est: *ἢ τέφρας τῆς τοῦ Ἡρακλέος* (quo ego crediderim praestabilius esse *τεφρωθέντος*) et „Typhrestum montem, in quo condita erat urbs Typhrestus, non diversum fuisse a Phrygio colle, in quo Hercules combustus esse ferebatur“ collegit Meinekius in Parthen. fr. XLV. p. 290, nec Lactantio intendit et rem ad notitiam maxime pertinentem hic praeteriit, brevius attigit in Callim. l. d. Haec enim memoriae prodidit Arrhianus ap. Ioann. Stob. Floril. Append. e Ms. Flor. p. 380 (p. 8, 27): *ἀλλὰ τῆς Οἴτης γε ἐπὶ τῇ ἀκρωρείᾳ θύεσθαι, ὅσα ἔτι λόγος,*[90]) *καὶ Ἡρακλεῖ καὶ Φιλο-*

89) Meinekius Anal. Alex. p. 290: „Pro *Μαιναλίας* legendum dicerem *Μαλιαίας*, nisi suspecta haec forma esset — itaque praestat fortasse *Θετταλίας* scribere“ cf. Dio Chrys. IX. p. 289, 47 *Θεσσαλίας*. Meerm. *μεσσαδίας*. Geel. *Μασσαλίας*. Nobis quidem restituendum videri *Αἱμονίας* supra VIII. 2 significavimus; similiter enim et apud Albricum XXII.: „Lerna — lacus fuit Aemoniae“ nomen Haemoniae nocuit Maenaliae et apud Iosephum Isc. VI. 887, ut obtinuimus Theb. Parad. p. 85, Maeoniae opes in Maenalias verterunt.

90) Mein. in Callim. l. d. legendum, inquit, *ἐστὶ νόμος*. Quocum hoc differt nostrum iudicium, ut praeferamus *ἔχει λόγος* (cf. Theb. Parad. p. 456). Quod et in aliis locis legitur (Bast. Ep. Crit. p. 239 cf. Sieb. Paus. Vol. V. p. 231. Baehr. Plut. Pyrrh. 18. p. 198. Him. Or. XXII. 5 cf. Wernsd. I. 11. p. 342) et apud Synesium Dion. p. 43 A: *τὸν Ἀπόλλω λόγος ἔχει νῦν μὲν ταῖς Μούσαις συνᾴδειν* et Athenaeum XIII. p. 592. E, quibuscum leviter discrepat Pachymeres de Andron. Pal. VI.

κτήτῃ εἰς μνήμην τοῦ παλαιοῦ παθήματος καὶ τὴν τέφραν ἐπὶ τῇ πυρκαϊᾷ ἐν χώρᾳ μένειν. Mira fides rei, cuius testes fortasse etiam Nicander, Oetaicorum scriptor (fr. VII. p. 29 sq.), et Plutarchus fuerunt (de quo Arnobius IV. 25. p. 154: „Plutarchus Chaeroneus — in Oetaeis verticibus — Herculem — dissolutum in cinerem — prodidit"); similia tamen de Niobidarum pyra a Thebanis memorari refert Pausanias IX. 17, 1: *ἀπέχει δὲ ἡ πυρὰ τῶν Ἀμφίονος παίδων ἥμισυ σταδίου μάλιστα ἀπὸ τῶν τάφων· μένει δὲ ἡ τέφρα καὶ ἐς τόδε ἔτι ἀπὸ τῆς πυρᾶς.* Hinc autem lux affunditur et Senecae loco Med. 777, ubi Medea pallam veneficiis illitura: „Oetaeus isto cinere defecit rogus, Qui virus Herculeum bibit" et vero LVCIANI Tim. 6:

ἀναῤῥιπίσας τὸν κεραυνὸν ἢ ἐκ τῆς Οἴτης ἐναυσάμενος μεγάλην ποιήσας τὴν φλόγα ἐπιδείξαιό τινα χολὴν ἀνδρώδους καὶ νεανικοῦ Διός.

In quo loco non mediocriter laborarunt Scholiasta p. 77: *ἡ Οἴτη — ὄρος ὑψηλόν, οὐ μέντοι καὶ πεφυκὸς φλόγας ἀνιέναι· πῶς οὖν τοῦτο λέγει; ἔοικέ μοι, διότι ἐκεῖ Ἡρακλῆς τὸ τελευταῖον κατ' ἰδίαν ἀξίωσιν ὑπὸ Φιλοκτήτου ὡλοκαυτώθη* atque Hemsterhusius p. 349: „apud veteres nullum extat ardentis Oetae vestigium. — Placet ergo Tan. Faber pro *Οἴτης* reponens *Αἴτνης.*" Nequidquam: nam certis auctoribus compertum habemus pyram, cui Philoctetes ignem subiecerat, subinde „etiam fulminibus de coelo tactam exarsisse inque cineres totam consedisse." Quae verba licuit mutuari a Simsono Chron. A. M. 2788. p. 287 interpretato Diodori locum IV. p. 283, 39: *Φιλοκτήτης — ἧψε τὴν πυράν. Εὐθὺς δὲ καὶ κεραυνῶν ἐκ τοῦ περιέχοντος πεσόντων ἡ πυρὰ πᾶσα κατεφλέχθη.* Diodoro accedit Iulianus Or. VII. p. 409, quem solum commemorarunt Spanhemius Callim. Dian. 159. p. 241 et Staverus Hyg. 36. p. 97. not. 8: *εἶτ' ἐπανήγαγε διὰ τοῦ κεραυνίου πυρὸς πρὸς ἑαυτόν* neque omnino discrepat Apol-

---

p. 579, 15: *διερχόμενος εἰς τὴν — Μάκρην, ὁ λόγος ἔχει, κατήντησεν* cf. Callim. fr. 252. p. 272 (Theb. Parad. l. d.): *Ἡρόχι', ὡς ὁ γέγειος ἔχει λόγος.* De sacris Herculis autem haec Scholiasta Hom. Il. XXII. 159. p. 593, 43: *καὶ νῦν Οἰταῖοι Ἡρακλεῖ πεντετήριον ἀγῶνα ποιοῦντες βύρσας διδόασιν.* Cf. Wess. Diod. IV. p. 283, 43.

lodorus II. 7, 7. p. 70, 13 = Zenob. I. 33. p. 11: *καιομένης δὲ τῆς πυρᾶς λέγεται νέφος ὑποστὰν μετὰ βροντῆς αὐτὸν εἰς οὐρανὸν ἀναπέμψαι* cf. Munck. Hyg. p. 97. Soph. Tr. 1089. Vivere autem fulminis ignes busto inclusos crediderunt veteres: documento est, ut taceam Enceladi (Heins. Claudian. R. Pros. I. 154. p. 554) et aliorum Gigantum nomina atque Asopi vapores Aetnaeos (Stat. Theb. VII. 327) et prunas viventes (has enim contestatas esse a Lactantio in v. 315 Monacenses codices arguunt: prumis A. pronis B. viventibus AB), Euripides Bacch. 8: *Δίου πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα.* 596 sq. cf. 624. Nonnus XLIV. 125. p. 1146: *θάλαμον Σεμέλης χλοερῷ σκιόωσα κορύμβῳ Νυμφιδίου σπινθῆρος ἔτι πνείοντα κεραυνοῦ Αὐτοφυὴς ἐμέθυσσεν ἕλιξ εὐώδεϊ καρπῷ.* XXXIV. 218. p. 856: *Καὶ φλέξω Σεμέλης φλογερὸν δόμον, ὁππόθι παστοὶ Λείψανα θερμὰ φέρουσι μαραινομένων ὑμεναίων*, unde Gregorius Naz. Or. XXXIX. p. 626. A *Θηβαίων ἄνοια τοῦτον τιμῶσα καὶ Σεμέλης κεραυνὸς προςκυνούμενος.* Schol. p. 49 Gaisf.: *οἱ οὖν Θηβαῖοι τὸν κεραυνὸν ἔνθεν προςκυνοῦσιν.* Igitur quale Semeles bustum descriptum invenimus, tales Herculei rogi cineres fuisse et Euripidis comparatio docet et ipsa illa Luciani verba, quorum sententiam ne Vossius quidem in Catull. p. 287 sq. indagavit: *ἐναυσάμενος μεγάλην ποιήσας τὴν φλόγα* non obscure indicant. In quam partem liquet non spectare Senecam Med. 639: „Vivus ardenti recubans in Oeta." Postremo cf. Claud. Pr. Cons. Stil. II. 29: „in Oetaeis exercet fulmina silvis."

Sed his ipsis, quae de pyra Herculis exsequuti sumus, comprobasse videmur ne ipsum quidem vocabulum Tyri carere vitio. Idem arguit scriptor Recogn. X. 24. p. 319. A: „sepulcra manifestissime demonstrantur Mercurii apud Hermopolin — Liberi apud Thebas, ubi discerptus traditur, Herculis apud Tyrum, ubi igni crematus est" et hoc scriptore etiam luculentius Arnobius eo loco, quo ipse Cotelerius usus est, I. 36. p. 23 sq.: „Thebanus aut Tyrius Hercules, hic in finibus sepultus Hispaniae, flammis alter concrematus Oetaeis."[91]) Itaque patet sublato eo errore, quo factum est

91) Plinii locus N. H. XXXIV. 8. 19. p. 165: „In mentione statuarum est una non praetereunda quamquam auctoris incerti, iuxta rostra,

ut permutarentur inter se Tyro et Pyrrho Groning. Prop. II. 21, 51, *Πύῤῥου* Euseb. Chron. Anecd. Par. II. p. 122, 13. *Τύῤῥου* Scal. *πῦρ* et *τυρόν* Schneid. Nic. Alex. 373. p. 196, *πυροί* et *τυροί* Harpocr. p. 158, 13, Tegeus et Phegeus (vid. h. cap. 1 extr.), Pyram nomen et Caesario et Recognitionibus l. d. restituendum esse idemque Vitae S. Ignatii ap. Bolland., in qua haec nunc legi Cotelerius testis est: „Hercules igne consumtus est in Tyro." Verum indidem intelligitur longe aliud a Caesario Herculis cognomen fictum esse, quam quod excogitavit Cotelerius: quis enim hunc sententiarum ordinem tulerit: *ἐν Πυρᾷ Ἡρακλῆς μᾶλλον δὲ Πυρακλῆς* (*πυρακλῆς*) *πυριάλωτος γενόμενος*? Nec difficilis est veri coniectura. Qui enim Hectorem tamquam *οὐδ' ἀλέκτορα χρηστόν* incessivit atque Aesculapii et Veneris nomina sic cavillatus est (cf. Quaest. de Tanusio III. p. 21), ut illum diceret esse *τὸν ταῖς φρεσὶ νήπιον*, hanc *κόπρον*, is instituto suo convenienter videtur proprium Herculis nomen ad hanc speciem deduxisse: *πρηνοκλῆς*, *πηρινοκλῆς*, cui damni aliquid importatum est singulari illa litterarum *η* et *π* similitudine.[92]) Praeclare autem nostra sententia firmatur

---

Herculis tunicati, sola eo habitu Romae, torva facie sentiensque suprema tunicae" faciendum videtur esse ut hunc habitum recuperet: „Hercules tunicatus, Oetaeae habitu ruinae, torva facie sentiensque suprema in tunica." Eo enim dirigunt cum alii libri tum ii, in quibus est Eleo, quod a Turnebo Adv. XVI. 12. p. 487, 19 in Oetaeo conversum non minus laudo, quam *ἐλείῃ* apud Aelium Promotum Ms. ap. Schneid. Theophr. T. V. p. 450: *Σμῖλαξ δέ ἐστιν φυτὸν ἐν τῇ Καλαυρίᾳ φυόμενον καὶ ἐλείῃ, ὅπου Ἡρακλῆς, ὥς φασι, περιεκάη* a Schneidero in *Οἰταίῃ* mutatum, a Meinekio Steph. Byz. p. 673, 5 in *ἐν τῇ Οἴτῃ* cf. Dio Chr. VIII. p. 158, 34 *Οἴτῃ*. codd. *αὐλῇ*. Parum autem inter se differre Romam et ruinam docent et ii loci, quibus in disceptando Prop. I. 12, 2 versu usus erit, et Apuleius Met. VIII. p. 509: ruinam. cod. Wow. Romam. Cf. Barth. in Guilelm. Brit. VIII. 5. p. 581. Arnob. IV. 25. p. 144: „in Oetaeis verticibus Herculem post morborum comitialium ruinas dissolutum in cinerem prodidit" cf. 35. p. 162: „in ultimam tabem diffluentium viscerum maceratione consumi." Quintil. Decl. XII. 14. p. 255: „nostra etiam ruina tabuit." Sil. X. 101.

92) De qua similitudine existimatur et ex hoc exemplo: *πλείους*. *Ἠλείους* Mercer. in Dict. Cret. III. 5. p. 9. Osann. Apul. Orthogr. p. 62 aliisque, quae sunt apud Albertium Hesych. I. p. 1656, not. 16 et Schae-

verbis: *πυριάλωτος γενόμενος διὰ κακίαν*, quae non dubie spectant ad infinitas mulierosi hominis libidines (Soph. Trach. 459. Sen. Herc. Oet. 364. 419. Lactant. Inst. I. 9, 1. Nicet. Eugenian. III. 211. p. 88) „qui in rebus huiusmodi patris sui transiret exsuperaretque virtutes" (Arnob. IV. 26. p. 155), atque ad ipsam eius pestis, qua in Oeta flagravit (Hygin. 36), causam. Quid enim sit *πηρίν*, dicunt auctor Etymologici Magni p. 761, 3: *Πηρίν — σημαίνει δὲ τὸν ὄρχιν.* Scholiasta Nic. Ther. 586. p. 46, 26: *πηρῖνα· — τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου, ἐξ οὗ αἱ προῤῥεύσεις γίνονται.* Choeroboscus Orthogr. p. 248, 32: *πηρὶς γὰρ καὶ πηρὶν τὸ ἔξωθεν τοῦ αἰδοίου*, alii, quos commemorant Albertius Hesych. II. p. 958. not. 14. Boissonadius in Zachar. Mytil. p. 421. not. 312. Lobeckius Paral. II. 1, 1. p. 72 cf. Hering. Obss. Crit. I. p. 12.

Nec ad eiusdem Caesarii verba paulo inferiora p. 66. D haec:

Ἠλιεῖς ἐλεεινοὶ (ἐξεθείασαν) τὸν Ἕκτορα μᾶλλον δὲ οὐδ' ἀλέκτορα χρηστόν. — οἱ ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ τὸν Ἴκαχον Ἀχιλλέα

restituenda Lobeckius l. d. profecit. Qui ut *Ἰλιεῖς* recte scripsit, ita et voces *τῇ νήσῳ* omisit, quas tuetur auctor Recogn. X. 25. p. 319. B: „Ilienses Hectorem, apud Leuconnesum Achillem — colunt" et, quod maius est „quid in *ἴκαχον* acuminis lateat" nescire se fassus est not. r nec post investigavit Pathol. VII. 3. p. 332 sqq. Illud quidem facile intelligitur non esse Caesarium cavillatum Achillis nomen.[93] Nec

---

ferum Schol. Apoll. Rhod. IV. 1309. p. 323, et ex Libanii loco Decl. IX. p. 351. C (Vol. IV. p. 189): *κόμαι μὲν αὐτῷ τοῖς κροτάφοις ἐπισείονται βακχικαὶ τοῖς στεφάνοις ἤδη καὶ τοῖς ἄνθεσι πρὸς κόσμον ἀνθοῦσαι*, cuius obviam (Schweighaeus. Appian. Illyr. XXIV. p. 674) non vidit Schoenius de Eur. Bacch. III. p. 34 emendationem hanc: *ἦρος κόσμον ἀνθοῦσαι*, ut Theodoret. Gr. Aff. Cur. I. p. 9: *ἀνθήσασα (ἡ γῆ) λειμῶνας καὶ ἄλση.* Schaef. Aristoph. Plut. p. 530, quem laudavit Iacobsius Anth. Pal. p. 884, praeteriit L. Dindorfius Steph. Thes. I. p. 759. D. Cf. Stat. Achill. I. 288: „dare veris opes" (*τὰ ἠρινὰ ἄνθη* Ioann. Chrys. T. III. p. 512. E. p. 296 Voorst.) et quod Plautus dixit, post eum Britannus poeta in Mulier. Vindesor. III. 2: ver olet.

93) Achillis nomen alteri ab *ἄχος* factum esse voluerunt sive *Ἰλιέων ἄχος* dici interpretati (ut Callimachus Anecd. Ox. IV. p. 403, 28: *Ἀχιλεὺς*

illud Hesychii I. p. 1640: *Ἠΐκανὸς ὁ ἀλεκτρυών* quisquam huc ita repetendum esse duxerit, ut qui Hectorem *οὐδ' ἀλέκτορα χρηστόν* dixit, is iam Achilli nomen fecisse *Ἠϊκανοῦ* putetur. Verum in eam quaerendum est partem, in quam video discessisse Cotelerium sublato eo vitio, quo nullum novimus frequentius [94]) „*ἀεικακόν* substitui posse" ratum in Recogn. S. Clem. X. 25. p. 319. D. Recordanti autem, quae de litterarum *σ* et *κ* confusione docti homines multifariam disseruerunt, dilucet librariorum fastidio easdem litteras stilo repetendi *τὸν ἴκαχον* factum esse, quod fuerat *τον ικκαχον* id est *τὸν νησίκακον*, *μνησίκακον* (ut Nausicam legimus pro Mnasidica Adn. Crit. ad Electt. e Lactantio p. 21). Quo vocabulo nihil proposito suo aptius potuisse a Caesario proferri non est quod pluribus demonstremus: hoc enim Achillem dicentem facit Homerus Il. IX. 646: *Ἀλλά μοι οἰδάνεται κρα-*

γὰρ ἀπὸ τοῦ εἶναι ἄχος τοῖς Ἰλιεῦσιν ἤγουν τοῖς Τρωσὶ κατὰ φερωνυμίαν· ὑπὸ γὰρ θείας προνοίας, ὡς ἔφη Καλλίμαχος, ἐκλήθη οὕτως (cf. Eust. Il. I. p. 14, 17, quem commemoravit Dresemius Ioseph. III. 147. p. 66: *ὡς ἀπὸ τοῦ ἄχος τοῖς Ἰλιεῦσιν, ἤγουν λύπην τοῖς Τρωσὶν — θείᾳ προνοίᾳ, καθά τις ἔφη, γενέσθαι.* Schol. p. 1 b. 40 et Anecd. Par. III. p. 270, 28. 324, 28: *διὰ τὸ ἄχος ὅ ἐστι λύπην ἐπενεγκεῖν τοῖς Ἰλιεῦσιν.* Etym. Magn. p. 181, 26: *ἢ διὰ τὸ ἄχος ἐπενεγκεῖν τῇ μητρὶ καὶ τοῖς Ἰλιεῦσιν.* Schol. ad Tzetz. Alleg. Il. p. 377, 32: *Ἀχιλεύς· ἐν τοῖς φρονοῦσι μᾶλλον ἁρμόζειν γράφειν· ἄχος γάρ, ὡς λέγουσιν, ἦν Ἰλιέων.* Tzetz. Lyc. 798. p. 788: *ἢ ἀπὸ τοῦ ἄχος ἐμποιεῖν τοῖς Ἰλιεῦσιν ἐτυμολογεῖται* cf. Schol. ad Chil. p. 356, 11: *τὸ Ἀχιλεὺς αὐτὸς δι' ἑνὸς λ γράφω*) sive Thetidis *ἄχος* sive malorum medelam (*παρὰ τὸ ἄχη λύειν* Etym. l. d.), alteri ad *χιλόν* revocarunt, ut Euphorion Mein. Anal. Alex. p. 98 sq. Schol. Tzetz. Alleg. Il. p. 377, 33: *εἴτ' οὖν τροφῆς ἄμοιρος, ὡς Εὐφορίων.* Anecd. Par. III. p. 271, 1. 300, 29 cf. Eustath. l. not. 48 allat. Schol. Gregor. Naz. Or. XX. p. 782. A; nam omitto sententiam et Salmasii in Tertullian. Pall. p. 280: „dictus Achilles quasi *ἀχειλεύς*", quae mirifice placuit Forchhammero, et eorum, qui „nomen obsoletum *ἄχα* aqua in *Ἀχιλλεύς* superesse" (Mein. Diatr. ad Callim. Pall. 45. p. 250) sibi persuaserunt. Cf. Dresem. l. d. Coteler. in Clem. Homil. VI. p. 682 sq. Bachet. Ovid. Ep. I. p. 225 sq. Add. not. 95.

94) Cf. Iulian. Or. p. 16. E *ἐξ ἀρχῆς*. Petav. *ἐξαρκεῖ* Schaef. p. XI. Aen. Gaz. p. 31: *ἀρχούσης*. cod. D. *ἀρκούσης*. Bernard. Theoph. Nonn. LIX. p. 231 sq. *μηχᾶσθαι* id est *μηκᾶσθαι* Boiss. Psell. p. 202. add. Cant. Syntagm. I. p. 209. Welck. Syll. Inscr. 82. p. 112. Theb. Parad. p. 463 sq.

δίῃ χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων Μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης idemque Aiacem 636: σοὶ δ' ἄλληκτόν τε κακόν τε Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι θεοὶ θέσαν cf. Liban. Progymn. p. 99. A: ἀθάνατα ἐμήνιεν. p. 101. C: τῆς ἀσπονδείας. Decl. III. p. 236. A: ἀνανεοῦμαι τῇ μνήμῃ τὴν ὕβριν καὶ πᾶς ἐμπίπλαμαι τοῦ θυμοῦ. Postremo verba Caesarii haec: ἐν δὲ Κύπρῳ τὴν Κύπριν κόπρῳ ἐν τάφῳ κειμένην Lobeckio quidem p. 574 non suspecta consentaneum est hac adhibita correctione: κόπρον similia fieri iis, quae in eadem pagina D leguntur: καὶ ἕτερον θατέρους ἐν τάφοις κόνιν κειμένην σέβουσι τέλεον ἀσεβοῦντες.

Itaque pristinum eius loci, de quo quaestionem instituit Lobeckius, statum aio fuisse hunc:

ἐν τῇ Ἑρμοῦ πόλει τὸν Ἑρμῆν, ἐν δὲ Κύπρῳ τὴν Κύπριν κόπρον ἐν τάφῳ κειμένην —· προσεκυνήθη ἐν Θήβαις Διόνυσος τοῖς σέβουσι ψυχῆς καὶ σώματος ὑπάρχον πάθος ἀνίατον καὶ δύσοδμον. Ἐν Πυρᾷ Ἡρακλῆς μᾶλλον δὲ πηρινοκλῆς πυριάλωτος γενόμενος διὰ κακίαν ὑπὸ τῶν ἀθέων ἐκθειάζεται· ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸς ὁ ταῖς φρεσὶ νήπιος· — Ἰλιεῖς ἐλεεινοὶ (ἐξεθείασαν) τὸν Ἕκτορα μᾶλλον δὲ οὐδ' ἀλέκτορα χρηστόν· οἱ ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ τὸν μνησίκακον Ἀχιλλέα.

3.

Consentaneum est adiici rem ex interioribus litteris repetitam. Herculis enim in Oeta combusti argumentum non solum Pyram iactarunt Graeci, verum etiam fontem Lathium. Etym. Magn. p. 554, 59: Λάθιος κρήνη περὶ τὴν Οἴτην, ἥτις οὕτω ὠνόμασται διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα πιόντα ἐξ αὐτῆς ἐπιλαθέσθαι τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν (cf. Zonar. p. 1305: Λήθαιον ὕδωρ, ἐπιληστικὸν καὶ λήθιον πόμα. Dindorf. Steph. Thes. V. p. 244. A λῆθον. Hesych. II. p. 461: Λήθιος· λαθραῖος. Albert. Ληθαῖος). Quem fontem liquet alium esse atque eum fluvium, de quo Hyginus fab. 36 ab ea fama, quam sequitur Seneca Herc. Oet. 835 sq., dissentiens: „quam (vestem) Hercules iam induerat statimque flagrare coepit. Qui quum se in flumen coniecisset, ut ardorem extingueret, maior flamma exibat", cui ipsi fluvio nomen Dyrae

fuisse nec Valckenarius in Herod. VII. 198. p. 906 docuit aut Muellerus in Tzetz. Lyc. 916. p. 875. not. 7 nec Santenius in Catull. Eleg. ad. Manl. 53. p. 20: nolo enim hic temere sequutus Meursium Antig. Caryst. CLXXI. p. 215 commemorare de Aphrodisio flumine Pyrrhaeae Plin. N. H. XXXI. 2, 7. p. 428. Et Santenius quidem quae ad Oetaeorum fontium notitiam pertinerent, dedita opera consectatus et Lathium fontem silentio transmisit nec de CATVLLI versu eruit quod et integrum esset et perspicuum. Sic autem scriptum proposuerunt illum versum de Santenii auctoritate Lachmannus Hauptiusque ac Rossbachius:

Cum tantum arderem, quantum Trinacria rupes
Lymphaque in Oetaeis Malia Thermopylis.

Quod ita esse factum est quod vehementer mirere. Nam et ipsum vocabulum Malia (nisi quis fontem Meli insulae dici putet cf. Iacobs. Anth. Pal. VII. 171, 3. p. 253) tanti est, quanti sunt ista Cytaines Prop. I. 1, 24 (vid. Anal. p. 14), Naica (Anal. p. 21. 33), Phaeacae silvae Prop. III. 1, 51 (de quo Bergkium Ind. Lectt. Hal. Hib. 1864. p. V. nondum per omnia vere explicasse in Emendationum libro dicemus), Paduae (quod vitio natum apud Catullum 94, 7 ne nunc quidem repudiavit Schwabius), et commode ac recte dici videtur et hoc: „Lympha in Oetaeis Lathia Thermopylis“ sive, quod Vossius sibi, non aliis probavit: Dalia sive, quod substituendum sibi putavit Pontanus in Philippi ad Faustinam Epistola p. 374:

Undaque in Oetaeis Thermopylea iugis

et illud: „lympha — in Oetaeis flammea (fervida) Thermopylis“, non item hoc: „lympha — in Oetaeis Malia Thermopylis“, quo tot docti homines nimirum hoc videntur cavisse, ut situs Thermopylarum et sinus Maliaci, nominum, credo, non aequa et pari fama cognitorum, iam tandem designaretur quam maxime definite et distincte. Quasi vero obscurum sit hoc: mi ilia[95]) scriptum fuisse, quo simul et ilia

95) Scriptum id est orationis ea forma, quam a multis usurpatam, ut in quaestione de Prop. III. 21, 36 instituenda dicetur, nunc Virgilii exemplo monstrare satis est Aen. V. 172: „exarsit iuveni dolor ossibus

ingenti flamma arsisse et oculi assiduo fletu maduisse dicerentur. Hoc igitur verum habendum est, quod redintegranti ipsae codicum memoriae math ilia, matilia, mamlia, manlia, mallia non dubie suffragantur:

Cum tantum arderent, quantum Trinacria rupes
Lymphaque in Oetaeis, mi ilia, Thermopylis,
Moesta neque adsiduo tabescere lumina fletu
Cessarent tristique imbre madere genae.

Qui enim vehementissime amat (cf. cod. Mediol. amat hilia. Sant. mat hilia. Colb. matilia), is torreri dici solet, medullis, visceribus, venis, ossibus, corde, toto corpore uri. Quod genus memorabili exemplorum modo in Emendationum libro exsequuturis, qua Propertium III. 23. (IV. 24), 13 in disceptationem vocabimus, satis est nunc attulisse Quintilianum Decl. XIV. 4. p. 298: „iam perustis, iam laborantibus visceribus“, cui illaboratam (Heins.

---

ingens“, iisque versus modulis, quos insolentiores aliquot tamen poetis probatos esse (cf. et Prop. II. 22, 1 mi iniecta et Sen. Herc. Oet. 1322: mihi irata) eo loco obtinebimus, quo de Prop. II. 6, 15 expediemus, eo autem ordine, de quo existimatur et ex Hertzbergii disputatione Quaest. p. 122 et Comm. p. 180 sq. Huschk. Tib. p. 316. Sil. XIII. 460. XIV. 404. Sen. Herc. Oet. 1700. et ex Propertii versu IV. (V). 11, 40: „Et Persen proavi simulantem pectus Achillis Quique tuas proavo fregit Achille domos.“ Quem locum post alios Lachmannus Hauptiusque iudicarunt ita scriptum a poeta relictum „Te, Perseu —, Quique tuas proavo fregit Achille domos.“ Longe alia nobis mens est. Quod enim Groninganus liber praebet proavus, quocum parum differunt Hamburgensis et Dresdensis: proavos (cf. Pontedera de Vet. Scrib. Rat. Ep. I. p. 327 Schneid.), id non dubie arguit et nomen Achille (quod quamvis suspectum loco non movit Lachmannus Lucret. I. 739. p. 50) vitio natum esse et truces domos vere a nobis coniectatas cap. I. 4. not. 2. p. 15. Emergit enim a Cornelia hoc dici: eum ego testificor, qui sic, ut ipse ille proavus, cuius pectus simulavit Perseus, truces domos fregit:

Et Persen proavi simulantem pectus Achillis
Quique truces, proavus, fregit, ut ille, domos.

Quid iam potentius illo vocabulo proavi, quod iterum positum quum vehementer improbasset Graevius, nescio quo pacto tolerabile duxerunt tot doctissimi homines? Quantulum autem ab Achille discrepat ut (at, ac) ille? aut quis non novit proavum illum, qui truces domos fregit? Quem πτολίπορθον vocat Homerus, alii eversorem Asiae, vastatorem regnorum, τρεῖς παρασύραντα καὶ εἴκοσι πόλεις.

Claudian. Olybr. 131. p. 14 et Sil. XIV. 583. p. 732 cf. cod. Witt.: perlaborantibus) hanc adhibeamus medelam: „iam vaporantibus“, memores Fulgentii I. p. 607. Gloss. Labb. p. 190: vaporo ἀτμίζω, — ἐξατμίζω. Plinii N. H. XXXI. 2, 2. p. 426. Solini XXI. p. 30. D. Qui igitur multorum exemplo in carmine 45, 16 in hunc modum loquutus est: „acriorque Ignis mollibus ardet in medullis“, Catullus hic pro visceribus ilia sic memoravit, ut in Tityi fabula Ovidius ilia, reliqui viscera, pectus, fibras vid. cap. VI. p. 115. similiterque idem 11, 19: „Nullum amans vere, sed identidem omnia Ilia rumpens“, alii latera (cf. Schol. Theocr. VII. 144. p. 282, 11), pulmonem (Mein. Com. Graec. IV. p. 659 sq.), membra libidinibus rumpere vid. Valg. p. 79 sq. Quod restat: duarum rerum, quas poeta posuit, expressit alteram Pontanus l. d.: „Ignibus urebar tacitis, ut Vesbia rupes Undaque in Oetaeis Thermopylea (scrib. Thermopylaea) iugis“, utramque complexi sunt Ioannes Tonsus Epist. ad Amicam p. 1178: „Moestaque coeperunt tabescere lumina fletu. — Uror non secus ac flagrans Trinacria rupes“ et Sannazarius Epigr. I. p. 732: „Adspice quam variis distringar, Vesbia, curis: Uror et heu nostro manat ab igne liquor. Sum Nilus sumque Aetna simul.“ 96)

---

96) Non alienum videtur in libro, quo poeticae fabulae continentur, a Catullo poeta digredi ad nomen eius Catulli, cuius mentio extat apud Scholiastam Bernensem Lucani I. 544 ap. Usener. de Schol. Horat. Comm. p. XXXI.: „Quod nefas ne sol adspiceret nubibus se abscondit hoc est eclipsin passus est Mycenisque nox fuit. Sed hoc fabulosum esse inveni in libro catulli qui scribitur permimologiārum, qui ait primum civibus suis solis cursus veros et ante inauditos ostendisse ac persuasisse illum contrarium signis omnibus adscendere et quod ceterae vagae stellae facere dicentur exob (et ob Us.) hanc scientiam in locum (inclytum Us.) summoto fratre regnum accepisse. quod in prodigium minores tragoedi converterunt.“ Satis autem hic est intendere ei rei, quam ad explicandum difficillimam esse Usenerus his ait p. XXXII.: „Itaque parum docti eramus qui duos fuisse Catullos scriptores existimabamus Veronensem poetam et mimographum, tertius nos fugerat mythographus, fabularum ad vulgarem vitam explanandarum (quae ratio in grammaticorum ludis longe olim patebat) auctor eximie inficetus, quo et interpolator Hygini fab. 258 et Servius in Aen. I. 568 usi sunt (cf. Schol. Eur. Or. 989. p. 453)? sed ut nomen in dubitationem non vocaveris, quid libri indice facies? quem Grae-

4.

Alterum hoc subiicit Recognitionum locus., ut dicamus de CLEMENTIS ROMANI Homil. V. 15. p. 673 A verbis his:

Διονύσιος δὲ (ἐρᾷ) Λαόνιδος, Ἀμπέλου, Ὑμεναίου, Ἑρμαφροδίτου, Ἀχιλλέως.

Quae similiter corrupta atque Alciphronis verba I. 39, 8 *Ἀλῳοις*. Meinek. p. 108 *Ἀδωνίοις* emaculanda sunt hoc modo:

Διόνυσος δὲ Ἀδώνιδος.

Nam Adonidis a Baccho deo amati testimonium Plutarchi habemus hoc Symp. IV. 5, 3. p. 194: *οἱ δὲ παιδικὰ τοῦ Διονύσου γεγονέναι (Ἄδωνιν νομίζουσι).* Quocum concinere Ptolemaeum Hephaest. V. p. 194, 15: *ὡς Ἄδωνις ἀνδρόγυνος γενόμενος τὰ μὲν ἀνδρεῖα πρὸς Ἀφροδίτην πράσσειν ἐλέγετο, τὰ θηλυκὰ δὲ πρὸς Ἀπόλλωνα* efficitur Orphicis fr. IV.: *Ἥλιος, ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν.* Elmenh. Arnob. III. 33. p. 164. Cup. Harpocr. p. 106 sq. Mos. Nonn. p. 209. Lobeck. Aglaoph. p. 296. Quae quum ita sint, de SCHOLIASTA THEOCRITI XV. 86. p. 397, 15: *ὑπὸ τριῶν ἐφιλήθη Διὸς* (*Δηοῦς* Paris. *διὸ* Gen.), *Ἀφροδίτης καὶ Περσεφόνης* dissentiendum est ab Ahrensio, qui nomine *Δηοῦς*, quod Gaisfordius et Duebnerus probarant, spreto („quod neque de Adonide a Cerere amato aliunde constat et offensioni est reconditius illud nomen pro *Δήμητρος*“) haec p. 548 argumentatus est: „Aurora arctissimis vinculis cum Adonide iuncta est

---

cum esse suaserit per illud, nimirum *περί*“ Qua ille ductus ratione hoc proposuit: „in libro Catulli, qui inscribitur *περὶ μυθολογιῶν*“. Longe aliud nostrum est iudicium. Quum enim et ipsa illa tragoedorum mentio (Schol. Eur. Med. 10, de quo aliquid dicemus not. 99, et Anal. Prop. XII. p. 92) disserendique ratio illa quidem non dissimilis ei, quae cernitur Hyg. Poet. Astron. II. 2. p. 423. 13. p. 448, Parmenisci nomen suggerat satisque ad id congruant litterae permim id est parmini, quod pro parmenisci inveterasse vel ex iis locis intelligitur, in quibus *Παρμένιος* pro *Παρμενίσκος* extare docuit Bergkius Sched. Critt. IV. (Ephem. Antiq. Darmst. 1841) p. 87, nec obscura sit fama eclogarii ab Ausonio scripti (de quo non commemoravit L. Dindorfius Steph. Thes. III. p. 482. A), a vero proxime abesse videtur haec corrigendi ratio: „inveni in libro Graeculi, qui inscribitur Parmenisci eclogarium.“ Ipsa autem Scholiastae verba ab Usenero nondum restituta in aliud tempus differenda sunt: nam quum plurima supersint, finire volumen iubeor,

Engel. Cypr. II. p. 645 sqq. Quae quum Aoi i. e. Adonidis mater fuisse tradatur Etym. M. v. Ἀῷος, in antiquissimis mythis fortasse eum amasium habuisse narrabatur: sufficit tamen in hoc loco matrem amantem agnoscere." Qui tantum abest ut recte atque ordine Ἠοῦς nomen intulerit, ut Valckenarii debuerit subscribere sententiae in Adon. p. 378.B hoc suspicato: „pro Διός fortasse scripserat Grammaticus nomen Διονύσου Plut. II. p. 671. C." Quae sententia confirmatur ea re, quod Δῖος pro Διονύσιος scriptum invenimus apud Libanium Epist. MCLV. p. 553. Wolf. in Epist. MCCLXXXIV. p. 602. Et hactenus de Adonide: rei de Achille proditae rationem (Ahrensio quidem, credo, secundo) repetendam duco esse ex iis fabulis, quae de iuvene in Scyro insula abdito ferrentur. Sic enim Statius Achill. I. 337: „fallitque tuentes Ambiguus tenuique latens discrimine sexus" cf. 264. Scholiasta Il. I. 131. p. 14, 43: εὐειδὴς γὰρ παρὰ πάντας τοὺς ἥρωας ὁ Ἀχιλλεὺς καὶ γυναικοπρόςωπος. 197. p. 20, 47 λευκός [97]) τε καὶ ὑπεσπανισμένος τὸ γένειον. Idem dicunt Bion XV. 16: ἐφαίνετο δ' ἥΰτε κώρα· Καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο καὶ τόσον ἄνθος Χιονέαις πόρφυρε παρειῇς et Nicephorus Basil. Progymn. II. 1. p. 428 sq.: τὸ τῆς μορφῆς τοῦ παιδὸς ἐπαφρόδιτον ὅλους ἀπαστράπτων ἔρωτας καὶ καλαῖς κόραις ἁμιλλᾶσθαι δυνάμενον ac Philostratus Iun. Im. I. p. 111, 22 Paul. Silent. Anthol. Palat. V. 255, 7. Huc accedit et Porphyrogenneti ap. Rutgers. Var. Lectt. V. 20. p. 511 memoria: ὁ Ἀχιλλεὺς οἰνοπαὴς comparatione Euripidis Bacch. 236: οἰνωπός (Διόνυσος) digna et ea res, quod deo, quem ipsum θηλύμορφόν τε καὶ ἔπανδρον (Nicomach. Geras. ap. Phot. cod. 187. p. 464) fuisse constat, formosissimus iuvenis cum Scyriis virginibus sacra tulisse scribitur a Statio I. 597: „revocare piae Trieterica matres Consuerant — gratos-

---

97) Cf. Dio Chrys. LXII. p. 323, 46: ὑπὸ δὲ ἀργίας καὶ σκιᾶς λευκός, quem locum simillimum esse Euripidis de Baccho verbis Bacch. 457: λευκὴν δὲ χροιὰν εἰς παρασκευὴν ἔχεις Οὐχ ἡλίου βολαῖσιν, ἀλλ' ὑπὸ σκιᾶς Τὴν Ἀφροδίτην καλλονῇ θηρώμενος non animadvertit Iacobsius Philostr. Im. I. 4. p. 230 cf. Dionea nostra p. 1187. Actt. Darmst. 1842. Praeter quem eius vocis vim et usum explanarunt Albertius Hesych II. p. 457. not. 4 et Walzius Arsen. p. 391 sq.

que deo praestare furores. Illum virgineae ducentem signa catervae — Mirantur comites". Qua mentione cum altera illa v. 285: „Palladi littoreae celebrabat Scyros honorem" confusa aliquantum a Statii exemplo descivit Sidonius Apoll. Carm. IX. 139: „inter tetricae choros Minervae Occultos Veneri rotasse thyrsos (datur)"; omitto enim de cratere illo a Baccho Thetidi dato commemorare, de quo Stesichorus prodidit fr. 71. p. 651. Bachm. Lycophr. 273. p. 71. Quibus ita deliberatis satis cautum videtur esse, ne quis Lamiae potius, quam Thetidis filium Bacchi delicias fuisse opinetur, de quo Ptolemaeus Hephaest. p. 196, 21: *Διὸς καὶ Λαμίας Ἀχιλλέα φασὶ γενέσθαι τὸ κάλλος ἀμήχανον, ὃν καὶ ἐρίσαντα περὶ κάλλους νικῆσαι τοῦ Πανὸς κρίναντος.* Bachet. Ovid. Ep. I. p. 227. Stav. Hyg. 270. p. 375. Atque erit fortasse, qui Clementem auctore Phanocle usum esse inde suspicetur, quod is Adonidem a Baccho amatum fuisse tradidit Plutarch. l. d.: *Φανοκλῆς, ἐρωτικὸς ἀνήρ, ὧδέ πως πεποίηκεν· Ἠ ὡς θεῖον Ἄδωνιν ὀρειφοίτης Διόνυσος Ἥρπασεν ἠγαθέην Κύπριν ἐποιχόμενος.* Quam rem tantum abfuit, ut iis, quae iam exprompsimus, testimoniis confirmarent Iacobsius Add. Animadv. in Athen. p. 244 et Bachius Phanocl. fr. 3. p. 203, ut ille fuisse diceret „qui immaturum Adonidis fatum a Bacchi furore et invidia derivarent", hic „de Baccho Adonidis amasio alibi nihil narratum reperiri" affirmaret.

5.

Ab Adonide *ἀνδρογύνῳ* venio ad Tiresiam, de quo Basilius Schol. in Greg. Naz. Or. IV. p. 128. B ap. Boiss. Nicet. Eugenian. III. 212. p. 154: *Ἑρμαφρόδιτος — ἑκατέρωθεν ἀσελγαίνων, ὥσπερ καὶ τὸν Τειρεσίαν ἱστοροῦσιν.* Quam fabulam enarrare iuvat auctore LACTANTIO Theb. II. 95, cuius locus nunc ita scriptus legitur:

> Tirhesias, Pericli filius, genere Thebanus, vates: qui fertur in foeminam versus, cum disceptantibus Iove et Iunone, utrum mas an foemina maiorem sentiret coitus voluptatem, novem partibus libidinis dixit foeminam potiorem et una virum: ob quod coecatus est a Iunone. Est et alia talis fabula. In monte Cyllenio Tirhesias dracones coeuntes calcasse dicitur,

Ob id in mulieris figuram versus, ut Ovidius refert. Deinde monitus sortibus in eundem locum * rediit in figuram pristinam. Eo tempore, ut diximus, inter Iovem et Iunonem fuit certatio, in quo sexu esset maior libido, Tirhesia iudice, qui expertus fuerat utrumque sexum: cum Iovi iudicasset, illa irata manus eius praecidit et excaecavit. Iupiter fecit, ut septem aetates viveret vatesque praeter ceteros mortales veracissimus haberetur.

Quae singula exploremus fere eo, quo diximus cap. II. p. 37, modo. Pericli ln. Everi Barth. Munck. Hyg. 75. p. 148. not. 2, ut Lact. Narr. Fab. III. 5. p. 200 Burm. Eueris et Chariclus Meurs. in Phlegont. de Mirabb. 4. p. 58, quem debita restituti nominis Eueri laude a Barthio fraudatum esse arguit Spanhemius Callim. Pall. 81. p. 604. Neutram sequor sententiam. Nam in AB est Perieri nec differt L, ex quo quod enotatum a Lindenbrogio est: Peneri, id fatetur errorem librariorum litteras ri et n permutare saepissime, ut in Cinnae commentariis I. 1. dicetur, solitorum; denique parum discrepat codex Vaticanus Mythographi II. 84. p. 104, 2 (Nott. p. 91): Perierae, in cuius locum Bodius parum considerate suffecit Eueris. Quid, quod ipsum illud Eurimi, quod Hygini liber habet cap. 68 et 75, videri potest ante fuisse Erimi (vid. Electt. e Lact. in Theb. Comm. p. 20), Erieri? Perieres autem, quod nomen fuit satis frequens, a nomine Eueres non longius abest, quam ab Erizelus Polyzelus, ab Euphrosyne Homophrosyne, a Deiope Antiope Osann. Symbol. I. p. 283 sq., a Perimede Agamede Schol. Theocr. II. 16. p. 97, 1. 98) Ut quaeri iam possit, an a THEOCRITO XXIV. 70:

Μάντι Εὐηρείδα, μάλα σε φρονέοντα διδάσκω,

98) Cf. Cleodora: Polydora Dindorf. Hesiod. fr. 78. p. 96. Liriope: Alciope Bod. in Mythogr. I. 185. p. 58. Hippodamia: Deidamia Wess. Diod. V. p. 395, 65. Albert. Hesych. I. p. 1527. not. 11, quos neglexit Bodius Myth. I. 170. p. 55, Leucothea: Hemithea (Tzetz. in Antehom. p. 18 Schir.: *Κύκνος — πατὴρ Τένου καὶ Ἡμιθέας*) et quae plura nunc nolo recensere ab Lobeckio exposita Aglaoph. p. 996 et a nobis Theb. Parad. p. 453. Perieres nomen autem frequens fuisse docent Heringa Obss. cap. II. p. 19. Hemsterhusius Lucian. D. D. 22, 1. p. 318. Dindorf. Steph. Thes. VI. p. 828. C cf. Lobeck. Path. V. 6. p. 282. *Περίηρς* Schneidewin. Coni. Crit. p. 9.

de quo alii aliter sentiunt — nam Briggsio hoc placuit: ἆ Εὐηρείδα, ut Callim. Pall. 82. 106, Gerhardo: μάντις Εὐηρείδα, Meinekio: μάντ᾽ Εὐηρείδα vel Εὐηρηϊάδα —, scriptum fuerit Περιηρείδα hoc modo:

ὡς οὐκ ἔστιν ἀλύξαι
Ἀνθρώποις ὅ, τι Μοῖρα κατὰ κλωστῆρος ἐπείγει
Πᾶν, Περιηρείδα, μάλα σε φρονέοντα διδάσκω.

Ut est apud Aristidem Or. XLVI. p. 190, 21: ἡγεμονίας, τοῦ βάθρου τῆς πόλεως, τῶν ἐλπίδων, ὅτου τις ἂν εἴποι παντός cf. Iacobs. Achill. Tat. II. 20. p. 552.

In ea autem parte, quae est de poenae, quam Tiresias subiit, et causa et genere, haec discrepant: discertantibus AB. disceptantibus ln Barth., ut Mythogr. l. d.: inter Iovem et Iunonem iocosa fuit disceptatio." — potiorem omnes. Munck. Hyg. l. d. p. 149. not. 7. Burm. Ovid. Met. III. 333. p. 200. — et una virum om. B. potiri Barth., cui sic assentior, ut scribi velim aut potituram, ut apud Mythographum II. 84. p. 104, 10: „sensum mulieris — triplicem fore asseveraverat", aut „potiri mulierem". Ceterum idem tradit Phlegon l. d.: μοιρῶν δέκα τὸν ἄνδρα τέρπεσθαι τὴν μίαν, τὴν δὲ γυναῖκα τὰς ἐννέα cf. Munck. l. d. Heyn. Apollod. III. 6, 7. p. 623 sq. Muell. Tzetz. Lyc. 683. p. 738. not. 9, qui non magis quam Westermannus commemorarunt Apollodori verba sic a Barthio Stat. Theb. IV. 410. p. 1066 correcta esse: δέκα μὲν μοιρῶν — οὐσῶν τὴν μὲν μίαν ἄνδρας ἥδεσθαι, τὰς δὲ ἐννέα γυναῖκας. Mythographus quidem ut II. l. d. ita I. 16. p. 5, 21: „femineam voluptatem triplo maiorem esse virili" et III. 4, 8. p. 169, 7 sive Fulgent. II. 8. p. 677: „virum tres uncias amoris habere, novem vero feminam dixit." Cf. Lucian. Amor. 27. p. 288: ἡ θήλεια τέρψις ὅλῃ μοίρᾳ πλεονεκτεῖ τὴν ἄῤῥενα. Lact. Theb. IV. 549: „maiorem multo libidinem mulierum locutus", ut apud Ovidium Met. III. 320: „Maior vestra profecto est, Quam quae contingat maribus — voluptas". Ipsius Ovidii nomen a Lactantio positum (quamquam verba: Est et alia talis — et excoecavit in B omissa sunt) adhuc nemo in vitii suspicionem adduxit. Quid vero? cum nec Cyllenium montem memorari a latino poeta videamus nec sortium monitus (hic enim mittam calcatos

angues), nonne evidens est librariorum simul et notissimas quasque res atque auctoritates maxime venditantium levitate et describendi temeritate (es iodus. ovidius) in Ovidium cessisse, quod deberetur Hesiodo? Quem auctorem profitentur, qui ea ipsa, quae apud Lactantium sunt, prodiderunt, Apollodorus et Phlegon (commemorati a Barthio p. 317. Spanhemio Callim. Pall. 82. p. 605. Heynio Apollod. p. 622 cf. Markscheff. Hesiod. p. 362), quorum hic rem maxime ad notitiam pertinentem interposuit p. 130, 1: *τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος αὐτῷ χρήσαντος — τὸν Τειρεσίαν ποιῆσαι τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ῥηθέντα καὶ οὕτως κομίσασθαι τὴν ἀρχαίαν φύσιν.* Sed reliqua afferam, quae discrepant: deinde monitus ln Barth. deinde om. A. — monitus sortibus omnes. a sortibus Hygin. — in eundem locum rediit in figuram pristinam ln (asterisco voci rediit praefixo). A. in eundem locum rediit et in figuram pristinam Barth. in eundem locum reversus dracones cum calcasset, rediit in f. pr. Munck. Hyg. l. d. p. 148. not. 5. Quorum neuter protulit quod esset verisimile. Fuit enim aliquid excogitandum, quo nec id, quod rem maxime contineret — dico autem dracones iterum calcatos —, praeteriretur et causa illati detrimenti patefieret. Quale videtur scribendi genus esse hoc: „in eundem locum rediit, ubi cum eosdem dracones calcasset, rediit in figuram pristinam". Sic enim hic vox rediit bis posita videtur nocuisse, ut vox cornua I. 717, ubi in codice A verba: ad hoc pertinet — tauri cornua omissa sunt. Scripsimus autem eosdem dracones vulgatiori famae assensi Apollod. l. d.: *πάλιν δὲ τοὺς αὐτοὺς ὄφεις παρατηρήσας συνουσιάζοντας.* Ovid. Met. III. 324: „Rursus eosdem vidit —: percussis anguibus isdem Forma prior rediit" cf. Lact. Narr. Fab. III. 4. p. 806. Mythogr. I. 16. p. 5, 16: „dum videret eos similiter concumbentes et eos rursus percuteret." II. 84. p. 104, 4: „iterum eos concumbentes videns percussis rursus virga in eodem loco in figuram rediit pristinam." III. 4, 8. p. 169, 4 sive Fulgent. II. 8. p. 677: „eosdem vidit concumbentes similiterque iis percussis in formam pristinam est restitutus." Quam ipsam quoque rem subtilius quam Apollodorus tradidit Phlegon: *ὄφεις ἰδόντα ὀχετεύοντας τρῶ-*

σαι τὸν ἕτερον — τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος αὐτῷ χρήσαντος, ὡς ἐὰν τηρήσας ὀχετεύοντας ὁμοίως τρώσῃ τὸν ἕνα ἔσται οἷος ἦν — ποιῆσαι τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ῥηθέντα nec aliter, quos Munckerus not. 5 commemoravit, Scholiasta Od. X. 493 et Tzetzes Lyc. 683. p. 737: ὄφεις συνουσιάζοντας — εὑρὼν ἀνεῖλε τὴν θήλειαν καὶ γέγονεν αὐτὸς γυνή, εἶτα τὸν ἄῤῥενα καὶ γέγονε πάλιν ἀνήρ, qui quidem videntur utramque famam non incommode confudisse. Alteri enim dracones a Tiresia interfectos ferunt, ut Callimachus fr. 438. p. 308, cui lucem affudimus Theb. Parad. p. 417 sq. et NICANDER ap. Antonin. Lib. XVII. p. 217, 31:

Τειρεσίας δὲ γυνὴ μὲν ἐξ ἀνδρός, ὅτι τοὺς ἐν τῇ τριόδῳ μιγνυμένους ὄφεις ἐντυχὼν ἀπέκτεινε, ἐκ δὲ γυναικὸς αὖτις ἀνὴρ ἐγένετο διὰ τὸ δράκοντα πολλάκις πάνακτα δὲ καὶ Ὑπερμήστραν — ἄνδρα γενομένην Αἴθωνι τροφὴν ἀποφέρειν τῷ πατρί.

Qui locus magnam dubitandi materiem praebet. Namque „in margine codicis posita est lineola, qua librarius corruptum eum locum indicat" (Bast. Ep. Crit. p. 145), corruptelae autem tollendae nec alii suffecerunt nec O. Schneiderus Nicandr. fr. 45. p. 54. not. 1, cui quod „ad codicis scripturam propius accedere visum est: διὰ τὸ δράκοντας πολλὰ λακτίσαντα κτανεῖν καὶ Ὑπερμνήστραν, id nec rebus narratis (πολλὰ λακτίσαντα. κτανεῖν. δράκοντας, quamquam Munckerus etiam mirabiliora posuit haec: διὰ τὸ τοὺς αὐτοὺς δράκοντας πάλιν πατάξαι), nec verborum delectu (κτανεῖν. καὶ Ὑπερμνήστραν) nec ipsa corrigendi ratione (πάνακτα δέ: σαντα κτανεῖν) est commendabile. Quid verum sit, non magno iam videor molimine docere ac comprobare posse. Nam et λάκις, quod esse λακίσαι omnes concedent de Bastii Greg. Cor. p. 82 disputatione admoniti, λακτίσαι nullo negotio fieri declarat Lycophronis locus 113: πᾶν λακίζουσ' ἐν φοναῖς ψυχρὸν δέμας. Neapol. tert. λακτίζουσ' et δράκοντα πολ quo sit vitio levandum, perspicitur exemplo Aeschyli Prom. 672: σὺ δ', ὦ παῖ, μὴ 'πολακτίσῃς λέχος Τὸ Ζηνός. Ald. μὴ πολλακτίσῃς. Ut et narrationis perspicuitati et orationis integritati omnino hac scribendi ratione videatur consultum esse:

Τειρεσίας δὲ — ἐκ — γυναικὸς αὖτις ἀνὴρ ἐγένετο διὰ τὸ δράκοντα ἀπολακτίσαι. 99)·

Ergo de facinore Tiresiae varie traditum invenimus. Nam post utriusque serpentis caedem — omitto enim nunc Calli-

99) Quae subiuncta sunt: *Πάνακτα δὲ καὶ Ὑπερμνήστραν πιπρασκομένην ἐπὶ γυναικὶ μὲν ἄρασθαι τῖμον, ἄνδρα δὲ γενομένην Αἴθωνι τροφὴν ἀποφέρειν τῷ πατρί*, ea nec ab iis, qui Antonino et Nicandro interpretando operam dederunt, satis explicata aut probabiliter perpolita sunt nec a Fischero Palaeph. XXIV. 1. p. 98 sq. Muellero Tzetz. Lyc. 1390. not. 17. Schwenckio Ephem. Antiq. Stud. 1841. nr. 79. p. 660 sq., qui dedita opera dixerunt de Erysichthonis sive Aethonis, ut docent Burmannus de Iov. Fulg. VI. p. 269 et Sturzius Hellanic. fr. XXVIII. p. 75, filia Mestra; hoc enim, quod nomini *Μήτρα* praeoptarunt Munckerus Lact. Narr. Fab. VII. 11. p. 849 sq. et Fischerus l. d. p. 99, cum neutrum in medio proposuerint viri docti Steph. Thes. V. p. 1014 sq. 1021, nec VI. p. 1398 sq. *Ὑπερμήστραν*, alias quaeram an scribi praestet *Μνήστρα*, ut est et in Is. Tzetzae libris Viteb. 1 et Cizensi et apud Scholiastam Palat. Lyc. p. 280 cf. Apollod. II. 1, 5. p. 38, 19. Plut. Cim. 4; nunc hoc caput est, ut id, de quo omnes videntur habere quod liqueat, dicam falso haberi pro perspicuo atque incorrupto. Nam aut egregie fallor aut fretus auctoritate Iacobsii Aelian. N. A. p. 607 et Walzii Menandr. *περὶ ἐπιδ.* cap. II. p. 170, qui „litteram *γ* in multis locis natam esse ex ductu calligraphico" docuerunt, videor persuadere verba *πιπρασκομένην ἐπὶ γυναικί* olim sic fuisse scripta: *πιπρασκομένην ἐπὶ νυκτί*, quorum sententia quam sit ad ordinem narratae rei apposita indicant et Dorvillius Charit. IV. 4. p. 444. Heinsius Ovid. A. A. II. 308. p. 621. Drak. Sil. III. 429. p. 164 cf. Anal. Prop. III. p. 16 et Lycophron 1393: *τῆς παντομόρφου βασσάρας λαμπουρίδος Τοκῆος, ἥτ' ἀλφαῖσι ταῖς καθ' ἡμέραν Βούπειναν ἀλθαίνεσκεν ἀκμαίαν πατρός.* Is. Tzetz. Chil. II. 679: *προαγωγεύων τὴν αὐτοῦ διέζη θυγατέρα* cf. Palaeph. p. 287, 3 et Apostol. XII. 61. Nec inventa Munckeri Iacobsiique, Bastii, O. Schneideri: *πατάξαι* (*πατάξας*). *παταχθέντα. λακτίσαντα κτανεῖν* non ita reprobo, ut vocabulum ut adhuc incognitum ita Alexandrino poeta dignum delitescere arbitrer. Adhibita enim ea arte, quam monstrarunt praeter Bastium Greg. Cor. p. 244 testem confusarum vocum *ἄρκτος* et *ἄριστος* Schaeferus Schol. Apoll. Rhod. IV. 144. p. 280. Dobreus in Pors. Adnott. in Aristoph. p. 197. Dind. Porsonus Adv. p. 53. 131, *πάνακτα* fit *πανάϊστα*, cui similia sunt *ἐπάϊστος* Antonin. Lib. 34. p. 232, 6. Anon. de Incred. 7. p. 322, 28 et *πολυάϊστος*: hoc enim esse credo illud *πολυάϊκος τις λόγος* Schol. Eur. Med. 10. p. 341, quod nullum dubitationem movit viris doctis Steph. Thes. VI. p. 1366. A. Sumpto autem vocabulo *πανάϊστα* nemo iam erit, quin vel singula Nicandri verba agnoscat: *πανάϊστα πιπρασκομένην ἐπὶ νυκτί, ἄρασθαι τῖμον.* Quid, quod ludus est hos instaurare versus:

machum ac Tzetzen — alterum serpentem calcatum fuisse Nicander similiter scripsit atque HYGINVS post serpentes baculo percussos alios calcatos: quae enim verba in eo loco (fab. 75) addita legimus:

> dracones venerantes dicitur baculo percussisse, alias calcasse,

ea adscribenda esse operae grammatici mentionem rei cum ab aliis tum inferius ab ipso Hygino proditae hic adiungendam rati arguit vox rursus omissa in eodem Hygini loco, posita ab Ovidio l. d. et Mythographis. Contra bis calcatos serpentes retulit Lactantius, bis vulneratos Apollodorus et Phlegon, bis baculo percussos et alii plurimi, quos supra attulimus, et Lactantius Narr. Fab. l. d.: „rursus proximo vere eadem usus ratione attactus in virum cesserat“ (sic enim corrigere ea, quae tenent Valeriani codices: attactu et reliqui libri: ac tactu, licet per Arnob. VII. 18. 28. Silium XIII. 121. XVI. 270. Virg. Aen. VII. 350 cf. Barth. Theb. IV. 469. p. 1106. Dederich. Dict. Cret. p. XXXIX. quamquam alius fortasse ita scribi malet: „ad tactum in virum cesserat“). Postremo hic non omittendum est duas fabulas, quas ipse Lactantius in medium attulit — nam ad mentionem Iovis et Iunonis his factam: disceptantibus Iove et Iunone haec spectant verba ab eodem posita: „eo tempore, ut diximus, inter Iovem et Iunonem fuit certatio“ (cui rei parum intendit Schottkyus de Pret. Lact. Comm. p. 13) —: duas igitur fabulas intelligitur maxime vel hac re differre, quod altera Tiresias fertur semel mutatus esse, altera in mulieris figuram versus monitus sortibus, quum dracones rursus calcasset, redisse in figuram pristinam. Sequuntur enim hanc famam plerique, illam praeter Sophoclem l. infra aff. et Callimachum, ut nostrum fert iudicium Theb. Parad.

Πρὸς δ' ἔτι τοι πανάϊστα πιπρασκομένην ἐπὶ νυκτὶ
Αἰὲν Ὑπερμνήστρην ἄρασθαι τῖμον ἀεικῆ
Ἄνδρα δὲ γινομένην Αἴθωνι τροφὴν ἀπενεῖκαι?

sive (spreto exemplo Alexiphr. 539) mavis: *Καί τε τάδ' ἦν πανάϊστα — τῖμον ἀρέσθαι.* Cf. Ovid. Met. VIII. 872: „Saepe pater dominis Triopeida vendit: at illa Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat Praebebatque avido non iusta alimenta parenti.“

l. d., et Euenus Anth. Pal. IX. 602, 7. p. 214: *Θῆβαι Τειρεσίαν ἔλεγόν ποτε, νῦν δ' ἐμὲ Χαλκὶς Τὴν πάρος ἐν μίτραις ἠσπάσατ' ἐν χλαμύδι* et Lucianus Saltat. 57. p. 154: *ὅσαι ἐκ γυναικῶν ἄνδρες ἐγένοντο, τὸν Καινέα λέγω καὶ τὸν Τειρεσίαν.* Dial. Meretr. 5. p. 218: *ὡς γένοιτό τις ἐν Θήβαις ἐκ γυναικὸς ἀνήρ* cf. Astrol. 11. p. 221: *διφυέα γενέσθαι καὶ ἀμφίβιον Τειρεσίην μυθολογέουσιν ἄλλοτε μὲν θῆλυν, ἄλλοτε δὲ ἄῤῥενα.* 100)

Accedit, quod extiterunt, qui Tiresiae idem narrarent accidisse atque Siproetae Cretensi, de quo haec prodidit Antoninus l. d.: *μεταβαλεῖν δὲ καὶ τὸν Κρῆτα Σιπροίτην, ὅτι κυνηγετῶν λουομένην ἴδε τὴν Ἄρτεμιν.* Quam fabulam ne Broukhusius quidem Prop. p. 467 sq. attulit. Vid. Tzetz. Lyc. l. d. *ἕτεροι δέ φασιν, ὅτι γυμνὴν τὴν Ἀθηνᾶν ἰδὼν γυνὴ γέγονεν.* Anecd. Par. II. p. 239, 3. 259, 4 et Malal. p. 40, 13: *Σοφοκλῆς — εἶπεν ὅτι τὴν Παλλάδα εἶδε λουομένην καὶ γυνὴ ἐγίνετο* (Nauck. fr. 1019. p. 284). Anecd. Ox. III. p. 412, 31: *ὁ Τειρεσίας δὲ ἀνὴρ ὢν ἰδὼν τὴν Ἀθηνᾶν γυμνὴν λουομένην διὰ ὀργὴν εἰς τοῦτο μετεβλήθη* (*μετε-*

---

100) Add. Heraclit. de Incred. VII. p. 314, 26: *μετασχεῖν λέγεται τῆς γυναικείας καὶ ἀνδρείας φύσεως κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπόληψιν, ἣν ἐπὶ Καινέως ἐγράψαμεν.* Auson. Epigr. 69, 9: „Caenea convertit — Consus Ambiguoque fuit corpore Tiresias. Vidit semiferum fons Salmacis Hermaphroditum", ut Basil. l. supra d. Hermog. *περὶ ἰδεῶν* II. 10. p. 377, 2: *ταύτης δὲ τῆς ἰδέας καὶ τὸ γυναῖκας ἐξ ἀνδρῶν ποιεῖν, ὡς τὸν Τειρεσίαν καὶ ἄνδρας ἐκ γυναικῶν, ὥσπερ τὸν Καινέα* (cf. Aristid. Or. L. p. 569, 17. Gell. Noctt. Att. IX. 4, 15) ac Malalas II. p. 40, 8: *ἐξωρίσθη εἰς τὸ ἱερὸν Δαφναίου Ἀπόλλωνος ὡς γυναικώδεις ἔχων φρένας καὶ πολυπραγμονῶν αὐταῖς, πῶς μιγνυμένη γυνὴ μετὰ ἀνδρὸς συλλαμβάνει* (sic enim corrigi oportuit illud *πολυπραγμονοῦντα*) Cedrenusque p. 23. C: *εἰς γυναικὸς μεταβληθῆναι φύσιν καὶ πολυπραγμονεῖν αὐτῇ* cf. Schol. Par. Lyc. 683. p. 155: *ὡς καὶ αὐτὸν γεγονότα καὶ ἄνδρα καὶ γυναῖκα.* Iustin. Mart. Resp. ad Quaestt. Orthod. p. 493. b, quos auctores profiteri cum liceret, non libuit Iacobsio p. 25 in Aelian. N. A. I. 25: *τὴν ὕαιναν τῆτες μὲν ἄῤῥενα εἰ θεάσαιο, τὴν αὐτὴν ἐς νέωτα ὄψει θῆλυν — κοινωνοῦσί τε ἀφροδίτης ἑκατέρας καὶ γαμοῦσί τε καὶ γαμοῦνται ἀνὰ ἔτος πᾶν ἀμείβουσαι τὸ γένος· οὐκοῦν τὸν Καινέα καὶ τὸν Τειρεσίαν ἀρχαίους ἀπέδειξε τὸ ζῶον τοῦτο οὐ κόμποις, ἀλλ' ἔργοις αὐτοῖς.*

βλήθη ἐξ ἀνδρὸς εἰς γυναικείαν φύσιν Par. l. d. p. 259, 5). Reliqui caecitatem illatam fuisse dicunt, ut Pherecydes fr. 53. p. 188, Callimachus Pall. 82. 87. 102, quem sequutus est Propertius IV. 9, 57: „Magno Tiresias adspexit Pallada vates, Fortia dum posita Gorgone membra levat“, Nonnus V. 337. p. 160. VII. 250. p. 216 (qui locus fugit et Politianum Misc. 80. p. 92. Delriumque Sen. Oed. 290. p. 322 sq. et Spanhemium Callim. 78. p. 602. 82. p. 604. 108. p. 617): *Καὶ τάχα Τειρεσίαο παλαιοτέρην μετὰ νίκην Λούσατο δέρμα βαλοῦσα πάλιν γλαυκῶπις Ἀθήνη.* XX. 405. p. 554, unde Politianus in Nutric. p. 263: „cui post visos nudatae Palladis artus Cernere nil licitum“ et in Ambra p. 315: „qui quondam Pallada nudam Vidit et hoc raptam pensavit munere lucem.“ Quid, quod Palladii visi eadem poena fuisse narratur? Plut. Parall. 17. p. 422: *προςδραμὼν Ἶλος τὸ διοπετὲς ἥρπασε παλλάδιον καὶ ἐτυφλώθη (οὐ γὰρ ἐξὸν ὑπ' ἀνδρὸς βλέπεσθαι)* cf. Meurs. Lyc. 364. p. 1229. Spanh. l. d. p. 605. Atque haec quidem de Tiresia opinionibus variantia dedita opera proposuimus, quo simul et accessionem non inutilem adiungeremus iis, quae exprompsimus Theb. Parad. l. d., et perspicuo constaret documento, quam non modo levi — praestabat enim vel Caenei aut Siproetae aut Erymanthi (Ptolem. Heph. I. p. 183, 11) aut Aepyti (Paus. VIII. 10, 2) mentionem inferri —, sed pravo iudicio Schottkyus p. 13 statuerit: verba est et alia talis fabula: in monte Cyllenio e. q. s. sine causa addi et esse glossatoris, qui ea ex Hygino transcripsisse videatur.“ Ceterum incompertum habeo, num in hanc partem quaerendum sibi esse putaverit Roulesius in Ptolem. Heph. p. 55 aut qui „de Tiresia Graecorum vate quotquot reperiri potuerunt fontes et dicta collegit et disposuit“ in Archio Philol.. XVII. p. 54—100, Schellius.

Verum nondum perpurgatus est Lactantii locus. Exsequar autem singula deinceps. fuit certatio In (ut est apud Hyginum 164: „inter Neptunum et Minervam cum esset certatio“). stat certatio A. fuit corrector, qui sustulit, quod minime protritum ad hanc speciem revocari oportuit: „stetit certatio — Tiresia iudice“, ut apud Silium III. 173: „vigili stant bella magistro“, de quo loco disputaturo mate-

riem praebent Heinsius II. 639. p. 118 et Adv. I. 4. p. 41 sq. et Burmannus Quintil. Decl. III. 13. p. 70. Val. Flacc. II. 84. p. 153. Claudian. Sec. Cons. Stil. 148. p. 418. Cf. Ioseph. Isc. II. 308: „Tiresia certe steterat sub iudice Iuno.“ Proxima sunt haec: expertus fuerat utrumque sexum ln Barth. Munck. Hyg. p. 149. not. 6. utrumque sexum om. A. Cum Iovi iudicasset ln Schol. Barth. cum Iovi indicasset p. cum Iove iudicasset A (sunt autem duo haec verba: Iove iudicasset correctoris manu scripta). cum Iovi adiudicasset Heins. et Munck. not. 7. Quos non magis sequendos arbitror, quam Barthium. Namque et omissae voces utrumque sexum et vicaria correctoris diligentia docet olim hic adeo offecisse sibi simillimas voces sexum et secundum (secdum, ut in Livii VI. 28, 9 libris, secum, ut apud Florum II. 6, 16), que et qui syllabasque rum et cum. dum, ut quod erat: „utrumque. Qui cum secundum Iovem“, his damnis carperetur: „fuerat utrumque qui cum sexum Iovi. fuerat (rumque qui) cum Iove“ (id est Iovem, ut in eodem A v. 98 vate est pro vatem, in reliquis libris v. 117 exule pro exulem). Argumento est Hyginus: „qui utrumque erat expertus. Is cum secundum Iovem iudicasset“, ubi qui de Munckeri auctoritate scribi maluit: „utrumque sexum“ recordatus exemplum et Lactantii et Mythographi p. 5, 20: „utrumque sexum fuerat expertus“. p. 104, 9: „utramque naturam“ cf. Lact. Narr. Fab. l. d.: „utramque naturam maris ac foeminae“ et quos not. 99 attulimus, Buntius nullam rationem habuit nec Mythographi III. 4, 8. p. 169, 32: „iustumque utpote rem expertus profert iudicium“ nec Scholiastae Hom. l. d.: *μετέσχεν ἑκατέρων*. Ceterum Lactantii orationi in hunc modum institutae: „in quo sexu esset maior libido, Tiresia iudice, qui expertus fuerat utrumque“ nihil refert utrum addatur id vocabulum an dematur.

Nec proxima verba non veniunt in disceptationem: manus eius praecidit ln. manus ei praecidit A. De quo loco quum Munckerus Hyg. p. 149. not. 8 recte, ut visum est Bodio Myth. II. 84. p. 91, hoc dubitasset: „Quis praeter hunc grammaticum manus ei praecisas dixit? Videtur deceptus fuisse

Graeca voce πηρός, quae et caecum et mutilatum significat", Burmannus tamen in Ovid. Met. III. 333. p. 200 mirae rei fidem non derogavit. Scholiastes Statii, inquit, manus quoque ei praecisas addit a Iunone." Quanto consideratius Barthius, quem indigno silentio omnes transmiserunt, in Stat. II. 95. p. 318: „Redintegranda Lutatii verba — existimo: illa irata manus ei superiecit et excoecavit. — Nam de manibus amputatis incongruum ceteris figmentum." Quamquam audaciam voces eius praecidit ad hanc speciem: ei superiecit transformantis vehementer improbo quamvis non immemor Claudiani R. Pros. III. 393: faucibus iniecit. Voss. sec. incendit. Neque enim dubium est, quin quod tenent libri Lactantii et, qui vocem eum additam habet, Mythographi II. 84. p. 104, 11: „manus eius praecidit et eum excaecavit", recte revocem ad hunc statum: „manus ei praetendit."[101]) Rei a nobis coniectatae fidem addit APOLLODORVS l. d. p. 92, 2:

τὴν δὲ ταῖς χερσὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καταλαβομένην πηρὸν ποιῆσαι.

Quae verba in vitii suspicionem adducta sunt et a Spanhemio, qui καταβαλλομένην scribi iussit p. 604 in fraudem impulsus Callimachi versu Pall. 83: παιδὸς δ' ὄμματα νὺξ 'έβαλεν illo quidem nunc demum a Meinekio ad Vindob. codicis fidem correcto: ὄμματα νὺξ ἔλαβεν, et ab Heynio haec, quae probavit Sturzius Pherecyd. fr. 53. p. 189, argumentato p. 621: „Vix sana haec. Nam ut graeca sint, debet esse τῶν ὀφθαλμῶν καταλαβέσθαι attingere oculos. At nec καταλαβούσης idoneum esset. — Illatum esse patet e margine τοὺς ὀφθαλμούς, quos ideo seclusi, ut sit: ταῖς χερσὶν αὐτοῦ καταλαβομένην τυφλὸν ποιῆσαι manu sua tactum eum excaeca-

101) Revoco autem viam, quam munivit Drakenborchius Liv. XXI. 33, 5. p. 165 et Sil. IX. 244. p. 465, ingressus nec immemor Claudiani I. Cons. Stil. I. 36 Farnes. protendere famam. Putean. Moret. sec. procedere. Martial. III. 58, 26 tendit. Voss. cecidit. Manus praetendere autem ut apud Ovidium Am. III. 6, 79: „tumidis vestem praetendit ocellis." Anth. Lat. V. 1, 7. p. 479, 9. 11. p. 487. Heins. Adv. I. 14. p. 149 et in Claudian. R. Pros. II. 226. p. 588. Burm. Val. Flacc. V. 167. p. 429 cf. Martial. X. 10, 10: „pariter geminas tendis in ora manus." Sil. XIII. 341: „Obtendensque manum".

vit", deinde, ut refert Westermannus p. 92, totum locum rato refingendum esse hoc modo: „ταῖς χερσὶ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὕδωρ καταβαλοῦσαν πηρὸν ποιῆσαι." Quae satis mirari nequeo ne nunc quidem ab Westermanno esse confutata. Scilicet hoc deerat, ut pravissimo incepto deformarentur, quae sana esse quam quae maxime declarat Plato Theaet. p. 165. B.: τί γὰρ χρήσει ἀφύκτῳ ἐρωτήματι, τὸ λεγόμενον, ἐν φρέατι συσχόμενος, ὅταν ἐρωτᾷ ἀνέκπληκτος ἀνὴρ καταλαβὼν τῇ χειρί σου τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν, εἰ ὁρᾷς τὸ ἱμάτιον τῷ κατειλημμένῳ.[102]) Cum Apollodoro autem concinere Barthius l. d. vidit Phlegontem l. d.: τὴν δὲ Ἥραν ὀργισθεῖσαν κατανύξαι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς, ubi oculos dici perstrictos, non confossos, id quod interpres p. 61 Franz. et Falkenburgius in Nonn. p. 1321 putant, efficitur vel Luciani loco Epist. Saturn. 38. p. 43: παιδὸς ὡραίου — ἔνυξαν τὴν χεῖρα. Dorv. Charit. p. 542. Rhoer. Porphyr. p. 83. Utrique iam adiungo HYGINVM l. d.: „Iuno irata manu aversa eum excoecavit", cui par est sententiae verborumque integritatem restitui hac ratione: manu obversa. Qua ratione nihil esse aut proclivius aut certius demonstrare licet loco Virgilii Georg. II. 270: quae terga obverterit axi. Leid. pr. averterit; nam vocum aversa et adversa, adversa et obversa (Columell. VII. 3, 24. Barth. Stat. Theb. II. 137.

---

102) Add. Diod. III. p. 203, 29: πρὸ τοῦ στραφῆναι τὸν ὄφιν ἐπὶ τὴν ἔξοδον κατελάβοντο δεσμοῖς τὸ στόμιον. Similiter Lucianus Prom. 2. p. 139: κατειλήφθω εὖ μάλα καὶ αὐτή (ἡ χείρ) et Plutarchus Vit. Num. 10: αὐτὴν δὲ τὴν κολαζομένην — καταλαβόντες ἱμᾶσιν, ὡς μηδὲ φωνὴν ἐξάκουστον γενέσθαι, κομίζουσι δι' ἀγορᾶς cf. Wyttenb. Apophth. Reg. p. 199. A. Animadv. p. 1123. Cf. Theophr. H. Pl. V. 2, 2. 3: συμβαίνει καταπίνεσθαι τοὺς ὄζους ὑπὸ τῆς περιφύσεως —· ἡ περίφυσις καταλαμβάνει τοὺς ὄζους. Namque „καταλαβεῖν cohibendi et compescendi notionem non recusat" Wesseling. Herod. I. 46, 1. p. 43 et IX. 2, 2. p. 1050. Duk. Thucyd. VIII. 63. p. 262. Vol. V. Apud Aelianum quidem N. A. III. 16. p. 58, 16: συννοήσας ὁ πέρδιξ θαῤῥῶν ἤδη τῆς ἀσχολίας τῆς ματαίας ἀπαλλάττει τὸν ὀρνιθοθήραν ἀναπτὰς καὶ τοὺς νεοττοὺς καταλαβὼν καὶ ἐάσας τὸν ἄνδρα κεχηνότα· εἶτα ἐν ἀδείᾳ ἡ μήτηρ γενομένη καὶ ἐν καλῷ στᾶσα τὰ βρέφη καλεῖ spretis inventis Gronovii κατακρυβὼν et Iacobsii καραδοκῶν arbitror eo erroris genere, de quo cap. VIII. 2. not. 69 disserui, καταλαβὼν factum esse, quod fuerat καταλιπών.

p. 339. Heins. Claudian. Eutr. I. 513. p. 307. Duk. Flor. II. 6, 16. p. 286) confusarum exempla percensere operae est infinitae.

Paucis iam absolvam de reliquis: fecit ln Barth. ob id fecit A (sunt autem verba: Iuppiter — viveret manu correctoris scripta) B, ut Hygin.: „At Iovis ob id fecit.“ Mythogr. II. 84. p. 104, 12: „Iuppiter autem ob id ei concessit.“ — per ceteros AB. praeter ceteros ln Barth. — veracissimus ln B Barth. ut Mythogr. l. d. certissimus A.

Ergo haec ab Hygino aio fuisse scripta:

dracones venerantes dicitur baculo percussisse: ob id in mulieris figuram est conversus. — De qua re Tiresiam iudicem sumpserunt, qui utrumque erat expertus. Is cum secundum Iovem iudicasset, Iuno irata manu obversa eum excoecavit“,

Lactantii autem locum hac demum ratione restitui in pristinum statum:

Tiresias Perieri filius, genere Thebanus, vates, qui fertur in feminam versus, cum disceptantibus Iove et Iunone, utrum mas an femina maiorem sentiret coitus voluptatem, novem partibus libidinis dixit potiri mulierem et una virum, ob quod coecatus est a Iunone. Est et alia talis fabula. In monte Cyllenio Tiresias dracones coeuntes calcasse dicitur. Ob id in mulieris figuram versus, ut Hesiodus refert, deinde monitus sortibus in eundem locum rediit, ubi cum eosdem dracones calcasset, rediit in figuram pristinam. Eo tempore, ut diximus, inter Iovem et Iunonem stetit certatio, in quo sexu esset maior libido, Tiresia iudice, qui expertus erat utrumque. Qui cum secundum Iovem iudicasset, illa irata manus ei praetendit et excoecavit. Ob id Iuppiter fecit, ut septem aetates viveret vatesque praeter ceteros mortales certissimus haberetur.“

Corrigenda. Addenda.

Restat, ut veniam expetam eorum, quae me invito errata sunt eam maxime ob caussam, quod quae uni volumini destinaveram, ea redemptoris, viri honestissimi, rationes tulerunt ut separata in hunc Delectum et in Emendationum Propertianarum librum distribuerentur. De quibus rationibus quum liquere sero coepisset, factum est, ut cum alia tum quae capite V continentur, parum commode et distincte describerentur. Satis est autem haec adnotasse:

P. 4, 34. *Κύρνον* reparare occupavit Schneidewinus Diogenian. V. 46. p. 261. T. I. Docuit id me auxiliis parum instructum Dryander meus, qui idem has chartas quam emendatissime litterarum formis repetendas curavit cum assiduitate singulari.

- 5, 20. Anth. Lat. V. 112, 20.

- 6, 28. dicentur) in Cercyonem.

- 10, 11. in cap. VIII.

- —, 28. in cap. VIII.

- 12, 11. Reddentur haec in Emendd. Prop. libro cap. VI. 2.

- 13, 23. instituta Em. Prop. VI. 1.

- 15, 16. in capite IX. 3. not. 95.

- —, 35. in cap. VIII.

- —, 37. Cic. — in Emendd. libro cap. III. 4. not. 35.

- 16, 22. Polypheme in Em. Prop. libro VII. 1 dicemus.

- —, 31. Pierium — Schrad. Emend. Praef. p. XL. Cf. Merkel. Ovid. Trist. III. 12, 2. p. 207.

- 17, 16. Num quid ad nostrum institutum pertinens complexus sit O. Iahnius in sua de Theseo, Scirone, Sinide disputatione, quam insertam Gerhardi Monumentis, Quaestionibus, Memoriis 1865. fasc. 65 legi me docuit Dryander, incompertum habeo.

- —, 37. *Σκείρωνάς τε καὶ Κερκυόνας* Isocr. Hel. Laud. p. 213. §. 29.

- 21, 14. *ὑποσύρειν* (cf. Schol. Il. XXI. 271. p. 577, 29: *ὑπέσυρεν ὑπέσπα*) ut *ὑπολύεσθαι πέδιλα* Marin. Vit. Procl. 11. p. 26 et quos affert Dindorfius Steph. VIII. p. 376. C; nihil enim hic prodest Wess. —

- —, 20. in capite VI. 3.

- 24, 24. Bergkius, qui *Κάμπην* dici opinatus est illam, de qua p. 67 commemoravimus.

- 27, 35. cf. Stat. Silv. II. 7, 92. Cul. —

- —, 38. Theb. VI. 529. iniusta vice Boeth. I. Metr. V. 33. p. 639 A.

- 35, 31. ab O. Schneidero de auctoritate Keilii edita.

- 42, 20. in cap. VIII.

P. 43, 10. cf. cap. VIII.
- 44, 27. Glyc. Ann. I. p. 112, 17 τὴν χεῖρα - τὸ διάδημα κρατοῦσαν.
- 47, 28. cf. Boetticher. Philol. XXII. 3. p. 391.
- 53, 4. Vid. Add. ad p. 56.
- 54, 25. Gloss. cod. Oxon. in Add. ad p. 56 allat.: „frequens hominum transitus".
- 56, 27. Glossa Oxon. ap. Heins. Add. in Claudian. p. 1011. a: „Sinon fortissimus quidam erat in Silva Thimica, ubi frequens erat hominum transitus; solebat summitates arborum ad terram curvare et homines alligare et in altum iaculari".
- 59, 20. fugit Bentleium, ut Stat. Achill. I. 196: „blandisque humeris se innectit Achilles".
- 60, 32. Martial. X. 87, 19: si mittit sua quisque. Wolfenbb. si nectit.
- —, 37. Val. Flacc. III. 503 et Boeth. I. Metr. V. 43. p. 639. A.
- 63, 6. cap. V. 4.
- 75, 8. Dindorfius, non item Staverus Emendd. V. p. 390. Misc. Obss. X.
- —, 19. Πανδόκου (πανδόκου? cf. Schol. Lyc. 655. p. 149 ὁ πάνδοχος).
- 82, 1. a Burmanno p. 321 cf. in Claudian. p. 954.
- —, 4. Statium l. not. 16. p. 80 d. Theb. IV. 712.
- 83, 20. post Kraffertum in Emendationum libro V. 3 dicemus.
- 85, 22. et Virg. VI. 362: Nunc me fluctus habet versantque in litore venti.
- 86, 14. accubuisse narretur cf. Huschk. Tibull. II. 3, 71. p. 333.
- —, 24. Amphiaraeae.
- 89, 27. Panes. add. Hertzb. Prop. III. 17, 34. p. 348.
- 90, 32. Schrad. Obs. I. 6. Ovid. Fast. IV. 31: Atlantide natum. quattuor codd. cretum.
- 92, 17. ut tamen non dissimulem ferri etiam hoc posse: „Silenique senes et pater ipse chori. Cum quibus — lusisti".
- —, 37. Add. Martial. IX. 61, 11: „Saepe sub hac madidi luserunt arbore Fauni", quod in Berolinensi codice etiam graviorem corruptelam traxit: vixerunt.
- 6, 23. quae recensebimus infra 3. p. 101 sq.
- 97, 5. Quamvis Ida — pastorem.
- 101, 31. Holsten. Steph. Byz. p. 48. Burm. Virg. — qui neglexerunt.
- 103, 13. Rhoeteam Idam.
- —, 15. Lucanus versu 993.
- 106, 7. nilanis add. Martial. VI. 21, 1 Ianthida. Rom. Hiantida. Gud. Alanthida. Bonon. Atlantida. Flor. Beverl. Athlantida.
- 114, 11. vulturis escam.
- 117, 34. Sen. Med. 832 foeta viscera. Heins. Add. Claudian. p. 1025. b. et German. Arat.: fecundam Hydram id. p. 1018. a.
- 119, 31. Ovid. Fast. IV. 632 fetus. Putean. sec. faedus.
- 120, 33. Prop. III. 10, 32: natasse. codd. Burm. p. 611 notasse. vacasse. Ov. Fast. II. 78 notabit. al. natabit. videbit.

P. 123 extr.: pro Ismaros autem Maros ap. Apronian. Suring. Schol. II. p. 157.

- 127, 34. Cf. Martial. VII. 15, 5 Voss. Palat. Arginne. at. Argine.
- 131, 36. Ovid. Fast. II. 610 tum placuisse. Bern. complacuisse.
- 143, 36. Nam omitto Döderlinum, qui Homeri illud Ἴτωνα voluit fieri Ἰτεῶνα.
- 144, 30. Ovid. Trist. IV. 1, 42 Edonis. Polit. sec. Idonis, reliqui Idaeis.
- 151, 29. Alius fortasse statuet πῖλον factum esse, quod fuerat πρῖνον, ut in Alciphronis loco p. 155 allato.
- 154, 3. et Sidonius Apoll. VII. 189: „non robora portans" et Statius —.
- 156, 13. Clavam a' κάλοις dictam esse vult Festus cf. Dan. Heins. Sil. Sit. It. II. 155. p. 76.
- 162, 6. gestant? Nam liquet, quid hinc differat et Silius XIV. 212: „parma gerebat taurum" et Scholiasta Eur. Phoen. 134: ὡς ἔχοντος αὐτοῦ τῆς ἀσπίδος τὸν περὶ τοῦ συὸς πόλεμον.
- 175, 10. Ceterum non est dissimulandum apud Ovidium Fast. II. 421 in locum vocis Arcadio in Gottingensi codice suffectum esse Argolico. Cf. Hessel. l. p. 174 d.
- 176, 20. Niceph. Progymn. V. p. 455, 9: Ἀχιλλεὺς περί που τὸ Πήλιον ἐθήρα.
- 189, 40. Poet. ap. Cic. Fin. II. 6, 18 (inc. trag. fr. 18. p. 203 Ribb.): „Danai atque Mycenenses, Attica pubes".
- 203, 21. Sil. XIII. 75: Nunc age quod superest, cur non melioribus, aevi, Ducimus auspiciis? cf. 464: „Arce, quae putres artus, medicamina, servant". Rutgers. Lectt. Ven. p. 282.
- 204, 22. Quod autem arderem iussimus esse arderent: nihil frequentius accidit, quam ut litterae nt et m inter se permutarentur. Tibull. II. 5, 86: deficientque lacus. Lips. deficiemque. Claudian. B. Get. 542: gementes Arma dabant. Parm. marg. dabam. Nupt. Hon. 309 possem. Oxonn. possent. Eutrop. II. 222 monerem. Iun. pr. moverent. Ovid. Trist. V. 14, 1 dederim. Hamb. Vat. dederint. Fast. IV, 765 redigam. Ilf. rediganț. 766: neve gemam. Petav. sec. neu religant. V. 108 faciam. al. faciant. VI. 39 Thuan. faciant. Moret. faciam. 314 exigerem. Puteann. exigerent. Liv. IX. 9, 9 spoponderim. Harl. responderint. Voss. 2. Lov. 3 responderunt. X. 8, 11 possum. Lov. 2 possunt. Idem mediis in vocabulis factum est. Val. Flacc. VIII. 208 Thoanteae. cod. Burm. Thoameae cf. Ovid. Fast. IV. 211 imitamina. Francof. imitantia.

I.

Index Fabularum.

Ace, urbs et Phoeniciae et Arcadiae, unde dicta sit 181 sq.
Achilles γυναικοπρόσωπος, οἰνοπαής 206. Bacchi deliciae 206 sq. μνησίκακος 200 sq. in Pelio venatus 176. 222. unde dictus feratur esse 199 sq. — Lamiae filius 207.
Adonis Bacchi deliciae 205. 207.
Aegle Hesperis 108 sq.
Aenetus Coryci filius 75.
Aesacus Cebrenidis nymphae filius, Asteropes amator 91. 95. vates 96. de muro se praecipitare solitus 96.
Aethonis fames 212.
Agamemnonis tria lavacra 124 sq. putei 125. duo amores 128 sq.
Alexandrea Troiani agri 102.
Alexirhoe Cebrenis filia 90.
Amandra, Ἄμανδρον 103.
Amazonum choreae 144 sq.
Anchises formosissimus 100. ubi Veneri nupserit 97 sq. iuvenis an senior 99.
Andromedae vincula 11.
Antaeus ingens 24. Παλικάμπης 22 sq. eius ἀνδροκτονεῖον 8.
Areithoi clava 158 sq.
Argynnus natare in Cephiso solitus amor Agamemnonis extitit 121 sq. qui amor Graecis Aulide profecturis nocuit 122. 128. Ἀργύννειον 125. 128.
Arisbe Macarei vel Meropis filia, Paridis uxor 91.
Asterope Cebrenis filia 91. 95.
Atlas pater Plutus Pliadis 104 sq.
Autonoe 110.
Baccharum sacris qui montes nobiles fuerint 141. Edonides 141 sq.
Bacchi deliciae Adonis 205. Achilles 206 sq.
Brimo vel lavans in Boebeide 131 vel venans 132 Mercurii amorem et excitavit et aversata est 130. 133.
Cacus latro 33. quomodo fuerit ab Hercule interfectus 173.
Caeneus et Tiresias 214.
Καλλικολώνη 102 sq.
Cebrenis filiae Oenone, Alexirhoe, Asterope 90 sq.
Centauri virgulta euntes refringunt 65. 72. truncis et ramis rem gerunt 72. 171. πιτυόπλεκτοι, ὑβρισταί 72. Lapitharum uxores rapuerunt 137 sq. Et Gorgones, Chimaerae 64 sq.
Cephisus πότιμος 125. olim in mare erupit 123 sq.
Cercyonis παλαιστήριον, ἀνδροκτονεῖον 7 sq. Et Sciron, Sinis 17 sqq.
Cerynea cerva 168. 176.
Charadraeus leo 179.
Cithaeronius (Thebanus, Thespiacus) leo 166. 169. Charadraeus 179.
Coryci flagitium atque iniuriosa sepultura 74 sq. Corycium antrum 76.
Corythus Oenonae vel Helenae filius Palladii proditor 95.
Cretensis taurus v. v. taurus.
Cromyonia sus 33. 36. aper 36. letiferum animal 32. 36. 37. πάρεργον ἆθλον Thesei 28 sq. 32. dicta Φαῖα 36. ληστρίς 36.

Dardanus urbs testis Anchisae Venerem amantis 97. 99.
Deianira Dexameni filia 135.
Deidamia Pirithoi coniux 134.
Dexameni filia quo nomine vocetur 135.
Dexithea 143.
Dyras fiuvius 201 sq.
Echo a Pane amata 88.
Edonides Bacchae 141 sq.
Erymanthius sus 185 sive Maenalius 192. ingens 190. hominum et silvarum vastator 188. 189. fractus, non occisus ab Hercule 187 sq. sedes eius Lampia 185 sq. Clitoria 187. Psophis sive Phegia 186.
Erysichthonis fames 212.
Erythia, Erytheis Hesperidum una 108 sq.
Euonymus Cephisi filius 124.
Eurynome Gratiarum mater 110. 111.
Ganymedis *ἁρπάγια* 101 et Add. 221.
Gorgones et Harpyiae 17.
Gratiae Iunonis aut Iovis et Iunonis filiae 110 sq.
Harpyiae truces 13 sq. et Gorgones 17.
Helenae ex Paride filius Helenus vel Corythus 96.
Helenus Helenae filius 96. Palladii proditor 95.
Heptaporus fluvius 98 sq.
Herculis clava magna et gravis 155. 160. stipes, ramus, *κλάδος*, *ξύλον* 149 sq. 159. robur nodosum 153—155 et not. 57. non dicta *φυλλίτης* 180 sq. ex oleastro facta 150 sq. ab ipso Hercule 166 sq. reviviscens arbor 150 sq. ubi inventa fuerit 165—167. consilio Molorchi facta aut eius beneficio accepta 172. Maenalia 172 sq. *χαλκοβαρής* 155 sq. *ὁλόχαλκος* 156. *ἡφαιστότευκτα τεύχη* Herculis 160. pellis 149. leoni Cithaeronio aut Nemeaeo rapta 169. quos clava domuerit 172 sq. labores eius v. Nemeaeus. Stymphalides. Cerynea. Erymanthius. quot leones interfecerit 166 sq. trux 152. *Φυλλίτης* 180 sq. *Πηρινοκλῆς* 198 sq. de fonte Lathio bibit 201. in Dyram fluvium se coniecit 201 sq. combusti Herculis testis Pyra, Phrygia, Typhrestus 194 sq. rogus de coelo tactus 196 sq. cuius cinis manet 196.
Hesiones scopuli 101.
Hesperethusa 108 sq.
Hespere, Hesperis 108.
Hesperidum nomina 107 sq.
Hippodamia Atracis 135 vel Adrasti (Acasti) vel Butae filia 133 sq. eadem Hippocratia, Hippobote 134. Deianira 135.
Hippolyte Dexameni filia 135.
Idae fontes 94. silva 97. antrum Oenonae 96. memorabilia eius montis 101—104. ibi Veneris et Anchisae thalami 97. iudex Paris sedit 102.
Iodama Itonis quo saltationis genere nobilis fuerit 146.
Ischomache 134—136.
Iuno Gratiarum (ex Iove) mater 110 sq.
Lapitharum uxores a Centauris raptae 137 sq.
Lathius fons 201.
Leo Nemeaeus. Cithaeronius. Thespicus, Charadraeus v. h. vv.
Lernaea hydra Arcadiae 174.
Maenalia Diana, silva 192.
Mandra Troiani agri 103.
Mercurius a Palaestra servatus 57 sq. Brimus amore correptus nequidquam 130. 133. Pheraeus 133.
Mestra, Metra, Hypermnestra Erysichthonis filia 212.
Mnesimache 135.
Molorchus 171 sq.
Nemeaeus leo de luna ortus 42. eius antrum *ἀμφίστομον*, *ἀμφίτρητον* 42 sq. dicitur Cleonaeus 166. Ar-

cadicus 173 sqq. Bembinetes 178. filium Molorchi occidit 171. adversus eum clava usus Hercules 169.
Nympharum et Silenorum coniugia 87.
Oenone Cebrenis filia 91 sq. eius antrum, vertex 96. 103. lusus 92. 96. 101. luctus ad patrem reversae 93. quo luctu fons exaruit 94. 95. exitus 95. sepulcrum 101.
Oetae montis Pyra 193 sq. Phrygia 194. Lathius fons 201. rogus Herculis fulmine tactus 196 sq. eius rogi reliquiae ibd.
Omphale clava et pelle leonina instructa 149.
Orestes sanatus 182.
Orionis clava 156. 158. 170.
Othrys Lapitharum sedes, Othreinae Lapitharum uxores 138.
Palaemonis πίτυς 29.
Palaestra Coryci filia Mercurio benefecit 74 sq.
Palladium quis Graecis prodiderit 95 sq.
Panis amores 88. Panes 88 sq. et Add.
Pandocus rex 75.
Paris pastor Ilius 98. eius incunabula 103. sepulcrum 101. uxores Oenone et Arisbe 91. Idaea sedes 103. ubi iudex sederit 102.
Perieres Tiresiae pater 208.
Periphetae clava lignea 10. ferrata 156. 158. et Sinis ac Sciron 17 sq.
Phaea v. Cromyonia.
Pheraea dea 131 sq. et not. 37. Mercurius 133.
Phegia urbs eadem ac Psophis 186.
Phrygia Oetae 194.
Pindus Bacchicis sacris nobilis 141.
Pirithoi coniux quibus nominibus appelletur 133 sq.
Pliades chorearum inventrices 136. earum nomina 106.
Plutis sive Pluto, Atlantis filia, Plias 104—106.
Polypemon 25. 26.
Procrustes Polypemon 25 sq. et Sciron ac Sinis 19. cum Sinide confunditur 6. eius lectus, incudes 9 sq.
Psophis sive Phegia, 186.
Pyra Oetae 193 sq.
Saronicum mare a σαροῦσθαι dictum 77 sq.
Satyrorum et Nympharum amores 87 sq.
Sciron ληστής 36. eius rupes, via 19 sq. testudo vel testudines 20 sq. quomodo hospites interfecerit ibid. non dictus παλιγκαμπής 22 sq. eius honori Isthmia dedicata 34 sq. et Sinis, Cercyon, Tityus, Antaeus 17 sqq.
Scylla ex navi suspensa Saronico mari nomen fecit 77 sqq.
Semeles bustum 197.
Silenus pater 88 sq.
Silenorum et Nympharum coniugia 87 sq.
Sinis Neptuni vel Procrustae filius 25. in Isthmi superioribus partibus habitavit 56. 73. immanitate par Scironi, Periphetae, Cercyoni, Sisypho, aliis 17 sq. 26. Pityocamptes 34 sq. curvatis duarum pinorum ramis discerpsit hospites pugna victos 1 sq. 28. 56. 60. 66. 70 aut arbores retinere coegit impares 43 sq. 55. vel unam pinum 7. 28. 44. eius honori dedicata Isthmia 35. scriptum id nomen senis, cinis, scinis 52 sq. sitis 62. Σίννις 73. Sinon 221 Add. p. 56. σίνις 33 sq.
Sisyphus latro quomodo hospites necaverit 18. 54 not.
Stonycho, Stonychia Plias 106 sq.
Stymphalides aves 157.
Sus Cromyonia v. Cromyonia.
Tantalus Plutus sive Plutidis filius 104 sq. siccus 62.
Taurus Cretensis de luna ortus 37. Herculis clavam expertus 172.

Theseus Scironem sustulit 19 sq. Cromyoniam suem 28 sq. 32.
Thespiacus leo 166.
Thessalicarum mulierum pulcritudo 143 et not. 46. choreae Amazonicae 144 sq.
Tiresias Eueris vel Perieris filius 208 sq. qualis in serpentes fuerit 210—213. semel an bis mutatus 213 sq. eius de maris et feminae voluptate iudicium 209. ab Apolline de recuperandae figurae ratione monitus 210. 211. 213. cum Caeneo comparatur 214. ob visam Minervam nudam aut mutatus aut eo coecatus 214 sq. quod oculis eius dea manum praetendit 217 sq.
Tityus et Antaeus, ὑπερμεγέθης 24. 116 sq. latro immanis 18. 33 sq. per novem iugera porrectus 112 sq. 115. eius poena vultur vel aquila aut vultures sibi succedentes 115 sq. aut serpens vel serpentes 116 aut Apollinis tela 116. poena fetus dicitur, quod viscera renascuntur 115. 117—120.
Typhrestus urbs unde dicta 195 sq.
Venus Argynnis 121. 125. 128. ubi Anchisae nupserit 97 sqq.

II.

Index Scriptorum.

Aelianus N. A. III. 16—218.
VIII. 11—97 not. 20.
XII. 34—184.
XV. 19—24.
Aetna 80—111 sq.
81—62.
Albricus 22—174. 187. 195.
Alcimus Avitus V. 384—85 not. 18.
Alciphron III. 55—155.
Ammianus Marc. XV. 3, 4—23.
Anecd. Bachm. I. 326—24.
Cram. Ox. I. 370—143 not. 46.
Par. III. 10—158.
IV. 92—47.
97—145.
136—145.
187—145.
Anthol. Lat. III. 106, 24—80 sq. not. 16.
V. 112, 20—5.
VI. 17, 4—178.
Pal. III. 14, 3—116.
VI. 189, 2—67.
Anthol. Pal. VII. 495, 4—79 sq.
XI. 107, 3—21 sq.
Plan. IV. 93, 2—187 sq.
Antoninus Lib. XVII. - 211. 202 not. 99.
XXXIII.— 183.
Apollodorus I. 7, 2—139.
II. 5, 11—109.
III. 6, 2—43.
7—217 sq.
Apollonius Rhod. I. 551—143 not. 47.
Apuleius Met. IV. 263—123 not. 32.
Arcadius 63—127.
74—180.
Aristophanes Ran. 966—69 sq.
Aristoteles Mir. Ausc. 52—151.
Arrhianus ap. Stob. —195.
Athenaeus XII. 525—123 not. 31.
Ausonius Epist. IV. 38—189 sq.
Caesarius II. Dial. Resp. 112.
p. 66. C—198.
D—199 sq.
Callimachus Dian. 213—145.

Callimachus Dian. 241 — 144 sq.
fr. 117 — 133.
252 — 196.
377 — 20.
380 — 106.
436 — 82 not. 17.
438 — 211.
inc. — 24 not. 4. 95. 97. 132 not. 37. 172. 200.
Catullus 68, 53 sq. — 202 sq.
96, 4 — 60.
Cicero Sext. 8, 19 — 4.
Claudianus Eutrop. I. 277 — 5.
Clemens Alex. Q. D. S. 37 — 163.
Rom. Hom. V. 15 — 205.
Recogn. X. 21 — 105.
23 — 105.
24 — 198.
Corippus Io. V. 338 — 15.
VI. 451 — 85 not. 18.
Cratinus fr. inc. 20 — 49.
138 — 45 sq.
— 48.
min. Chir. fr. 5 — 49.
Curtius III. 35, 17 — 118.
IV. 16, 24 — 14 sq.
Dio Chrys. XI. 351 — 91.
Diodorus Sic. XVII. 237—151 et Add.
Ennodius Vit. Epiph. 215. C — 13.
Etym. Magn. 647, 54 — 75 et Add.
772, 28 — 195.
Euripides Herc. Fur. 471—147 sq. 164.
472—164 not. 66.
Eustathius Il. I. 591 — 33 sq.
VII. 8 — 158.
Festus p. 42 — 69.
Fulgentius Virg. Cont. 755 — 109.
Gloss. Labb. 31 — 67.
Gratius Cyn. 127 — 151 sq.
Hesiodus fr. inc. — 108. not. 23. p. 108. 210.
Hesychius v. ἀεροκέλαδοι 71.
παλιώρους 24.
Himerius Or. XXV. 4 — 123 not. 31.
Holobolus in Dosiad. 11 — 194.
Horatius Carm. I. 2, 37 — 147.
37, 20 — 175 sq.
Hyginus fab. 4 — 118 not. 26.
30 — 42 sq. 186. 191.
38 — 49 sqq.
68 — 208.
75 — 208. 213. 218 sq.
155 — 105 sq.
Geneal. p. 2 — 109.
5 — 123 not. 32.
Incertus poeta Alex. 24.
Ioannes Stob. App. p. 8 — 195.
Iosephus Isc. VI. 885 — 90.
Isidorus XX. 15, 4 — 14.
Lactantius Narr. Fab. II. 6-108 not. 23.
III. 4 — 213.
VII. 24—51—55.
XI. 11 — 90 sq.
Stat. Theb. II. 58 — 37 sqq.
64 — 74 sq.
95 — 207 sq. 219.
183 — 19 sq.
280 — 107 sq.
286 — 110 sq.
380 — 18.
436 — 104 sq.
737 — 47. 48.
IV. 154 — 166.
158 — 194 sq.
160 — 171.
299 — 171.
638 — 174.
VII. 327 — 197.
XI. 45 — 166.
Laudes Herculis v. Nemesianus.
Libanius Decl. IX. — 199.
Lucanus I. 674 — 141 sq.
IX. 971 — 102.
972 — 93 sq. 101 sq.
973 — 96. 103.
Lucianus Prom. 7 — 63.
Tim. 6 — 196 sq.
Lucillii Epigr. XI. 107 — 21 sq.

Luxorius 17, 4 — 178.
Lycophron 1441 — 179.
Michael Syng. in Dion. Areop. 367 — 170.
Mythographus II. 84 — 208.
160 — 171 sq.
161 — 108 sq.
III. 6, 3 — 137 not. 39.
13, 5 — 109.
Nemesianus Laud. Herc. 41 sq.
Nicander fr. 45 — 211 sq. not. 99 p. 212 sq.
Ovidius Am. III. 6, 25 — 178.
Her. IX. 87 — 192 sq.
Ib. 405 — 26 sq.
407 — 55 sq.
Met. XI. 763 — 90.
769 — 91.
Palaephatus 38 — 180 sq.
Parmeniscus 205 not. 96.
Parthenius 36 — 78 not. 15.
fr. 16 - 77 sqq. not. 15 p. 78.
28 — 78 not. 15.
31 — 165.
Pausanias II. 1, 3 — 28 — 32.
10, 1 — 8.
VIII. 24, 2 — 191 sq.
Phanocles fr. 5 — 124.
inc. — 207.
Phavorinus v. Ἑλικών — 167.
Pherecydes fr. 55 — 158 sq.
Philargyrius Virg. Georg. III. 19 — 171.
Photius 221, 15 — 24.
323, 15 — 24.
372, 10 — 24.
Pisander fr. 156 sq.
Plinius N. H. IV. 6, 10 — 178. 173. 177.
7, 11 — 29.
VII. 56, 57 — 125 not. 33.
XVI. 44, 91 — 58.
Plutarchus Gryll. 7 — 122.
Pericl. 2 — 73.
4 — 49.
Priscianus XVIII. 306 — 45 sq.
Propertius I. 3, 5 — 143.
Propertius I. 20, 4 — 97.
12 — 87 sq. not.
32. 45 — 87 sq.
II. 2, 9 — 136. 138 sq.
11 — 132.
12 — 131.
14 — 102.
III. 6, 44 — 81 — 85.
20, 31 — 120.
32, 33 — 100 sq.
35 — 97 sq.
37 — 87.
39 — 92 et Add. et 96.
40 — 90 sq.
34, 39 — 86 not.
IV. 2, 11 — 202. 198 not. 85.
3, 46 — 84 not. 18.
7, 22 — 121 sq.
9, 15 — 165 sq. 172 sq. 177.
16 — 165.
12, 26 — 15.
18, 30 — 128.
22, 36 — 118 not.
37 — 4. 16.
V. 4, 71 — 142.
9, 57 — 215.
11, 40 — 203. 15.
Proverbia Vatic. II 30 — 4 et Add.
Quintilianus Decl. V. 15 — 194.
XIV. 4 — 203 sq.
Schol. Aristoph. Plut. 586 — 151.
Ran. 966 — 73.
Clem. Alex. 100 — 108.
Dionys. Areop. — 145.
Eurip. Med. 10 — 212.
Germanic. Phaen. 147 — 42.
273 — 49.
Hesiod. Theog. 1 — 167.
Hom. Il. VIII. 8 — 158.
XXIV. 497 — 90.
Hor. Carm. I. 1, 31 — 88 sq.
Iuvenal. II. 112 — 52.
Lucan. I. 544 — 204.

Schol. Lucan. IX. 973 — 94. 95. 96.
Nicandr. Al. 605 — 35.
Ovid. Ib. p. 467 — 54.
v. 472—143 not. 46.
Pind. Isthm. p. 514 — 25. 34.
Nem. p. 425 — 43.
Ol. II. 147 — 107 not 22.
III. 52 — 168.
Pyth. IV. 246 — 168.
Stat. Theb. II. 436 — 104 sq.
Theocrit. XIII. 6 — 166.
7 — 147.
25 — 106.
XV. 86 — 205 sq.
Seneca Herc. Oet. 16 — 174.
980 — 175.
1391 — 56 — 59.
1811 — 174.
1813 — 188 sq.
1883 — 174.
Hipp. 1223 — 60 sq.
Med. 777 — 196.
Servius Aen. IV. 484 — 108.
VIII. 138 — 74 sq.
Georg. I. 138 — 91. 106.
403 — 73.
Sidonius Apoll. C. IX. 139 — 207.
Soranus Vit. Hippocr. 1297 — 136.
Statius Theb. II. 619 — 154.
IV. 297 — 184 sq.
713 — 82. 84 not. 18.
VIII. 751 — 184.
Stephanus Byz. 114, 10 — 122.
Stesichorus fr. — 149.
Suidas I. 310, 18 — 43.
II. 25, 7 — 24.
26, 3 — 24.
288, 8 — 72.
361, 18 — 151.
Sulpicius Sev. Dial. III. 10 — 184.
Theocritus Epigr. III. 6 — 76.
Id. XXIV. 70 — 208 sq.
XXV. 201 — 178 sq.
Theophylactus Sim. Epist. 53 — 49.
Tzetzes Chil. II. 275 — 186.
Exeg. Il. 23 — 157.
Hes. Scut. 178 — 134.
Lycophr. 224 — 91.
420 — 195.
Varro Atac. fr. — 108 not. 23.
Vibius Seq. 26 — 174.
Virgilius Aen. VI. 802 — 188.
Georg. III. 241—84 not. 18.
Vita S. Ignatii — 198.
Xenophon Hist. Gr. VII. 5, 20—161 sq.
Zenobius VI. 39 — 179 sq.

III.

Index rerum grammaticarum ac verborum.

A adiectum, interdum demptum principiis nominum 103 sq.
α et *αυ* 183. et *ο ι* 445. *a* et *ob* 218.
Actiacum mare turbidum 83.
Adiectivorum in *osus* exeuntium usus 154. — Calydonius et — eus, Marathoneus 191.
ἀεροκέλαδοι, *ἀερολέσχαι* 71 sq.
Aepytii Arcades 67.
ἀγκράτος 46 sq.
Alexandrina vela 67 sq.
ἀλώπηξ ὁ 68 et *ἄνθρωπος* 68.
Amazonum *πυῤῥίχη* 144 sq. 146.
Ἀμφίστομον 42.
Ἀμφίτρητον 42 sq.
ἀν et *ἐν* 123 not. 31.
ἀνθεῖν λειμῶνας, *ἔαρ* 199.
ἄνθρωπος et *ἀλώπηξ* 68.

aquilae vultures 116.
Arcades venatores clavis usi 169—171. eorum dicitur fuisse Nemea, Lerna, Pisa 176 sq. Arcadius et Argolicus 222 Add. p. 175.
ἀργεῖν (ἤργει) 122.
Argolicus et Arcadicus Add. p. 175.
ἀῤῥενωπός 145.
Articulus. τῆς Σελήνης id est τῆς τῆς Σελήνης 43.
α ς et ο υ 147.
ἀθηλής 145.
ἀθήλυντος 145.
Atlas et Himas 106 et Add. 222.
attactus 213.
α υ et α 183.
aut et *et* 111.
αὐτὸ τὸ μέτρον eadem mensura 31 sq.
b et *p* 13. 130 not. 35. et *u* 90. β et π 167. et *r* 90. β et ϱ 163 et ϑ 167 et *u* 90. β et υ 168.
Babylonia vela 67 sq.
Bembina, Bembinos, Bembinatis regio 178.
βϱιμᾶσθαι 129 sq.
c et *d* 52 et *e* 109 et *g* 90 et *qu* 51 et *t* 14. 48. 217. κ et ισ 212 et π 183 et σ 200 et χ 200.
cā et *tā* 48.
Calydonia et Clitoria 187.
κάμπη 71. Κάμπη 67 et 220 Add. p. 24.
κάμπτειν et κρατεῖν 44.
καταλαμβάνειν 218.
κατανύσσειν ὀφθαλμούς 218.
causa sacrorum, *causa* pestilentiae 48.
Cebren (Κερβήν, Κευρῖνος) 90.
cedere et *tendere* 217.
χ et κ 200.
Charadra et Argorum et Boeotiae 169. 179. χαραδραῖος 179 sq.
Chrysas fluvius 49.
clava unde dicta 149. 156 et Add. eius (in venatione 163. 169 sq. et bello 166. 158 sq.) usus 153. in telis numeratur 154. 169.
clavatus 156.
Clitor, Clitoria 187 et Calydonia ibd.
coecitas poena impiorum 215.
κῶμος 147.
con et (*cum*, *tum*) *tam* 131 not. et Add.
κονιστήριον 8.
contaminare 76.
converrere 82.
Κόρινθος et Κόρυτος, Κώρυκος 73.
κώρυκος, κωρυκομαχία 75.
κρατεῖν πίτυν 44. 221. et κάμπτειν 44.
κράτος: ἀνακράτος 46 sq.
creatus et *natus* 90 et Add. 221.
cruces quaevis supplicia 9. 11. et *truces* 14.
cum et *num* 92. et *tam* 131. not.
κυλίνδεσθαι 81. 82. 84.
κῦμα fetus 82 not. 17.
d et *c* 52 et *r* 90 et *t* 98. 119. 143 sq. not. 47.
δείκελον 164 sq.
deae apud fluvios filios enituntur 99.
Διονύσιος et Δῖος 205 sq.
Δῖος et Διονύσιος 205 sq.
dolor 88.
e et *ae* 138 not. 40 et *c* 109 et *i* 143 et *et* 137 et not. 39. η et ι 143 sq. not. 47 et π 198 et υ 30. 145.
ἐᾷν τόξα τινί 4.
eclogarium 205.
ἐγκρατής 46.
ἐγκύμων δυσσεβίης 120.
Edonis et Itonis 143 sq. not.
εἰρεσιώνη Apollini, Minervae consecrata 47. 48.
εἷς omissum 29. 33.
Eleus et Oetaeus 198.
elisio insolens *mi ilia* 202 sq. *te in* somnis 85 sq. not. 19.
ἔμμητρος 151.
ἐν et ἀν 123 not. 31. ἐν στίχοις, ἐν κόσμῳ 146.
ἐνδιαπείρειν 116.
ἐπικλύζειν 180.

Epitheta insolentius posita 133. quaesita 89. 190. 177.
et et *aut* 111. et *e* 137 not. 39.
fecunda poenis viscera 117 sq. et Add.
fertur verbi singularis usus 100 sq.
fetus poena, *imperio* 119. et *foedus* 119.
fluvii *rotant*, *torquent*, *trahunt*, *verrunt*, *volvunt* saxa, arma 80 sq. 84. (*versant*) arenam 84 et Add. p. 85. apud fluvios deae filios enituntur 99.
foedus et fetus 119.
fulminis ignes busto inclusi vivunt 197.
g et *c* 90. γ temere illatum 212.
γίνεσθαι et τινές 35.
gravidus imperio, noxa 119.
h temere nunc additur 75 nunc omittitur 98.
Haemonia et Maenalia 195.
Harpyiae (Arpyiae, Harpya) 13 sq. 16. Harpyïae 16. Harp*iacae* manus 16.
Hesiodus et Ovidius 209 sq.
hic = ego 61.
hippocampi 66.
hospes et hostis 54.
hostis et hospes 54.
i et *e* 143. ι et η 143 not. 47 et ϱ 179 et τ 163.
Ἴδη et ὕλη 97.
ilia amantium ardent 204.
immittere et *innectere* 59.
in voci littera *m* nocuit 118. *in* Caieta 186.
iniquum onus, arbor 50.
innectere cornibus ramos 59 et Add. 221. et *immittere* ibd.
insepulta sepultura 118.
ισ et ϰ 212.
Ismenus in mare excurrit 123.
ἱστορία in qua sententia a grammaticis posita sit 168.
Itonis vocis prima syllaba a quibus producatur 143 not. 47. et Edonis ibd.
λακίζειν et λακτίζειν 211.
Lampia 185.
latus 131. *componere* 130.
lavacra amorum illecebrae 131.
λευκὸς ὑπὸ σκιᾶς 206.
Leucates nimbosus 83.
ληστήριον = λησταρχεῖον 8.
li et *n* 90.
librariorum errores: *neces: vices. cives: vici* 53. κόρυντος: κύντορος 73.
ll et *n* 51.
λόγος ἔχει, ὁ λ. ἔχει 195 sq.
ludere et lugere, legere, vivere 92. 221.
lugere et ludere 92.
luna aetheria terra 37 sq. ultima a coelo 39. omnia corpora maiora gignit 38 sq.
lusus et luxus 92.
luxus et lusus 92.
m et *in* 118 et *nt* Add. 222. et *st* 91.
Maenalia et Haemonia 195.
manum praetendere, obtendere 217.
Marathonius aper 190. Μαραθώνειος 191.
mittere et nectere 59 sq. 221.
μουσόπνοος 108 not. 23.
n et *li* 90. et *ll* 51 et *p* 61 et *ri* 208. 187.
natant arma, arena 84.
natus et creatus 90 et Add.
νήχω 123.
nectere et mittere 59 sq. et Add. p. 60.
nemus arbor 58.
nomina. Polypemo, Chiro 26. Φίλτις: Φιλτίς 106. Χαρίκλεια: Χαρικλώ 107. Ἑλίκη: Ἑλίκεια 107. Phaethusa, Hesperethusa 108. Hippodamia: Deidamia. Eueres: Perieres 208. 212. Euenine, Othreine, Taenarides 138 sq. Nereis: Nereine. Othreis: Othreine 139. Περσῆες, Κέκροπες, Δευκαλίωνες 179. nominum cavillatio, qualis est Κύπρις κόπρος 198. 200.

notus 128.
novare et vacare, vagari 120 et Add.
nt et *m* 222. Add. p. 204.
num et *cum* 92. *num minus* ibd.
νύξ 212.
νύττειν χεῖρα 218.
ob et *a* 218.
Oetaeus et Eleus 198.
οι et α 145.
ordo verborum insolens 171 not. 73. 203 et Add. 222.
ὀρχεῖσθαι 147.
ὅ, τι πᾶν 209.
Othrys Thraciae mons 175. nivalis 176.
ου et ας 147.
Ovidius et Hesiodus 209 sq.
oxymoron 118.
ω et υν 145.
p et b 13. 130 not. 35. et n 61 et t 198. π et β 167 et η 198 et κ 183.
palaestra: τρόποι χαμαί 22 sq.
παλαιστήριον 8.
παλικαμπὴς, Παλικάμπης 22 sqq.
παλιμπαλής 24.
παλιναής 24.
παλίωροι 24.
πανάϊστος 212.
παρασύρειν 80.
parens qua nota scriptum 85 et Paris ibd.
Paris et parens 85.
παῦρα paulisper 24 not. 4.
peccare proprium in amoribus 89. et *spectare* 89.
πείθειν et ποιεῖν 158.
Pelii montis nives 176.
πηρίν, πηρίς 199.
Perseus i. e. Argivus 179.
φ et β 167 et ϑ 163 et τ 67 et φρ 183 et ψ 186.
Phlyen aper infestam habuit 190.
φύρεσθαι, φυρᾶσθαι 163.
pinus v. Centauri. Palaemon. Sinis.
πιθηκαλώπηξ 69.
plena arbor 62.
Πλουσία, Πλουτίς, Πλουτιάς 105.
poena quid significet 117. 127 sq.
ποιεῖν et πτοεῖν, πείθειν 158.
πολυάϊστος 212.
praecidere et praetendere 217.
praetendere manum 217 et praecidere ibd.
ψ et φ 186.
pubes Attica 189 et Add.
π υ ρ ά 193 sq.
pyrrhichae duplex genus 144—146.
qu et *c* 51.
r et *b* 90 et d 90. ρ et β 163 et ι 179.
ramus 150.
ri et *n* 187. 208.
robur Herculeum 185. clava 153 sq.
Roma et ruina 198.
ruina Herculis Oetaei 198. et Roma ibd.
s et *x* 92. 189. σ et κ 200.
saltatio Thessalicarum virginum, Amazonum 144 sq. pyrrhichae duplex genus ibd.
σαρκάζειν 70.
σαροῦν 79.
Schoenus portus 29.
σκινδαψός 63 sq.
secundum Iovem iudicare 216.
sepultura insepulta 118. iniuriosa 74 sq.
siccus idem quod ieiunus 62.
simiarum species velis Alexandrinis intextae 68. ab Aegyptiis cultae ibd.
sinere idem quod relinquere 4 sq.
Siproetes Cres 214.
Sirenae serpentes 63.
spectare et peccare 89.
sphinges simiae 69.
st et *m* 91.
stat certatio, bellum 215 sq.
στοῖχος. ἐν στοίχῳ 146.
subiectare et subvectare 84.

ubvectare et subiectare 84.
uetus 132 et not. 38.
upinare 54.
ύρεσθαι 80.
et *c* 14. 217 et *d* 98. 119 et *p* 198.
τ et *β* 167 et *ϑ* 67 et *ι* 163.
ā et *cā* 48.
am et *con*, *cum* 131 not. et Add.
endere et cedere 217.
ϑ et *β* 167 et *τ* 67 et *φ* 163.
Thebanorum insignia 162. Thebae et Thera 163.
ϑηλύνειν 145.
Thera et Thebae 163.
ϑηρᾷν, *ϑηρεύειν* 192. *ϑηρατής* 163.
Thespiacus, Thespicus, Thespius, *Θεσπιακός* 167.
Thessaliae et Thraciae fines confunduntur 175. montes nivosi 175 sq. venatores 176 not. puellarum saltationes 144 sq. 147.
Thracia cum Thessalia confunditur 175.
τινές et *γίνεσθαι* 35.
Tirynthii clavis armati 166.
trabes arbores 54.
τραγέλαφος 63 sq. et Sirenes, Hippocentauri, Sphinx, *σκινδαψός* al. 63. 64.
trahit vultur *ilia* 115 not. 26. fluvius *aquas*, *aurum* 80. 81.
transeuntes *οἱ παριόντες* 54 et Add.
trux lucus, gens, domus 15. Harpyia 16. Hercules 152. et *crux* 14.
tum et *com* 131 et Add.
u et *b* 90.
ur omiss. 38.
vacare et novare, notare 120 et Add.
vagari et novari, natare 120 et Add.
vaporant viscera 204.
vela Babylonia, Alexandrina 67 sq.
venatus amorum occasio 132 not. 37.
verrere ossa 82 sq. 85. et *vertere* 82.
versare mare 85 et Add.
vertere et verrere 82.
vices scelerum 27. *saevae*, *iustae*, *versae*, *gratae* 27 sq. et Add.
volvere arenas 85.
υ et *β* 90. 168 et *η* 30. 145.
ὕλη et *Ἴδη* 97.
υν et *ω* 145.
ὑπτιασμός 23.
x et *s* 92. 189.

HALIS TYPIS ORPHANOTROPHEI.

1035756

Unger

Sinis sive Poeticarum Fabularum Delectus.

2-28307

1035756

HALIS TYPIS ORPHANOTROPHEI.


UNIVERSITY OF CHICAGO
44 755 806


UNIVERSITY OF CHICAGO
44 755 806